AD Sextũ sic procedit̃ Videt̃ enim ꝙ electio ꝑpe debeat examĩari sicut electiones alioꝝ quia si non examinat̃ hoc est quia eius electio est confirmatio. Sed multoꝝ alioꝝ prelatoꝝ electio est confirmatio. Ergo hoc non est singulare in electione pape. ¶ Pret̃ea xp̃s examĩauit petrũ Ioh̃. xxj. qñ sibi ecclesiã ꝯmisit dicẽs trina int̃rogatione facta. pasce oues meas. sup quo verbo dicit Aug⁹. Q̃ pascere oues est credentes ĩ xp̃o ne a fide deficiãt confortare. terrena subsidia si necesse est subditis ministrare exemplo virtutũ cũ verbo predicationis impendere aduersarijs obsistere. errantes subditos corrigere. ĩ quibus verbis existit tota examinatio prelatoꝝ Sicut patet xxiij. di. c. qui ep̃s ordinandus ẽ. ergo eodem modo electio pape per hunc modum est examinãda. ¶ Pret̃ea omnia que requirũt debitam formaꝫ et debitam materiam cadunt sub examinatione. quia si carẽt altero eorum carẽt eoꝝ virtute et efficacia sicut patet de sacramentis quorũ virtus requirit determinatam formam verborũ et determĩatã materiam puta baptismus. si non fiat in aqua cũ expressione trinitatis. nulli⁹ efficacie esse dinoscit̃, Sꝫ electio ꝑpe requirit debitã formã et debitã materiã ergo cadit sub examinatione q̃ si deficẽt in aliquo istorum nulla electio esset. ¶ In ꝯtrariũ ẽ quia illius electio nõ debet examinari ꝯtra quã nulla receptio recipit̃, Sed scribit̃ ex̃ de elec. c. licꝫ. Q̃ absqꝫ vlla exceptione electus a duabus partibꝫ cardinalium ab vniuersali ecc̃ia sũm⁹ pontifex habeat̃. ergo eius electio non est examinanda, ¶ Rñsio Dicendũ. ꝙ electionẽ pape cadere sub examinatione dupl'r quantũ ad pñs intelligi potest, Primo ꝙ talis electio inter ip̃os eligentes sic examĩetur quatinus rite et canonice celebret̃ ſm formam annotatã ĩ iure. Scd̃o ꝙ superioris iudicio talis electio discutiat̃ approbet̃ vel reprobetur. Primo modo examinãda ẽ magis discutiẽda electio pape quia capitis et pastoris vniuersalis ecc̃ie qm̃ alteri⁹ vñ dicit̃ lxiij. di. int̃ nos et vos pacti serie statutũ et ꝯfirmatũ

est ꝙ electio et confirmatio al's consecratio futuri romani pontificis non nisi iuste et canonice fieri debeat. Scdo mō non· quia supiorez non recognoscit cuius iudicio approbet vl' reprobet. compat enim sup̄mus pontifex ad omnes alios tam ad laicos q̄ clericos qui sunt de corpore ecc̄ie sicut spūale ꝯpat ad corporale vel animale· ꝫ constat ꝙ illud qd̄ spūale est non debet examinari seu iudicari per corporale sed potius econuerso vn̄ super illo verbo ·i· ad Chor· ij· Aīalis homo non percepit que sunt spūs dei quia spūaliter examinat. Dicit Aug⁹ in libro de vera religiōe· ꝙ examinatio et ꝓbatio spūaliū fit tantūmodo spūalit et a spūali hoīe· quia spūs omnia scrutatur etiā ꝓfūda dei non autem debet fieri examinatio et probatio ab homine tp̄ali et carnali· quia spūalis homo omnia iudicat et a nemine iudicatur ut dicit apl's· ꝙ non est sic intelligendum ut vniuersalit ꝑ subterfugiat omne iudiciū· quia cū dicēte apl'o· oportet nos omnes presentari ante tribunal xp̄i tam spūales q̄ carnales ut referat vn⁹ quisq; ꝓut gessit in corpore. Oportebit ut dicit Aug⁹ papā et om̄s spūales a lege diuina iudicari et per legē diuinam examinari. Nō ergo ab aliquo infra se potest spūalis homo puta papa examinari vel iudicari ꝫ solus ip̄e potest dicē· qui autē examinat me vel iudicat me dn̄s ē. ¶ Ad primū ergo est dicēdum ꝙ si aliquoꝝ electio nō examīatur eo ꝙ electio ip̄orū est confirmatio hoc non est auctoritate ꝓ̄pa ꝙ superiorē recognoscant· non enim posset papa eximere aliq̄s clericos vel laicos qui non subijcerent iurisdictiōi sue Sed bn̄ potest eximere aliquos ut electio eoꝝ non transeat per examen ꝯūis iuris· electio autē pape sic est confirmatio ꝙ sua ꝓ̄pa auctoritate nō potest per aliquē superiorē examinari vel approbari. ¶ Ad scd̄m est dicendum ꝙ sicut dicit Aug⁹· ideo xp̄s examīauit petrū de trina dilectiōe quia trine negationi eius voluit ꝙ trina confessio respōdēt quatin⁹ non minus amori lingua eius deseruiret q̄ timori· sic etiā papa ut dictū ē per legem diuinam bn̄ examinabitur et iudicabit. Sed a puro homine nec examinari nec iudicari potest, ¶ Ad terciū patet solutio ꝙ bn̄ debet examīari int eligētes ut talis electio rite et canonice celebret ut sic facta in debita forma et cadat sup debitam mat̄iam ꝫ postq̄ facta est supioris iudicio nec examīanda nec discutiēda est,

AD Septimum sic procedit. Videt enim q impator iurisdictiōz habeat ī electione pape qr ut scribit lxiij·di·c·adrianꝰ. Karolus imperator romam veniens papiam obsedit ibi q relicto exercitu in sancta resurrectiōe ab adriano papa honorifice receptus ē·qui adrianus· cum vniuersa sinodo tradidit dicto karolo imperatori ius et ptatem eligendi sūmum pontificem et ordinandi apl'icam sedez hoc idem decretum confirmauit leo papa dans auctoritatē Ottoni pmo regi thetonicoꝝ et successoribꝫ eius ī ꝑpetuū eligendi successorem atq ordinandi sedis apl'ice sūmū pontificē sicut patet in c·se· Videt ergo q electio romani pontificis ad ius imperatoris pertineat· ¶ Pretea papa preest toti ecc̄ie in spūalibꝫ et temporalibꝫ ut supius dictum ē ergo sicut eius electio debet fieri per cardinales et per clericos ꝓpt amministrationē spūaliū ita debet fieri per impatorem et laicos principes propt amministrationez temporalium potissime cū tp̄alia pape per impatorē tradant sicut lxiij·di·c·ego ludouicus, ¶ Pretea semp posterius dependet a priori·ꝫ prius fuit regnū imperiale q̄z sacerdotale, Ergo videt q electio sūmi sacerdotis sine consensu imperatoris fieri non debeat, ¶ In cōtrariū ē qd scribit lxij·di·c·valetinianꝰ vbi dicit q electioni epoꝝ imperator interesse non debeat cum enim dixisset clero talem in pontificali sede constituite cui nos qui gubernamꝰ imperium sincere nostra capita submittamus·et eius monita dum tanq̄ hoīes delinquimus necessario curantis medicamina suscipiamus, Cui cum dixisset sinodus ut magis ip̄a decerneret quis ad hoc sapiēs et pius existēt, Respōdit sup vos inquit est talis electio quia diuina gratia potiti et illius splendore fulgētes melius poteritis eligere. ¶ Respōsio· Dicendū q nec imperator nec aliq̄s secularis p̄nceps ꝑm moderna iura habet iurisdictionē aliquam in electione ꝑpe ꝫ bñ ht iurisdictionem in eligentium inclusione vt faciāt obseruari in electione pape omnia illa que ponunt extra de elec·c·vbi maius periculū. Conuenienter autē subtractum est ius imperatori et alijs principibꝫ de electione sūmi pontificis ꝓpt certius iudiciū in tali electione ferēdum et ꝓpt periculū euitandū nā vnusquisq; bñ iudicat de his que nouit et hoꝝ est bonus iudex ut scribit·j·Ethicoꝝ·de electione ergo pape qui debet pollere sc̄titate vite et veritate doctrine magis credendum est literatis q̄ ydeotis et magis clericis q̄ laicis,

Euitat etiã sup hoc periculũ fidei quia qñq; etiã impatores in here
ticoꝝ pfidiã lapsi sunt et catholice matris ecc̃ie vnitatẽ impugnare
conati sunt. et ideo sanctoꝝ patrũ statuta aduersus eos prodierũt ut
nullo modo se electiõi sũmoꝝ pontificũ insererẽt et quicunq; eoꝝ suf:
fragio et amminiculo sũmũ pontificiũ obtinẽt anathematis vinclo
innodaret, ¶ Ad primũ ergo est dicendũ ꝙ illi primi impatores tã
q̃m cristianissimi fuerunt multũ fauorabiles ecc̃ie et ideo ut daret eis
occasio maioris fauoris et ꝓtectionis illa pt̃as eligẽdi sũmũ pontifi
cem a sc̃tis patribus fuit eis concessa. ꝫ postmodũ excrescente eorum
malicia et cupiditate illa pt̃as rationabiliter est subtracta, Non enĩ
est putandũ ex leuitate aĩoꝝ procedẽ. si ꝓ diuersitate reꝝ et tẽporum
precepta mutant̃ et gratie subtrahantur ut scribit̃ Hester vlt. Vñ
magna auctoritas habẽda est hodie in ecc̃ia ut si nõ nulli ex p̃deces:
soribus et maioribus fecerunt aliqua que illo tp̃e potuerunt eẽ sine
culpa et postea vertuntur in errorem et supstitionez si sine tarditate
aliqua et cũ magna auctoritate a posteris destinant̃ ut lxiij. di.
¶ Ad scd̃m est dicendum. ꝙ papa non recognoscit tp̃alia ab impato:
re vel ab alijs principibꝫ ꝓpter aliquã pt̃atem in qua non subijciã:
tur ei cum ab eodem principio sint corporalia et spũalia. ꝫ vel hoc ẽ
ꝓpter immediatam amministrationem quã non habet sũmꝰ põtifex
indifferent̃ in om̃ibꝫ tp̃alibꝫ sicut seculares principes vel ꝓpter paciꝰ
et quietis ecc̃ie obseruationem vel ꝓpter ip̃oꝝ temporaliũ tirãnice ob
latoꝝ restitutionẽ. ¶ Ad iij. est dicendũ ꝙ si tp̃ale dominiũ precessit
sacerdotale hoc non fuit dignitate et causalitate sed potius hominũ
prauitate ad quoꝝ depressionẽ et correptionem et quãdoq; innocen:
tum defensionem permisit deus aliquos in dominiũ surgere. Sed do
miniũ nat̃ale tp̃ale in ministeriũ et in obsequiũ regiminis spiritu
alis datũ est ut superius est tactũ et amplius inferiꝰ tangetur.

AD viij. sic procedit̃. Videt̃ enĩ ꝙ laici debẽt electioni pape int̃:
esse quia scribit̃ xxiij. di. c. in nõĩe dñi. Si prauoꝝ hominum
peruersitas inualuerit ut ĩ vrbe romana gratuita nõ possit fieri elec:
tio. tunc cardinales ep̃i cum religiosis clericis et catholicis laicis licet
paucis ius pt̃atis obtineãt eligere apl̃ice sedis pontificem vbi con:
gruerit Videtur ergo ꝙ laici non solum debeãt electioni pape int̃esse
verũ etiam ꝙ iurisdictionẽ habere possint in tali electione. ¶ Pret̃ea

scribit̃ lxiij · di · Ego · ꝙ cler⁹ et ꝑpl's electioni pontificis intersint · non ergo excludunt̃ laici in tali electione fienda. ¶ Pretea eius est electioni interesse cui⁹ est electioni consentire Sz dicit̃ di · sup̃dicta · ꝙ licet plebis nõ sit eligere · eius tñ ẽ electiõi consentire · videt̃ ergo ꝙ absqz consensu populi et laicoꝝ talis electio rite celebrari non possit. ¶ In contrariũ est qd̃ scribit̃ e · di · nõ licet ꝑpl'o facere electionẽ eoꝝ qui ad sacerdotium promouẽtur imo laici excludendi sunt ab electiõe sacerdotum quia non libertas imperandi vel eligendi ꝫ potius necessitas obediẽdi eis iniũgit̃. ¶ Rñsio · Dicendũ ꝙ laicos posse interesse electioni pape trib⁹ modis intelligi potest · primo quantũ ad iurisdictionem et sic ꝑm moderna iura nullã iurisdictionẽ hñt · et satis conuenienter exclusi sũt · quia populus persuasione aut corruptione cito a iudicio deuiat · non est enim ꝑpl's sequendus ꝫ instruẽdus · vñ sup illo verbo exo · xxiij · Non sequeris turbã ad faciendũ iudicium · nec iudicio plurimoꝝ acquiesces sentẽcie et a veritate deuies · dicit glosa · ꝙ ꝑpl's sequẽd⁹ nõ est ĩ iudicio ꝫ doctores qui licet sint pauciores numero sunt tñ sanioris consilij. Scdo quantũ ad representationẽ · scribit̃ enĩ lxiij · di · ꝙ electiones sũmoꝝ pontificũ et alioꝝ ep̃oꝝ quondaꝫ imperatorib⁹ et alijs laicis principib⁹ representabant̃ sicut de electione bt̃i Ambrosij · et bt̃i Gregorij legit̃ · et hoc ad vitandũ scismaticorum et hereticoꝝ inuasionẽ et persecutionẽ · contra quos legib⁹ fidelissimoꝝ imperatoꝝ frequent̃ ecc̃ia munita legit̃ · pñtabat̃ ergo talis electio catholicoꝝ principib⁹ ut eoꝝ auctoritate roborata nullus hereticorum et scismaticoꝝ auderet contraire · et sic adhuc laicos electioni pape interesse congruum est vñ et romano põtifice creato et coronato eius coronatio et creatio regib⁹ et principib⁹ mundi denũciatur. Tercio quantum ad publicationẽ quia non est ponẽda talis elc̃tio sub modio sed sup candelabrũ quatinus si ius acquisitum ẽ electio non possit aliqua tergiuersatione zelari, Vñ scribit̃ extra · de electiõe · Electiones quoqꝫ clandestinas reprobamus statuẽtes ut q̃mcito electio fuerit celebrata solẽnit̃ publicet̃ Est etiã hoc conueniẽs sic populo publicari ad gaudiũ nunciandum · Legit̃ enim in Calcedonensi concilio · ꝙ totus populus et tota sinodus acclamauit electioni ꝑp̃e Leo sanctissimus apl'ic⁹ viuat ꝑ multos annos, ¶ Ad primũ ergo est dicendum ꝙ illud decretum intelligitur vl' ꝑm antiqua iura q̃b⁹

concessum fuit ad aliquibꝫ laicis iurisdictionē hr̄e in electione ꝑp̄e ꝓpter fauorē ecc̄ie· vel intelligit̄ ꝙ electio illis laicis est representāda vt eoꝝ virtute et fauore nulli possent predictā electionē perturbare. ¶ Ad·ij·ē dicendū·ꝙ sicut notat̄ sup illo decreto·ꝙ laici vocādi sūt ad electionē·intelligit̄ de talibꝫ laicis qui sūt patroni ecc̄iaꝝ ad quos pertinet pn̄tare et eligē ordinādos in ecc̄ijs quarū sunt patroni et fūdatores sicut patꝫ xvj·q·vij·c·decreuimus. Si vero intelligat̄ de electione pape tūc debet ītelligi quantū ad representationē vel quantū ad publicationem sicut superius dictū est·nulla tn̄ taliū condicōnū existēte nō esset talis electio infringēda·quia contra ipaꝫ nulla exceptio recipiēda est. ¶ Ad·iij·est dicendū · ꝙ consensus populi et approbatio requirēda est in electione iam facta non in electione fiēda quia electio illius qui princeps pacis ē pacē et vnitatē animorū suorum subditorū reqrat.

¶ Questio Tercia De eligentium iurisdictione.

Viso de ꝑp̄e electiōe Restat nunc inquirē de eligentiū iurisdictione, Circa qd̄ querunt̄ xj· Primo· Vtrum solum ad collegiū cardinaliū spectet papam eligere. Scd̄o· Vtrum deficiēte tali collegio electio pape deuoluat̄ ad generale ꝯciliū, Tercō Vtrum tale collegiū teneat̄ eligere sp̄ hominem sufficientioris sciētie Quarto· Vtrum teneat̄ sp̄ eligere hoīeꝫ sāctioris vite. Quīto Vtrū teneat̄ magis eligē iuristā q̄ꝫ theologū Sexto·vtrū teneat̄ mag̃ eligē homīem de collegio q̄ꝫ extra collegiū, Septimo· Vtrū maiorē p̄tatem habeat collegiū eligēs·q̄ꝫ papa electus. Octauo· Vtrū ꝑp̄ mortuo potestas eius remaneat in collegio. Nono· Vtrum mortuo papa collegium possit quicquid potest papa viuēs, Decimo· Vtrū in tali electione debeat precedē tractatus vel aliqua prelocutio, Vndecīo· Vtrū tutius sit celeriter eligē vel diu in tali electione cogitare.

AD Primum sic procedit̄, Videt̄ enim ꝙ non ad cardinales solum pertineat electio sūmi pontificis quia sicut papa vocatus in vniuersalem administrationē sic ep̄i vocati sunt in sollicitudinis partem ꝫ partibꝫ ꝯuenit prouidere de toto· ergo videt̄ ꝙ ad ep̄os ꝑtineat sūmi pontificis electio, ¶ Pretea electio et quelibet actio ē particulariū suppositoꝝ·ꝫ licꝫ ꝑp̄ sit pastor toti⁹ orb̄ habet tn̄ particularez

sedem puta romanã sicut beat9 Petrus apud antiochiã prius q̃ romam veniret habitauit et Ignaciũ illic ep̃m constituit vbi p̀mum nomen cristianor exortũ est· Postmodum prima sedes beati petri celesti bñficio romana ecc̃ia ordinata est· quã beatissimi Petr9 et Paulus suo martirio consecrauerũt· electio ergo sũmi pontificis ad clericos romane sedis pertinere videt· cũ illa sit prima sua particularis cathedra ¶ Preterea electio oũis pastoris oũitatẽ eligentiũ requirit ꝫ papa ẽ oũis pastor totius orbis videt ergo q̃ prelati totius mundi ad eius electionem debeãt cõuenire. ¶ In contrariũ ẽ qđ scribit extra de elec·c·licet· vbi habet· q̃ due partes cardinalium requirunt solũ ad electionẽ sũmi pontificis · Et extra de elec·c· vbi maius periculũ habet· q̃ solum cardinales includi debẽt ad electionẽ pape faciẽdam ¶ Rñsio Dicendũ· q̃ scribit Dester vlt· Non est putandũ si diuersa iubẽtur ex animi imperantis prouenire leuitate· ꝫ p qualitate & necessitate tẽpor et reipu· possit vtiliter ferre sententiã · quãuis ergo ẽm antiqua iura fuerit concessũ primo romanis oĩb9 ius eligẽdi papam· q̃a ut notat lxv·di·c· ego ludouicus· Oĩes romani vno concilio atq̃ concordia sine aliqua permissione sũmũ pontificẽ eligebant ita q̃ olim romani omnes ex consuetudine antiqua electõi sũmi pontificis intererãt· et postmodũ ex fauore catholicor et ad expugnationẽ hereticorum et scismaticor· quibus de x̃pianissimis imperatoribus ius eligẽdi papã fuerit concessum· nunc autẽ tm̃ ad solos cardinales electio sũmi pontificis dinoscit pertinẽ et hoc satis cõuenienter ꝓ̃t duo· Primo ꝓ̃ter eor assistentiã quãuis enim ep̃i repr̃esentent personas ap̃lor· non tm̃ repr̃esentãt personas eor ut x̃po vel ip̃i pape vicem eius gerẽti principalit̃ al's p̃ntialit̃ astiterunt vel assistunt· ꝫ magis ut ip̃i diffusi in orbẽ terrarũ quilibet aliquã partem mũdi in sorte predicationis acceperũt Cardinales vero p̃sonas ap̃lor repr̃esentant· ut x̃po et pape vicem eius gerenti principaliter astiterunt vel assistũt· et ideo ꝺueniẽti9 electio sũmi pontificis fit per eos q̃ p ep̃os vel alios prelatos ecc̃ie. Scđo ꝓ̃ter eor ꝺuenientiã· nã ẽm pl̃m in paucioribꝫ via certior et securior· quãto enim periculo p pauciora remedia potest subueniri· tanto citius et securius subueniatur· quia igit̃ vacatio sedis ap̃lice nimis est periculosa fidelib9 ut citius et securi9 tali periculo possit remediũ adhiberi ꝛgrue ad pauca

personas puta cardinales electio pape deuoluta est. ¶ Ad primum ergo est dicendum· qp epi non hñt illam dueniẽtiam in electione sũmi pontificis sicut cardinales ut dictũ est cum ipi pape sp pñtialiter assistant, ¶ Ad scdm est dicẽdũ qp sicut papa nõ obstãte qp sit vniũsalis ecãie pastor est tñ singulariter pretitulatus eps et romanus põtifex· quia sedem illam postqm̃ de antiochia venit beatꝰ petrus simꝫ cum paulo eorum martirio consecrauerũt ut dicit̃ di· xxij· c· sacrosãcta. Sic cardinales non obstãte qp sint iudices et pncipes totiꝰ mõdi iuxt̃ illud psal· Constitues eos principes sup omnem terram· pretitulantur tñ titulis ecciarũ rome et in distrctu romane vrbis existentiũ vñ clerici romane ecãie appellati sunt. ¶ Ad terciũ ẽ dicendũ qp dñitatis nõ est eligẽ quia bm damas· Electio est duoby existẽtiby vnũ p altero eligere, Hoc autẽ non pertinet ad omnes· ꝫ ad aliquas personas singulariter et ad talem actionem deputatas que polleãt auctoritate sapiẽtia et scitate. Vñ nec xps qui fuit pastor omnium ouiũ vocauit omnes ad apl'atũ nec omnib⁹ sua secreta reuelauit. Vñ dixit petrus Act̃· x· Dedit autẽ deus pater manifestũ fieri nõ omni populo ꝫ testib⁹ preordinatis a deo.

AD scdm sic procedit̃· Videt̃ enĩ qp deficiẽte collegio cardinaliũ ad romanũ clrũ electio pape deuoluat̃· quia pñas eligendi papam nunc solis cardinalib⁹ est concessa· ꝫ successores cardinaliũ sũt romani clerici cum ipi romani clerici appellent̃· Ergo videtur qp ad clerum romanũ cardinalib⁹ deficiẽtib⁹ spectet eligẽ papã. ¶ Preterea conciliũ non hꝫ auctoritatem sine papa· scribit̃ xvij· di· qp nõ ẽ ratũ alꝫ rectum conciliũ qđ auctoritate romane ecãie fulcitũ alꝫ osultum non fuerit· Et ibidem subditur non est conciliũ ꝫ duenticulum qđ sine sedis aplice auctoritate celebrat̃· ad conciliũ ergo electio sũmi põtificis spectare non potest sine pape auctoritate. ¶ Preterea conciliũ geñale non posset papam eligẽ nisi esset congregatum· ꝫ ad nullũ alium spectat concilium gñale congregare nisi ad papam. Scribit̃ enim di· supdicta· Absqꝫ romani pontificis auctoritate sinodus nõ debet congregari· et ibi subdit̃· Absqꝫ sedis aplice auctoritate sinodũ aliquib⁹ congregari non licet· non ergo ad conciliũ gñale potest spectare electio sũmi pontificꝭ ¶ In contrarium ẽ· quia eorũ est eligere et dstituere quorum est deponere et destituere· ꝫ totius ecãie et gñalis

concilij esset papam deponere et destituere si in heresi deprehenderet.
Scribit enim xxij. di. Qr cum marcellinus eps a paganis esset com-
pulsus ut templum eorum ingressus tria genera thuris sup pruni
imponeret tunc vniuerso concilio sctorum et eporum collecto et inquisitio
ne sup hoc facta omnes dixerunt sibi. ore tuo iudica causam tuam
qr ex ore tuo iustificaberis et ex ore tuo condemnaberis, Ad cciliu g°
gnale videt simlr pertinē sūmū pontificem eligere et constituere col
legio cardinaliū deficiente. ¶ Rnsio dicendum qd aliqui dicūt ad ro
manū clerum deuolutam eē electionem sūmi pontificis cardinalibus de-
ficiētibus. et quia isti sunt successores cardinaliū ut supdictū est. et qa
ipe papa singularit ē eps romanus Vn ad canonicos et clicos epatus
puto scti iohānis latanensis spectaret electio pape deficiēte cardinali-
um collegio, Sed sine preiudicio puto tali casu interueniēte qd colle
giū deficeret magis fore tutum et securū. qd gnale conciliū ad talem
electionem faciendam congregaret ppter duo, Primo ppt scisma vi-
tandum. quia sicut dicit Augus in libro de vera religione, Catholi-
ca fides et religio xpiana sine vlla nouitate et scismatis vl heresis se
minatione aut cuenticulorum segregatione est tenēda et predicanda.
quia igitur casu tali intueniēte. qd collegiū cardinalium deficeret si
electio fieret p romanū clerum. posset esse matia scismatis qa electus
forte ab vniuersali eccia non recipet calūnia uel dubitatione de po-
testate eligendi in tali electione intposita ideo magis tutū et securū
eēt ut talis electio per concilium prelatorum vniūsalis ecclesie fiēt Scdo
ppt dubium interptandum, Nam sm Augus in libro supdicto In
catholica ecclesia sp falsa sunt respuēda. vera vero sp tenenda. dubia
vero tam diu credēda donec esse respuēda vel ratio doceat vel preci-
piat auctoritas quia ergo dubium est ad quos spectaret electio sūmi
pontificis tali casu intueniēte cū dubia intpretari que emergūt ī ec-
clesia ad generale concilium spectet. videt in tali casu magis esse se-
curum. qd talis electio ad conciliū gnale deuoluat. qr sp ī ambigua
voce legis illa potius significatio est accipiēda que vicio caret. preser
tim cum voluntas legislatoris ex hoc colligi possit ut dicet in princi-
pio digestorum. ¶ Ad primū ergo est dicendum. qd romani clerici sunt
successores cardinalium in nominatione nō in iurisdictione. quia
planū ē qd nō hnt auctoritatē nec dignitatē illā quā hnt cardīales.

Et ideo nisi fieret speciale statutū p papā qp deficiēte collegio potestas eligiēdi remanēt in romanis clericis vel in canonicis scti Johānis non oueniret eis eligē sūmū pontificē magis qz alijs · quia sicut pp est romanus eps singularit̄ · sic singulares persone et singulares clerici sunt deputati ad talem electionem faciendam · puta cardinales · quibꝫ deficiētibꝫ nullis alijs clericis vel canonicis singularibꝫ ptas in tali electione oueniret nisi sup hoc nouū statutū oderetur. ¶ Ad scdm est dicēdū qp illa decreta intelligunt̄ papa viuēte · tūc enī absqz eius auctoritate concilīū nec fieri nec ogregari deberet nec alicuius firmitatis esset absqz romani pontificis auctoritate · ꝫ ipo mortuo ꝛ collegio deficiēte posset concilium ordinare et terminare de oīibꝫ q̄ pertinēt ad vtilitatē ecīe. ¶ Ad terciū ē dicendū qp in tali casu imperator et alij reges et pncipes xpianoꝝ possent et deberent ocīliū epoꝝ et prelatoꝝ congregare ad talem electionem faciendam · Et sic puto qp sic posset eos includē ad constitutionē illā suare circa eos que ponit̄ ex · de elec · c · vbi maius piculū · sic nunc tenetur facere obseruare cōmunitas terre vbi pp decedit erga cardinales. Scribit̄ xvij · di · c · concilia · qp cū q̄dā imponerent̄ symacho presuli aplice sedis ex auctoritate Theodorici regis scīm ocīliū congregatum fuit dicēs · dixit rex nichil ad se ptinē pret̄ reuerentiam de negocijs ecīasticis ꝫ ipi p̄lati viderēt et deliberarēt quid magis putarēt vtile et cūmodo veñā oi q̄uisione concilij pax ī ciuitate romana dareť · et in toto orbe ipe totū ratum et firmū hret,

AD Tercium sic procedit̄ Videt enim qp sp collegiū teneat̄ eligē in papam hominē sufficiētioris scīētie · quia dicit Hiero? super leuiticū et ponit̄ viij · q · i · Requirat̄ in ordinādo sūmū sacerdotem populi pntia ut sciant omnes et certi sint · quoniā qui prestantioꝛ ē ex omni populo · qui doctioꝛ · qui sanctioꝛ · qui in omni virtute eminētioꝛ · ille ad sūmū sacdotiū eligat̄ · Videt̄ g° qp hoiez sufficientioris scīētie ad sūmū pontificē sp teneat̄ eligere. ¶ Preterea sup illo verbo Jaco · ij · Nolite in personaꝝ acceptione frēs krmi hre fidē dñi nostri ihesu xpi · dicit Aug? · Qz si hanc distātiā sedendi et standi referam? ad honores ecīasticos · nō est putandū leue ee pcm diuitē ad sedem honoris ecīe eligere paupe contempto instructore et sanctiore · videt ergo qp sp collegium hominem sufficiētioris scientie teneatur eligē,

Preterea dicit Greg· prima parte sui pastoralis· Nulla ars presumitur doceri nisi prius intenta meditatione discat· et suboit· ab imp itis ergo pastorale officiū qua temeritate suscipit· qñ ars artium est regimen animarum· Vñ sūmo sacerdoti intelligit esse dictum p pphetam· Quia tu scientiaz repulisti et ego repellam te ne sacerdotio fungaris michi· Videtur ergo qp sp sufficiētioris sciētie hō debet eligi in sūmum sacerdotem, Preterea dicit Leo papa· ex presbiteris eidem ecie sp optime eligat· cui consonat qđ scribit ex de elec· vbi habetur· Nichil ē qđ ecie dei magis officiat· noceat q̄ qp indigni prelati assumūtur in regimine aiaz· et si istud veritatē habet vniuersaliter de prelatis· multo fortius de sūmo pontifice. In contrarium est qđ scribit ext de elec· c· ne p defectum pastoris· vbi dicit qp sufficit ydoneā ꝛ personā sufficiētē ad prelaturā eligē· si ergo sufficit electio qp sit sufficiens et ydoneus debet hoc sufficere eligenti puta qp eligat sufficientem et sic non tenet sufficiētiorē sp eligē. Rñsio Dicēdū qp aliqui sine distinctione respondent ad hanc questionē· qp duobz existentibz vnus sit minus bonus et minus doctus· alius vero magis bonus et magis doctus Dicūt qp sufficit eligere minus doctum et minus bonū et exponūt· qp bonus est quis eoipo qp nō est malus· et doctus eoipo qp non est indoctus. Non attēdentes ad verba Gregorii dicentis, Minus est mala non agē nisi quisq̄ studeat bonis opibz insudare· qđ maxime de prelatis est vniuersaliter verū· quibz nō sufficit qp non sint mali ꝫ oporteat qp sint boni· Et non sufficit qp nō sit indocti ꝫ qp sit ydonei ut alios possit docē· Ita dicit apls· i· ad thy· i· Hec puta prelaturam et pastorale officiū commenda hominibus fidelibz qui ydonei sint alios docere· Puto ergo absq̄ piudicio melioris sentencie distinguendum esse tam ex parte eligentis q̄ ex parte electi et ex parte status ad quem homo eligit· Ex parte eligentis quidem quia si per eligentem potest eligi eq̄ facilitate doctior et sufficiētior sicut minus sufficiēs et minz doctus puto qp tenet doctiorē et sufficientiorē eligē equa facilitate supposita Et ex parte vero electi distinguēdū est· quia si minz doctus et minus sufficiēs haberet plures voces· et magis sufficiēs et magis doctus haberet pauciores tunc si eligenti dictaret conscientia qp ammittēt vocē suā si eligēt magis sufficientem et magis doctū· Puto qp licite in tali casu potest conformare

conſciẽtiã ſuã cum alijs ut eligẽt minus doctũ et minus ſufficiẽtem Sed ſi tot voces habet vnus ſicut alius et credẽt q̃ p̃ vocem ſuã augeretur numerus eligẽtiũ· magis doctum et magis ſufficientẽ puto q̃ in tali caſu teneãt eligẽ magis doctũ et magis ſufficientẽ quia conſciẽtia ſtringit eum ad iſtud, Illi autẽ q̃ dicũt q̃ ſufficit eligẽ doctum et ſufficientẽ · veritatẽ habet nulla compatiõe facta boni ad meliorẽ vel docti ad doctiorẽ·vbi autẽ fit nõ ſufficit, Multum enĩ hãret quis largã conſciẽtiã q̃ñ equa facilitate p̃t hãre meliorẽ ſicut bonũ et doctiorem ſicut doctum· et magis bonũ et magis doctũ dimittẽt et min9 bonũ et minus ſufficientẽ eligẽt. Ex parte vero ſtat9 eſt diſtinguendum·quia aliqua perfectio doctrine requiritur in vno ſtatu que nõ requiritur in alio· maior enim perfectio ſcientie requiritur in papa q̃ in epiſcopo·et maior in epiſcopo q̃m in preſbitero. Vnde dixit valentinianus imperator ſicut ponitur lxij·di· Talem in pontificali ſede conſtituite cui et nos qui gubernam9 impiũ noſtra capita ſubmittam9 et eius monita dum tang̃ homines deliquim9 neceſſario curantis medicamina ſuſcipiam9·puto enim q̃ ſpecialit̃ ĩ electione ſũmi pontificis ſi ſciẽter preferat̃ min9 bonus meliori et minus doctus doctiori acceptio perſone ẽ Ad primũ ergo ẽ dicẽdũ q̃ illud dictum hiero· ut dicũt aliqui q̃ eſt dcliũ non preceptũ vel ſi intelligat̃ eẽ preceptũ ſupponit̃ equa facilitas quia tũc non ſine ſcrupulo conſcientie poſſet eligi minus ſufficiẽs et min9 doct9 dimiſſo ſufficiẽtiori et doctiori, Ad ſcõm eſt ſimilit̃ dicendũ·q̃ ibi loquit̃ Iacobꝰ de diuite et paupe planũ eſt enĩ q̃ eligat̃ diues ad honorẽ eccie·quia diues dimiſſo paupe q̃ paup doctiore et ſanctiore illo ſine acceptiõe perſone et ſine pcto fieri non potẽſt·quia ut ſcribit̃ Proub̃·xix· Melior eſt paup qui ambulat in ſimplicitate ſua q̃ diues torquẽs labia ſua et inſipiens, Ad terciũ eſt dicendũ·q̃ Grego·accipit impiciã pro neſcientia vel p̃ inexpiẽtia·multi enĩ ſut ſciẽtes aliqua ſpeculatiua qui tñ carent expientia et prudentia agibilium qualit̃ ſuccurrẽdum eſt languoribꝰ animar̃·quia ſine dubio ut ipe dicit ĩ eodẽ libro Magna cautio eſt adhibẽda ĩ regimine animarum · quia aliq̃rum vicia ſtatim ſunt corrigenda·aliquor̃ vero leuiter ſunt increpanda· aliquor̃ vero ad tempus ſunt diſſimulãda·quia vulnera ſtatim ſecta deterius q̃ñg̃ inferueſcunt·nã quia ars artiũ eſt regimen aiarũ

qui tali arte carẽt ad prelaturã potissime ad sũmũ põtificiũ assumi non debẽt quantũcunq; sint instructi in aliquibꝫ sciẽtijs et vigeant aliqua doctrina speculabiliũ. ¶ Ad Quartũ est dicendũ qꝫ aliqui dicunt illud dictum Leonis intelligendũ esse qñ prelatus eligiẽ exẽ collegiũ ꝓpium tunc enim melior et optimus eligendus est. Sed qñ eligiẽ de ꝓpio collegio sufficit eligere sufficientẽ ꝛ ꝑoneũ vel intelligitur supposita equali facilitate sicut dictũ est in alijs.

AD iiij· sic procedit· Videt enim qꝫ collegiũ sp teneat eligere in sũmum pontificem hominem melioris vite· quia homo tenet conformare volũtatem suam volũtati diuine iuxẽ illud Aug⁹ super illo verbo Non adhesit michi cor prauũ dicit enim ibi qꝫ cor prauũ et distortũ habet qui non vult qđ deus vult· ꝫ deus vult eligi in suũ vicariũ sp sanctiorem et meliorem quia cum ipe sit bonũ omnis boni sp prefert maiꝰ bonũ minus bono· ergo videt qꝫ collegiũ sp boiez sanctioris vite teneatur eligere. ¶ Preẽea insumum pontificem debet eligi simpliciter bonꝰ· ꝫ doctrina vel scientia non facit hominẽ simpliciter bonũ solum autẽ facit boiez bonũ ꝑm intellectũ qđ est esse bonum ꝑm quid· Sed esse bonũ ꝑm affectũ et ꝑm volũtatem qđ requirit sanctitatem vite est esse bonũ simpliciter· ergo videt qꝫ collegiũ hominem saltem sufficientioris vite licet non hominem sufficientioris scientie teneat eligẽ. ¶ Preẽea homo tenet in electione sequi dictamen rectam· sed cuilibet dictamen recta dictat qꝫ minori bono magis bonum preeligendum est· ergo semp eligẽ meliorẽ et sanctiorem teneẽ. ¶ In contrarium est quia illi hñt bonũ zelũ in electione qui eligunt talem ĩ quo nullum est canonicũ impedimentũ sicut patet exẽ de elec· c· duoũ· Sed eligendo hominem sufficientem et ꝑoneũ non est aliqđ canonicũ impedimentũ· quia canones non plus dicũt nisi qꝫ persona sufficiens et ꝑonea eligat sufficit ergo invita sufficiẽtem eligere. ¶ Rñsio qꝫ ꝛcordando iura que diuersimode locunt de electione prelatorum possumus dicere qꝫ eoꝝ quedã in iure mandãtur· quedam imperant ut que sunt necessitatis· quedã vero suadent ut que sunt vtilitatis· Prima cadunt sub precepto· Scda vero sub cõcilio, Nam apls· ĩ· ad Chor· vij· dicit de virginibꝫ autem preceptũ dñi nõ habeo consilium autem do Et ij· ad chor vij· ait, Nõ quasi imperãs dico facta ex alioꝝ sollicitudine vestrum bonum ingenium

comprobãs·habere ergo bonum prelatũ est necessitatis·habere vero meliorem vel optimum est vtilitatis. Planũ ẽ aũt q̃ nõ minor req̃rit pfectio in electo q̃ in eligẽte ꝑ̃ quod si electio sufficit q̃ bonus ⁊ sufficiẽs in vita et ĩ sciẽtia eligat·multomagis ut puto sufficit eligẽti q̃ bonũ et sufficientem eligat·expedit tñ et suadendũ est sibi q̃ meliorẽ et optimũ eligat. Hinc est ergo q̃ attẽdendo ad illud q̃ sufficit et q̃ impat dicũt aliqua iura q̃ sufficiẽs et ꝓponet eligat·sic patet ext̃ de elec·p totũ. Attẽdendo vero ad illũ q̃ expedit et quod consulit dicunt iura aliqua q̃ ille qui doctior ⁊ qui sanctior eligatur sicut allegatũ fuit sup̃ viij·q·ĩ· Si enim prelatũ esse bonũ ĩ vita et scientia sufficit deo·sufficit ecclie et sufficit electo non videt ẽ dubitandũ q̃re non deberet sufficere eligẽti·istud autẽ sufficẽ satis exp̃sse videt notare Hug·viij·q·ĩ·c·licet. Ad primũ ergo ẽ dicendũ q̃ nõ est certũ imo est dubiũ vtrũ deus velit mai⁹ bonũ magis eligi et sanctiorem magis prefici ĩ prelatura forte enĩ qui min⁹ bon⁹ ẽ et minus sãctus melior erit ĩ prelatione ·et ideo deus vult ip̃m magis eligi. Vel alr potest dici q̃ non sequit si deus vult meliorẽ ⁊ sanctiorẽ eligi magis q̃ ꝑ̃ hoc istud teneat velle ex precepto sicut deus vult magis me ee in religione q̃ in sclo nõ tñ teneor ex precepto religionẽ intrare· vñ dicit̃·q̃ tenemur conformare volũtatẽ nostram volũtati diuine intelligendum est respectu eorũ que sũt in precepto non ĩ consilio.
Ad·ij·ẽ dicendũ·q̃ bonũ hominem simplicit̃ facit caritas et ꝙa caritas est in volũtate ideo dictũ est q̃ esse bonũ bm affectũ est ee bonum simpliciter talis tñ bonitas q̃ñq̃ non sufficit in regimine prelature quia dicit hiero⁹in epla ad paulũ, Sancta quippe simplicitas solũ sibi prodest·et quãto plus edificat ecciam dei ex vite merito·tãto pl⁹ nocet si contradicentibꝫ non resistit. Ad hoc igit̃ ut aliquis eligatur in pastorẽ sufficit q̃ eligat bon⁹ ĩ vita et sciẽtia suffragãte alia bonitate q̃ requirit̃ ad prelacia. Ad terciũ ẽ dicendũ· q̃ recta ⁊sciẽtia aliq̃d dictat ut faciẽdũ ex debito · et hãc hõ ſp tenet̃ sequi aliud vero ut faciendũ de expediẽti vel de congruo·ꝛ hanc non tenet̃ sequi.
Ad Quintũ sic procedit̃, Videtur enĩ q̃ collegiũ magis teneat̃ eligere iuristam q̃ theologum ĩ papã·q; papa potissime eligit̃ ad questiones et iurgiorũ litigia determinãda q̃ tot quotidie insurgunt ut nisi iusticia conatus eius sua virtute reprimẽt ius humãi

federis litigatoꝝ abusus extingueret · et dato libello repudij cõcordia extra mũdi terminos exularet ut scribit̃ ext̃ de elec· rex pacificus· ꝫ in questionibꝫ terminãdis et imponẽdo finem litibꝫ plus valẽt iuriste q̃m theologi Scribit̃ enim xx·di·c·decretales·ꝙ in sacrarũ scripturarum expositionibꝫ sacre scripture tractatores pontificibꝫ ꝑponantur Sꝫ in negocijs diffiniendis et in causis determinandis sedis apostolice eius locũ merent̃ tenere Videt̃ ergo ꝙ magis iuristam q̃ꝫ theologum collegiũ tenetur eligẽ. ¶ Pret̃ea sup illo verbo ꝓphe Canes sũt non volẽtes latrare·dicit Aug⁹·ꝙ baculo et manu arcendi sũt lupi Et super illo verbo ezech·xiij· Hec dicit dñs de ꝓphetis insipientibus non ascendistis ex aduerso nec posuistis vos ut murum ꝓ domo israhel ut staretis in prelio in die dñi·dicit gg̃·in pastorali·ꝙ ex adũso quippe ascendẽ est ꝓ defensiõe veritatis libera voce hui⁹ mũdi potestatibꝫ contraire· ꝫ hec omnia ut videt̃ meli⁹ potest homo facere ꝑ iura q̃ꝫ per theologiam · magis ergo collegiũ tenet̃ eligere iuristam q̃m theologum. ¶ Pret̃ea quanto oppositum alicui⁹ est magis periculosum·tanto illd̃ est magis necessariũ·Sed oppositum iuris et iusticie est iniusticia de qua dicit phs·v·ethi·ꝙ est crudelissima et seuissima hñs arma · quia sicut homo lege ꝛ iusticia perfectus ẽ optimũ animaliũ·sic sepatus a lege et iusticia est pessimũ hominũ·Cui cõcordat illud qd̃ scribit̃ eccl̃sti·x· Regnũ a gẽte in gentẽ trãsfertur ꝓpt̃ iniusticias et iniurias et contumelias aduersus dolus·ꝫ ꝓp̃ debet esse optimus int̃ homines quãtum ad omnia ista·videt̃ ergo ꝙ plus expediat ecc̃ie dei ꝙ ꝓp̃ sit iurista q̃m theologus. ¶ Pret̃ea sup illo verbo Exo·xxviij·apostolica q̃ꝫ tibi aaron fratrem tuũ dictũ est moysi. Dicit g̃g·ꝙ qui ad sũmũ sacerdotiũ assumũtur tãto studio et amore debẽt eligi et iusticie adherere ut germana videant̃ cognatione cõiungi·videt̃ ergo ꝙ papa magis debeat esse iurista q̃ꝫ theologus.

¶ In contrariũ est Hiero⁹ in quadam epl̃a vbi fortit̃ rep̃hẽdit clericos et prelatos ecc̃ie qui potius in manibus portãt codices impatorum q̃m euãgelistaꝝ, ¶ Pret̃ea scribit̃·xxxvj·di· ꝙ ad sũmũ sacerdotium non aspiret qui diuinis stipendijs et disciplinis nõ est eruditus.

¶ Rñsio Dicendũ ꝙ ꝓp̃ quantum ad pñs quatuor modis considerari potest primo ex parte ecc̃ie cui preficit̃, Scd̃o ex parte status ĩ quo cõstituit̃, Tercio ex parte scientie qua perficit̃, Quarto ex parte iudicij

quod per ip̄m fert̄. omnib⁹ autem istis modis liquide potest apparē
q̄ collegiū magis tenetur eligere bonū theologū q̄ bonū iuristam ī
sūmū pontificē. Primo q̄dem ex parte ecc̄ie cui preficit̄. noīe nanq̄
ecc̄ie principalit̄ non intelligūtur muri oliueta et bona tp̄alia de q̄:
bus insurgūt omni die lites et discordie ad quar̄ termīatiōez valent
iura et leges ꝫ magis intelligunt̄ aīe ip̄or̄ fideliū ad quar̄ informa:
tionē ut xp̄o sp̄oso ecc̄ie ꝯiūgātur non est necessaria nisi sacra theo:
logia. ꝓ ecc̄ia enī ut noīat muros castra ciuitates et alia tp̄alia bo:
na xp̄s mortu⁹ non fuit nec passus imo oīa talia in tm̄ contēpsit ut
diceret nolēti sequi ip̄m ꝓpt̄ tp̄ale subsidiū. vulpes foueas hn̄t ⁊ vo
lucres celi nidos. fili⁹ au. ho. nō ha. vbi ca. su. re. Sed ꝓ ecc̄ia ⁊ no:
mine ecc̄ie intelligunt̄ aīe fideliū xp̄s mortuus est et sanguinē suum
effudit Vn̄ dicit Crisos. in quadam om. de penth. Magna cura est
deo de ecclesia sua non muro circūdata. ꝫ fide circūsepta, Et apl̄s ad
Chor̄. xiij. xp̄i vestigia sequēs dicit, Ego autē libētissime impendā ⁊
sup̄ impendar ego ip̄e pro aīab⁹ vr̄is, Scd̄o hoc patet ex parte sta:
tus in quo papa constituitur. Nam pp̄ idem sonat qd̄ pat̄ patrum
ita q̄ debet esse medius int̄ deū et alios pastores et prelatos ecc̄ie. nā
sup̄ illo verbo qd̄ dictū ē moysi exo. iiij. Tu eris in his que ad deum
pertinent et aaron frater tuus loquetur ꝓ te ad populū. dicit Aug.
Q̄ sūm⁹ pontifex cuius fiḡam gerebat moyses medius debet eē int̄
deum et aaron qui gessit fiḡam alior̄ prelator̄. nam cū ip̄e moyses
vellet terminare questiones et iurgia in pp̄l̄o audiuit a ietro cogna:
to suo exo. xviij. Stulto labore consumeris Esto tu in pp̄l̄o in his q̄
ad deum pertinēt et ostendas pp̄l̄o cerimonias et ritū colendi deum.
Ad lites vero et questiones determinandas ꝓuide de omni plebe vi
ros timentes deū in quib⁹ sit veritas et qui oderint auariciā. Tercō
istud patet ex parte sciētie qua sūm⁹ pontifex perficit̄, Sicut enī ip̄e
papa prefertur om̄ib⁹ alijs prelatis et pontificib⁹. ita sciētia qua ip̄e
perficit̄ ꝛc qua debet eē perfect⁹ preferēda ē om̄ib⁹ alijs sciētijs. vt sic̄
sciētia prefertur sciētie ita professor p̄ferat̄ professorib⁹. Constat aūt
q̄ sacra scriptura ē illa q̄ p̄fert̄ om̄ib⁹ legib⁹ et scientijs. Ergo theo:
logus in electione pape preferendus est om̄ib⁹ iuristis et aliarū sciē
tiarū professorib⁹, Quarto hoc patet ex parte iudicij qd̄ per ip̄m pa
pam prefertur Est enim ip̄e papa vniuersalis iudex totius orbis ⁊

omnium questionũ insurgẽtiũ, Constat autẽ ꝙ iura ciuilia nõ corrigũt oĩa mala et multa impunita relinquũt que per diuinã legez et sacrã theologiã iudicant. Vñ dicit Aug⁹ ĩ j. li. de libero arbitrio. videt michi lex ista q̃ regendis ciuitatibꝫ fert multa ꝯcedẽ atq; mlta impunita reliquẽ que tñ per diuĩaꝫ sciaꝫ iudicant. Et x. di. scribit ꝙ legibꝫ impatoꝝ nõ in omibꝫ ecciasticis contrauersijs vtẽdum est. presertim cũ inueniãtur euangelice ac canonice sanctiõi aliquotiẽs obuiare, ¶ Ad primũ ergo ẽ dicẽdũ. ꝙ ad lites et questiões t̃minandas ꝓp̃ assumere debet contemptibiles de ecclesia puta seculares iudices sicut dicit apl's nõ aũt ipe ꝑ seip̃m. vñ et apl'i vij. dyaconos elegerũt qui tp̃alibꝫ insisterẽt quatin⁹ ip̃i orõi et ministerio verbi dei q̃etius possent insistere nec bon⁹ theologus nud⁹ est a legibꝫ quantuꝫ ad illud qd̃ veritatis et iusticie est ĩ eis. aliter leges dicende non sũt. si nõ sunt iuste et vere ut dicit Aug⁹. ꝙ lex ut michi videt dicẽda nõ est que iusta non est. quicq̃d enĩ veritatis et iusticie est in omibꝫ scientijs et in sacra scriptura perfectius inuenit. quicq̃d autẽ falsum ꝛ noxiũ est in ea damnat̃ ꝑm Aug⁹. Nã ip̃a de semetip̃a loquit̃ ꝓũ. viij. Per me reges regnant et legum conditores iusta decernunt, ¶ Ad scd̃m ẽ dicendum ꝙ latrare contra lupos ne aĩas fideliũ rapiant et stare ex aduerso contra volẽtes inuadẽ dominicũ gregẽ meli⁹ est ꝑ sacras scripturas q̃ꝫ per leges et iura facẽ. quia finis eius ẽ caritas. iux̃ illud apl'i finis prececepti est caritas. q̃ ut scribit̃ in cant. est omis armatura fortium qua expoliat⁹ petr⁹ vna enim mulieris voce percussus dum mori timuit vitã negauit. et qua vestit⁹ dixit obedire oportet deo magis q̃ꝫ homĩbꝫ. ¶ Ad Tercium ẽ dicendũ. ꝙ sũm⁹ pontifex debet eẽ perfect⁹ p̃ricipalit̃ lege diuina de qua scriptũ est Lex dñi immacl'ata ꝯuertẽs aĩas. legẽ autẽ humanam aliquãdo assumere potest non ad intentum principale. ꝫ ad aliqd̃ adiutorium tp̃ale et corporale, Vñ dicit Aug⁹. et ponit̃ x. di. Si in adiutorium vestrum t̃reni imperij leges assumẽdas putatis nõ rep̃hẽdim⁹ nam fecit hoc paulus. cum aduersus iniuriosos cesarem appellauit et ciuem romanũ se esse ꝓtestatus est. ¶ Ad iiij. est dicendũ. ꝙ illud verbũ Greg. de lege diuĩa intelligit̃. Si uero intelligat̃ de lege hũana ꝙ summ⁹ pontifex lege humana germana cognatiõe debeat esse coniunctus Intelligendũ est sicut dicit Cyprianus et ponitur x. di.

Qz xpiani impatores ꝓ eterna vita pontificibꝫ indigēt et pontifices pro cursu tp̄aliū tātūmodo impialibꝫ legibꝫ vti debēt quatinꝰ spūalis homo negocijs secularibꝫ se non implicet.

AD. vj. sic procedit̄, Videt̄ enī ꝙ collegiū cardīaliū non de ip̄o collegio ꝑp̄az debeat eligē qꝛ sacdotiū xp̄i differt a sacdotio leuitico, Sz illd̄ sacdotiū ad iudicādū sp̄ assumebat̄ de collio et familia leuitica. iux̄ illd̄ deut̄. xvij. Si difficile et ābiguū apd̄ te iudiciū ꝓspexis int̄ sangez et sāgez. causā et cāz leprā et nō leprā. et iudicij int̄ portas tuas videris v̄ba variari veniēs ad sacdotes leuitici generis et ad iudicē q̄ fuit illo tp̄e. et queres ab eis qui iudicabūt tibi iudicij veritatē. In sacerdotio ergo xp̄i sūmꝰ pontifex ext̄ collegiū assumendus est ut differat ab illo. ¶ Preterea sūmꝰ pōtifex ī magna reuentia debet hr̄i ab ip̄is cardīalibꝫ. ꝫ ꝑm phm nimia familiaritas ꝯtēptū parit. magis gꝰ debet eligi ī sūmū pōtificē extr̄neꝰ q̄ꝫ de collegio ut in maiori reuentia ab eis habeat̄. ¶ Preterea sup̄ illo v̄bo. ī. Chor̄. v. Hic iā q̄rit̄ int̄ dispēsatores ut fidel' q̄s inueniat̄. dicit Augꝰ in de vera religiōe. ꝙ nūc bn̄ videndū ē et bn̄ discutiēdum quibꝫ dedimꝰ credēdū ē ut ydoneꝰ et fidelis inueniat̄ ī eis si aliqn̄ magis ydoneꝰ et magis fidelis inuenit̄ ext̄ collegiū ergo talis citiꝰ ad ꝑp̄tū est assumēdus. ¶ In contrariū est qd̄ scribit̄ xxiij. c. ī noīe dn̄i. Eligat̄ inq̄t sūmus pontifex de ip̄iꝰ ecc̄ie gremio si repit̄ ydoneꝰ. ut Hug nōt viij q. ī. c. licz. ꝙ si prelatꝰ eligit̄ de ꝓp̄o collio req̄rit̄ ꝙ sit sufficiēs Si v̄ ext̄ collegiū requirit̄ ꝙ sit melior vl' optimꝰ. ¶ Rn̄sio dicēdū ꝙ sic dicit apl's. ī. Chor̄. vj. Multa licent que non expediūt. Si ergo queratꝰ de licē. planū est ꝙ non preclaudit̄ via cardīalis ex aliq̄ statuto qn̄ possint eligē ī ꝑp̄az quēcunqꝫ volūt. Sz si querat̄ de expedire possumꝰ dicē ꝙ ꝓp̄t quīqꝫ expedit cardinalibꝫ eligē de collegio q̄ꝫ extra collegiū et potissime supposita equali sufficiētia. Primo quidē quia sic electꝰ ab ip̄is cardinalibꝫ hr̄ pleniorē cognitionē quoꝝ ꝯcilio agē debet quicq̄d agit. Non enim est parū sūmo pontifici cognoscē illos de quoꝝ consilio regit totū mūdū cuiꝰ zeli et cuiꝰ condiciōis sūt et q̄ affectione et negocijs ecc̄ie loquūt̄ et aliqn̄ sub pelle ouina latet mēs vulpina, Vn̄ ip̄e papa specialit̄ non debet omni spiritui credē ꝫ iux̄ apl'icū documētū ꝓbare debet an spūs ex deo sit. Secūdo qꝛ de ordinatiōe ecc̄ie habet plenaz informationez. Si igit̄ assumat̄ de collegio de

ordinationibꝫ et consuetudinibꝫ ecc̃ie nõ ẽ nouiciꝰ ꝫ pleniꝰ informa
tus vñ nec nouas consuetudĩes nec nouas ordinatiões inducit que
possint esse causa ãmirationis vel ꝑturbatiõis audiẽtiũ vl' vidẽtiũ
scd̃m enĩ Augꝰ. Scire quid facias et nescire ordinẽ faciẽdi nõ ẽ per=
fecte cognitiõis quia ordĩs ignorãtia ꝯturbat meritoꝝ formã, Tercõ
quia de p̃tate clauiũ quibꝫ ꝓp̃ ecc̃ie preest habet magis consuetũ vsũ
et magis consuetam iurisdictionẽ, Assũptꝰ enĩ de collegio pleniꝰ no
uit consuetũ vsũ et consuetam iurisdictionẽ p̃tatis clauiũ. Extra=
neus vero qñq̃ nimis excedit qñq̃ nimis restringit et ĩ rebꝫ nouis
constitituẽdis sp̃ est ꝑiculũ nisi euidẽs appareat vtilitas. Quarto qꝛ
de fidelibꝫ et subditis ecc̃ie habet pleniorẽ recordatiõez. qꝛ enĩ surrexit
rex nouus ĩ egipto qui ignorabat ioseph. ideo rex ille incepit perse=
qui filios israhel. timendũ est ergo ut si non assumat̃ ĩ sũmũ põtificẽ
de collĩo qui plene possit recordari q̃ fuerũt fideles et qui rebelles ecc̃ie
ne exaltet deprimẽdos et deprimat exaltãdos. Quĩto qꝛ de tanto do=
minio sicut est dominiũ sũmi põtificis h̃t quandã ꝓpinquam dispo=
sitionẽ assũpti enĩ repẽte de paruo statu ad magnũ ſm ph̃m nesciũt
ferre fortunã et nesciũt vti tanto dominio. Cardinalatus autẽ et ra=
tione statꝰ et ratiõe p̃ntialis existẽtie non h̃t ammiratiõez de papatu
et ideo assũptꝰ de collegio meliꝰ debẽt vti tãta p̃tate. ¶ Ad primũ er
go ẽ dicendũ ꝙ sacerdotiũ xp̃i differt a sacerdotio leuitico in vniuer=
salitate qꝛ in eo non ẽ acceptꝰ grecꝰ neq̃ latinꝰ nõ sic autẽ erat ĩ sa=
cerdotio leuitico ex hoc tñ non arguit̃ quĩ de ꝓp̃o collegio cardinali=
um magis congrue debeat eligi in papatũ q̃ de alio. ¶ Ad secũdũ
est dicẽdũ ꝙ familiaritas parit ꝯtẽptũ int̃ stl̃tos ꝫ int̃ sapiẽtes nõ qꝛ
ip̃i sciũt quibꝫ et qñ reuẽntia ẽ exhibẽda. vl' p̃t dici ꝙ reuẽntia que
exhibet̃ ext̃neo tanq̃ sepata a familiaritate. magis qñq̃ fit ex seruili
timore q̃z ex filiali amore nã si plus habet de honoris exhibitiõe mi=
nus tamen habet de filiali dilectione. Sed reuerentia que exhibetur
familiarit̃ coniuncto et si minꝰ h̃t de exteriori reuerẽtia. plus tñ h̃t de
interioris amoris diligentia, ¶ Ad terciũ ẽ dicendũ. ꝙ argumentũ
arguit in oppositũ eo enim ip̃o ꝙ cardinales seipsos noscunt et de se
ipsis sunt experti tam de diuinis q̃m humanis certius p̃nt de seip̃is
credẽ q̃m de extraneis quia experientia facit artem inexperientia v̄o
casum. ut ait ph̃s rc̃te dicens sicut scribit̃ p̃mo methaphisice.

Ad vij. sic procedit. Videt enī q collegiū eligēs papā sit maio
ris ptatis q̄ ꝑp quia q̄ potest in maius pt ī min⁹. ꝫ collegium
potest ipm papā eligē. g° potest totū qd potest ipe ꝑp. et adhuc pl⁹
¶ Pretea. Quicqd est causa cause est causa causati. Sed collegium
est causa ipi⁹ pape ergo est causa omniū eoꝝ que fiūt a papa potest
ergo collegiū quicqd potest ꝑp et adhuc plus. ¶ Pretea sic videt cō
pari collegiū ad papam. sicut ꝑp ꝯpat ad epm et alios platos ecc̄ie
qꝛ sic eligē epos et archiepos et eius electio est eoꝝ confirmatio. sic col-
legiū potest eligē papā et illa electio est eius confirmatio. ꝫ planum
ē q papa pt quicqd eps vl archieps etiā ī ꝓpa diocesi et adhuc pl⁹
ergo simlr collegiū potest qcqd pt papa et adhuc ampli⁹. ¶ Pretea.
Nemo dat qd non ht. ꝫ collegiū dat electo papatū. et p ꝯsequēs au-
ctoritatem sequētē papatū ideo collegiū eligēs habet illā auctoritatē
quā dat pape electo et adhuc maiorē. ¶ In contrium est. qꝛ si colle-
giū eligēs hret maiorē auctoritatē q̄ papa electus. nō eēt necessariū
tūc papā eligē ꝯns ē falsū i et ans. ¶ Rnsio Dicendū q ptas colle-
gij differt a ptate pape nec est eiusdez ordiatiōis vna cū alia. papa
enī elect⁹ pt duo noīare vel officiū et auctoritatē et istud ē quid forle
in papa. vl detmiationē psone tal puta Petri vl Jacobi. et istud ē
in papa qd matiale. Si ergo consideret papatus quantū ad officiū
et auctoritatē qd est quid forle sic papat⁹ non est per electiōez collegij
als concilij. ꝫ p electiōez īmediatā a xpo. qꝛ omes pape qui fuerūt a
principio et erūt vsqꝫ in finē mūdi nō sūt nisi vn⁹ papa. qꝛ exq hnt
omnes illd idem officium. et illam eandē auctoritatem quā habuit
beatus Petrus qui fuit primus. sequit q omnes formaliter nō sint
nisi sicut Petrus. et q omnes non sint nisi primus papa qui nō fu-
it elect⁹ a puro hoīe ꝫ īmediate a xpo a quo recepit auctoritatem pa
patus in psona omnium sequētiū. Si vero considet ī papatu ter
minatio persone illi⁹ vl isti⁹ qd est quid matiale. Isto modo papa-
tus bn est p electionē cardinalium et hoc non nisi auctoritate ei⁹ qa
possunt papa mortuo eligē et tmiare hāc psonā vl illā ita ut fūgat
auctoritate papat⁹ sup vniūsalem ecc̄iaꝫ. et hoc non nisi auctoritate
pape qa q ipi cardiales sunt deputati ut possint eligē ꝛ tmiare per
sonam hanc vel illam ad papatū non nisi auctoritate pape hoc faci-
unt planū est q illud decretū positū xxiij. di. vbi agit de electione

sūmi pontificis · q̄ mortuo papa primo cardinales ep̄i deinde reliq̄
sequaces et vniuersus clerus ad electionē sūmi pōtificis accedāt. Ni-
cola⁹ papa edixit · planū est simil'r · q̄ decretalis illa vbi taxat̄ mo-
dus eligēdi q̄ a duabꝫ partibꝫ cardinalium electus in sūmum pō-
tificē habeat̄ ab ipō papa est edita · vñ tam electio q̄ modꝰ eligēdi ro
borat̄ in collegio auctoritate pape, ¶ Ad primū ergo est dicendum
q̄ illō dictū · q̄ potest maiꝰ p̄ minꝰ nō ē vniūsaliꝫ verū nec ī spūa
libus nec ī naturalibꝫ · planū ē enī q̄ gratia expellit p̄cm mortale q̄
est maiꝰ et non expellit veniale q̄ est minꝰ et homo p̄ gn̄are boīez
et non p̄ gn̄are asinū · et bubalꝰ nō p̄ intrare per foramē ex mus p̄-
cū tñ bubalꝰ sit maior mure · Habet ergo veritatē illō dictū q̄ vnū
essentialiꝫ ordinat̄ ad aliud · et q̄ potestas pape est alteriꝰ ordīs q̄m
est p̄tas collegij. Ideo non sequit̄ q̄ si collegiū potest eligere papaz
q̄ possit q̄cq̄ papa p̄. ¶ Ad Scōm est dicendū · q̄ collegium nō est
causa papatus quantū ad officium et auctoritatē q̄ est quid forte ī
papatu ꝫ est causa determinatōis psone p̄ consensū eius et hoc nō nisi au
ctoritate pape ut supdictū est, ¶ Ad Tercium est dicēdū q̄ illud sic
argumentū a similitudine q̄ntū ī vno congruit tm̄ in alio discrepat · ꝫ
ergo p̄ eligere ep̄m vel archiep̄m quia ab eo deriuat̄ auctoritas et of
ficiū quantū ad illō q̄ iuris dictiōis est in aplīs. Seo collegiū sic eli-
git papā q̄ tñ papatus non est a collegio quātum ad auctoritatem
et officiū quod est quid forte in papatu · Isto enī modo omnis papa
tus est a xp̄o immediate. ¶ Ad Quartū est dicendū q̄ collegiū dat
electo papatum quantū ad illud q̄ est materiale puta quantū ad det
minationē persone non autē quātū ad illud q̄ est formale ut quan
tum ad auctoritatē et dignitatem ꝫm quem modum papatꝰ ē ī xp̄o
et non in collegio.

Ad viij · sic procedit. Videt enim q̄ mortuo papa p̄tas eius re-
maneat in collegio · q̄ p̄tas eccie non moritꝫ · ꝫ planū est q̄ mo
ritur iste papa uel ille · ergo mortuo papa p̄tas eiꝰ in collegio rema-
net, ¶ Preterea ꝫ est sūmꝰ in sacerdotio xp̄i quia gerit vicē xp̄i ꝫ sac
dotium xp̄i fuit eternū et per hoc differt a sacerdotio leuitico. Nā di-
cit aplꝰ ad hebre · vij · q̄ in sacerdotio leuitico plures facti sunt sacerdo
tes Idcirco q̄ morte prohiberent̄ pmanē · xp̄s aūt eo q̄ manet ī eternū
sempiternū habet sacerdotiū · mortuo ergo papa p̄tas eius sacerdotij,

AD · vij · sic procedit Videt enī q̄ papam posse renunciare non possit probari per rationes · quia nō est consonū rationi q̄ q̄s sue perfectioni cedat. Sed status papalis est sūma perfectiōis · ergo non est consonum rationi q̄ aliquis tali perfectioni debeat renūcia re. ¶ Preterea ap̄ls dicit · q̄ qui ep̄atū desiderat bonū opus desiderat Sed stultū est et contra rationem non appetere bonū opus ergo con tra rationem est renunciare papatui. ¶ Preterea q̄ō a p̄fectis viris legit̄ esse factum contra rationē est illud non sequi. Sed de Ysaia p̄pheta legimus q̄ sponte se obtulit ad suscipiendum prelationis offi cium q̄n dixit. Ecce ego mitto me · non est ergo consonū rationi offi cium papatus refutare . ¶ In contrariū est q̄ perfectionis est p̄p̄am imperfectionem recognoscere iuxta illud psal · Imperfectum meum viderunt oculi tui, Si ergo aliquis insufficientem se cognoscat offi cium papatus exercere ad perfectionē eius spectat predicto officio re nunciare. ¶ Rn̄sio. Dicendū · q̄ p̄as papalis quantū ad p̄ns tri pliciter potest considerari Primo ratione persone suscipiētis, Secūdo ratione p̄atus suscepte · et Tercio ratione finis p̄pter quē suscipit. Et p̄m ista tria trib⁹ rationib⁹ quantū ad p̄ns probari potest · q̄ papa possit renunciare, Primo quidem ratione persone que in papatu as sumit · Nam ad ea que sunt impossibilia nullus debet cogi, Vn̄ nec preceptum nec consiliū dat̄ de impossibili · quia preceptū dat̄ de re possibili · consiliū vero de re difficili · neutrum tn̄ de impossibili · cum ergo contingere possit papam electum sic fieri indispositum ad exer cendum papale officiū aut ratione infirmitatis aut ratione senectu tis · aut ratione fatuitatis · Quia corrupto quodam interiori organo

fantastico corrumpitur ipm intelligere ut dicit j de Aia ut nonso-
lum sit difficile sed etiam impossibile ipm tale officiu posse exercere.
Ideo consonum est rationi ut nulli pape claudatur via qn renun-
ciare possit potissime tn tale officium non coacte sed voluntarie exer
cendum sit iuxta illud i petri v. Pascite qui est in vobis gregē dei
non coacte sed spontanee super quo verbo dicit glo qp quia hilarem
datorem diligit deus ideo nō coacta sed voluntaria seruicia sibi sūt
accepta. Secunda ratio sumitur quantum ad pfatem que recipitur
Nam omnis virtus et omnis pfas que non potest ꝑpetuari i singu-
lari dat multitudini sicut quia conseruatio speciei humane non po
test perpetuari i vna singulari. Ideo virtus generatiua data ē mul-
titudini ut aliqui de tota multitudine humani generis deputent ad
procreationem prolis per quam humana species conseruetur virtꝰ
vero nutritiua cum sit necessaria ad conseruationem cuiꝰlibet indi-
uidui data ē cuilibet singulariter ita qp nullus possit renunciare vir
tuti nutritiue quin comedat et bibat potest autem iste vel ille renū-
ciare virtuti generatiue quia non omnes tenentur dare de multitu-
dine opera ad generationez prolis. Cum igitur pfas ecclie sit duplex
scz iurisdictiōis et ordinis ut supra dictū est Et prima remaneat i tota
ecclia et i collegio cardinaliū aliter si nullo modo remaneret mortuo
papa non possent sibi de alio prouidere. Secūda vero detur cuilibet
homini singulariter per sacramentum ordinis ad cōficiendū corpus
xpi quod est cibus spūalis quo quilibet fidelis in vita spirituali nu-
tritur relinquitur qp pfati iurisdictionis ꝑpetuari possit non
autem pfati ordinis. Tercia ratio accipit quantū ad finē qui inten
ditur. Nam non est consonū rationi qp illud qd institutū ē ꝑ bono
reipublice contra tale bonum debeat militare quia vt dicit iurisconsultus
i principio ff. Nulla iuris ratio aut equitatis benignitas pa
tit ut que salubriter ꝑ vtilitate hominū introducunt nos ea duria-
re interpretatione contra ipoz emodū ꝓducamus ad seueritatem.
Cū igitur officium papatus a deo institutū sit ꝑ vtilitate totius ec-
clesie non est consonū rationi qp si papa electus ad tale officiū exercē
dū efficiatur impotēs vel qp ospiciat qp sit insufficiēs qp preclaudat
via ut ipe non possit renūciare et alius eligi sufficientior et potētior
ad tantū bonū exequēdum. ¶ Ad primum ergo est dicendū qp sicut

dicit glo· sup illo verbo gen·xix· Non possum in montē ascendere est hic ciuitas parua ad quam possum confugere et saluari in ea. Per montē intelligunt perfectionis opera ad que si quis nō potest ascē-dere permaneat in vita comuni·quāuis ergo status papalis ē mōs altus et perfectus· tn̄ si quis videt ex sua insufficiētia vel impotētia q̄ non possit in tali monte saluari, Seo potius iuxta dictum illius sancti Loth timeat ne malū eum apprehendat et sic moriat̄. Descen-dat de tali monte et saluetur in ciuitate parua que est segor. ¶ Ad Scōm est dicendum q̄ ꝑm greg·in pastorali illo tp̄e appetere ep̄atū fuit bonū opus appetē· qn̄ quisq; ad ep̄atum prouenies secutus erat palmā martirij obtinere nunc autē quia status ep̄alis habet tp̄alem adminstrationem·et salutis aiaꝝ subditoꝝ procurationē·ideo quā-uis ab illis qui sciūt q̄ pnt talem curam hre humiliter sit recipien-dum indecenter tn̄ est appetendum, ¶ Ad·iij·est dicendū·q̄ ꝑm gg· in pastorali in Ieremia et Ysaia subtiliter intuendum est quia Iere mias qui recusauit plene nō restitit·et Ysaias qui mitti voluit añ se per altaris calculū purgatū iudicet ꝛ quia ut ibi dicit valde ꝛ dif ficile purgatū se quēlibet posse cognoscere· ideo pastorale officiū tu-tius declinat̄ q̄ suscipiatur.

Ad·viij·sic procedit̄· Videt̄ enī q̄ papam posse renunciare nō possit probari p auctoritates. Scribit̄ lxxix·di·q̄ electio sūmoꝝ sacerdotum a cardinalibꝫ et religiosꝫ clericis debet fieri·electio vo eoꝝ diuīo iudicio est seruanda· et ibi subdit̄ q̄ electionem sūmoꝝ sacer-dotum sibi dns reseruauit· licet electionem eorum bonis sacerdotibꝫ et spiritualibus concessisset·non ergo videtur posse probari per au-ctoritates q̄ papa possit renunciare ꝛ magis contrariū. ¶ Preterea scribit̄ ·xxj·di· q̄ marcellinus eps vrbis rome post confessionē factā q̄ in heresim lapsus fuerat thurificando ydolum paganoꝝ· nullus tn̄ epoꝝ congregatoꝝ in consilio fuit ausus contra eum proferre sen-tentiam depositionis. Si ergo pro heresi papa nō potest deponi·mul to ergo fortius non potest renunciare si est fidelis, ¶ Preterea scribit ext̄ de transla·epi·q̄ corporalia facili9 destruūtur q̄ ostruant̄·spūa-lia vero econtra facili9 construūtur q̄ destruant̄ cum ergo int̄ ꝑpam et eccīam sit coniūctio spiritualis· videt̄ ex hoc posse probari q̄ nul-lo modo talis coniunctio possit destrui ¶ In contrariū est qō nōtur

viij·q·i· et in gestis romanorum pontificum dicitur quod clemens renuncia-
uit papatui ergo videtur quod per simile quilibet alius possit renunciare,
¶ Responsio· Dicendum· quod canones et gesta sanctorum quatuor summos pon-
tifices narrant renunciasse papatui· Clementem· Cyriacum· Marcel-
linum et Celestinum non tamen ex eodem fonte nec ex eadem radice eorum renun-
ciatio processit. Sed Clemens renunciauit propter mali exempli in po-
sterum vitationem· Cum enim fuerit institutus papa a beato Petro
ne posteris exemplum perniciosum daret· ut quilibet posset sibi eli-
gere successorem et ita officium papatus daret per hereditariam succes-
sionem et non per electionem renunciauit papatui · et postmodum
quarto loco post petrum canonice fuit electus sicut notatur viij·q·i·
Cyriacus vero resignauit propter martirij coronationem nam sicut no-
tatur in legenda·xj·milium virginum· quando sancta Vrsula cum alijs·xj·
milibus virginibus romam venit Tunc Cyriacus vrbis romane episcopus
angelica visione monitus · quod cum illis virginibus deberet simul esse
coronam martirij recepturus statim congregatis cardinalibus eis re-
clamantibus et renitentibus papatum renunciauit, Marcellinus autem
renunciauit propter ydolatriam operationem quia templum paga-
norum ingressus ydolum ipsorum thurificauit· quod se fecisse confitens coram
concilio episcoporum seipsum deposuit dicens Ego Marcellinus ob scelus ydo-
latrie quod infelix omisi iudico me deponendum·et anathematizo omnes
qui corpus meum tradiderint sepulture. Ab isto tamen scelere se correxit
quia postmodum pro xpo martirium suscepit· vt notatur·xxj·di· Sed cele-
stinus renunciauit propter sue imperfectionis recognitionem· quia videns
se impotentem et insufficientem ad regimen ecclesie consilio spiritus sancti du-
ctus papatui renunciauit . Ab impitis enim et inexpertis tamen officium
magna temeritate suscipitur et retinetur· quia ars artium est regimen animarum
ut dicit grego in pasto · Cum ergo omnium supradictorum pontificum renun-
ciationem ecclesiam habuerit ratam et acceptam· cuius signum est quia omnes
canonizauit·et scripsit in cathalogo sanctorum auctoritate ipsius ecclesie satis
est manifestum quod papa renunciare potest. ¶ Ad primum ergo est dicen-
dum· quod ideo eiectio summorum pontificum dicitur esse diuino iudicio reser-
uata· quia datur quod cardinales possint papam eligere non tamen possunt ipsum
reijcere ipso nolente· sicut tamen eius electio non tenet nisi per eius consen-
sum ita eius renunciatio requirit eius dissensum. ¶ Ad Secundum est

dicendum ꝙ ideo contra marcellinũ nullus dedit sentenciã depositionis quia paratus erat se corrigere et in heresi non pertinaciter permanere. vnde eius cessio magis debet dici renũciatio q̃ depositio. ut vero vidistis sup̃. ¶ Ad Tercium ẽ dicendũ. ꝙ qñ illud qd̃ est spirituale fit solum ex opere operato puta impressio caracteris baptismalis confirmationis seu ordinis tunc facili⁹ construit̃ q̃ destruit̃ quia constructio est concessa ministris ecc̃ie mediante amministratiõe sacramentoꝝ. destructio vero minime. Sed qñ illud qd̃ est spũale non requirit opus operatum ꝫ opus operantis sicut infusio gratie et cõuersio ad deũ ad quam requiritur ꝓprie voluntatis tributũ in adultis tamen faciliter destruit̃ q̃m construat̃. quia arta est via que ducit ad vitam et lata que ducit ad perditionem. Cum ergo ad papalem potestatem requiratur opus humanũ puta consensus ip̃i⁹ recipientis facili⁹ talis p̃tas destruit̃ q̃ construatur quia ad constructionem requiritur cõsensus eligentium et ip̃ius electi. Ad destructionez vero eius sufficit solum dissensus.

Questio Quinta de Pape depositione.

Postea considerandum est de pape depositiõe. Circa quod queruntur Octo. Primo Vtrum solum pro heresi papa sit deponendus. Scd̃o. Vtrũ si per violentiam in ignorantiam in heresim labatur deponendus sit. Tercio. Vtrum sit deponẽd⁹ pro symonia. Quarto. Vtrum sit deponendus pro quocunq̃ notorio crimine. Quinto. Vtrũ ad depositionẽ eius sit necessaria productio testiũ pluriũ q̃ ad depositionem alioꝝ. Sexto. Vtrũ ad generale conciliũ spectet eius depositionem pronunciare. Septimo. Vtrũ p̃p̃. mortuus pro heresi possit condemnari. Octauo. Vtrum pape aperte malo sit obediendum.

Ad Primum sic proceditur. Videtur enim ꝙ p̃p̃ nonsolum pro heresi verumetiam ꝓ aliis criminib⁹ sit deponẽdus quia maiori peccato maior debetur pena. ꝟm illud deutro. xxv. Pro mensura peccati erit et plagoꝝ pondus. ꝫ maior pena debet̃ fidelib⁹ peccãtib⁹ q̃m infidelibus. iuxta illud apl̃i ad Hebre. x. Quanto magis putatis deteriora mea et supplicia qui filiũ dei conculcauerit. et sanguinẽ testamenti pollutũ duxerit in quo sanctificatus est. et spiritui gratie

contumeliã fecerit. videtur ergo ꝙ etiã pro alijs peccatis deponẽdus sit. ¶ Preterea scribit̃ vj. q. i. auctoritate augustini. vtrum alicui heretico in cuius vita preter illud ꝙ hereticus est nõ inueniant hoĩes qd̃ reprehendant catholicũ pessimis moribꝫ deponere debeamꝰ. non audeo precipere al's precipitare sentenciam. videt̃ ergo ꝙ ꝓ pessimis moribus ꝑꝑ sit deponendus sicut pro heresi. ¶ Preterea depositio sp̃ fit a supiori. ꝫ papa supiorem se non recognoscit. Vnde cũ Marcellinus papa in heresim esset lapsus epi in concilio congregati sentenciam depositionis contra eum non pretulerunt dicentes. Noli audiri in nostro iudicio ꝫ collige in sinu tuo causam tuam. quoniã ex te iustificaberis et ex ore tuo condemnaberis quia prima sedes non iudicabit̃ a quoq̃z. pro heresi ergo papa non est deponendꝰ. ¶ In contrariũ ẽ. qd̃ scribit̃. xl. di. c. et si ꝑꝑ. vbi dicit̃. ꝙ ĩ p̃nti vita culpas ꝑꝑe nullus redarguere presumit mortaliũ. quia cunctos ipe iudicaturꝰ et a nemine iudicandus est nisi deprehendat̃ a fide deuiꝰ ꝓ cuiꝰ ꝑpetuo statu vniuersitas fideliũ orat. ¶ Rñsio Dicẽdum. ꝙ ꝑꝑ eligitur in caput totiꝰ ecc̃ie. iux̃ illud apl'i ad Ephe. j. I p̃m dedit caput sup omnem ecc̃iaꝫ que est corpus eius Capitis autem est influere vitam om̃ibus membris. Principiũ autẽ vite spũalis est ipa fides. q̃a sine fide est impossibile placere deo. vñ apl's ad Hebre. xj. fidem dicit esse substãtiam id est fundamentũ omnium sperandarũ rer̃. Si ergo ꝑꝑ deprehendat̃ deuiꝰ a fide mortuus est ipe vita spũali. et per osequẽs alijs influere vitam non potest. Vñ sicut homo mortuus nõ est homo ita papa deprehensus in heresi non est papa. ꝓpter qd̃ ipo facto est depositꝰ. ¶ Ad Primum ergo est dicendũ ꝙ infidelis grauiꝰ erit puniendus pro peccato infidelitatis q̃z aliꝰ ꝓ quocunq̃ pc̃to ꝑpetrato. Sed verum est ꝙ pro eodem peccato grauiꝰ punict̃ fidelis q̃z infidelis propter ingratitudinem in qua existit de sua vocatiõe. ¶ Ad Secundum est dicendum ꝙ sicut fides fundat omnes virtutes. ita infidelitas fundat omnia vicia. potest tamẽ esse ꝙ hereticus dato ꝙ grauiꝰ peccet ex ipo genere peccati ex aliqua tñ circumstantia potest eius peccatũ alleuiari. Et catholicus dato ꝙ ex ipo genere pc̃ti minꝰ peccet q̃r fidelis ẽ ex aliqua circũstantia tñ potest eius peccatũ aggrauari. Ideo Augꝰ noluit de utroq̃ precipitare sentenciã. ¶ Ad Tercium est dicendum ꝙ sicut notat Hugui. xxj. di. Ideo epi in concilio

congregati Marcellinum confessum de heresi non deposuerũt quia paratus erat corrigi et suam sentenciam reuocare et qñ sic est nec ꝓp̃ nec aliꝰ pro heresi deponẽdus ẽ. sicut patet. xxiiij. q. iij. c. dicit apl's.

AD. ij. sic procedit̃. Videt̃ enĩ ꝙ non sit deponendus papa si ꝓpt̃ ignorantiam vel violentiam in heresim labatur quia ignorãtia excusat a peccato infidelitatis. iuxta illud apl'i. ĩ. ad Thymo. j. Prius fui blasphemus et persecutor et contumeliosus ꝫ misericordiã consecutus sum quia ignorans feci et in incredulitate. ¶ Preterea notat̃ xxj. di. ꝙ ideo ep̃i in concilio congregati Marcellinũ papã in heresim lapsum nõ deposuerũt qꝛ coactꝰ fuerat a paganis ut templũ eorum ingressus grana thuris sup̃ prunas imponeret videt̃ ergo ꝙ coactio excuset ab ydolatria vel heresi. ¶ Preterea ꝑm Augꝰ. in de vera religione. Peccatum non est peccatum nisi voluntariũ quod si voluntariũ nõ est. non est peccatũ. sicut ergo coactio tollit voluntarium. ita videtur tollere ꝙ heresis vel ydolatria coacte cõmissa non sit peccatũ ¶ In contrariũ est qđ scribitur Math. xj. Qui negauerit me coram hominibꝫ negabo eum corã patre meo. ꝓp̃ ergo qui xp̃m negat negandũ est ꝙ nõ sit papa. ¶ Rñsio. Dicendũ. ꝙ ꝑm Aug. sup̃ illo verbo apl'i ad Ro. x. Corde enim credit̃ ad iusticiã. ore autẽ confessio fit ad salutẽ. pene omnes qui xp̃m inter tormenta coram p̃secutoribꝫ negauerũt qđ de illo credebãt corde tenuerũt. et tñ ore non confitendo perierunt nisi qui postmodum per penitentiaꝫ reuixerũt ut Petrus qui in illa negatione intus veritatem tenebat et ore mendacium proferebat. Et subdit Cur Petrus lacrimis diluit qđ ore negauerat si ad salutem sufficiebat ꝙ solum corde crederet. volens ergo saluari ꝛ cum deo pacẽ habere non aliud habuit in professione oris et aliud in secreto cordis quia nichil prodest hoc esse in corde qđ verũ est si hoc dicit̃ voce qđ falsum est eo ꝙ veritas fidei non solum est credenda ꝫ etiam loquenda. quãuis enim veritatem fidei profiteri sit p̃ceptum affirmatum ꝙ si sp̃ obligat non tñ ad sp̃. tp̃e tñ et loco vbi aliquid subtraheretur honoris nominis xp̃i et vbi infideles insultarent contra xp̃i nomẽ confiteri illa que sunt fidei et de necessitate salutis et potissime ad hoc tenent̃ ꝓp̃ et alij sup̃iores de ecc̃ia quoꝝ confessiõe alij fideles audaciores fiũt. vñ dicit apl's. ad Philipen. j. Scire vos volo fr̃es ꝙ quecũqꝫ circa me sunt magis venerũt ad profectũ

euangelij· ita ut vīcula manifestata fierent ī omni pretorio ut plēs
ex fratribus confidentes ī dño sub vinculis meis habundantius au
derent verbum dei loqui sine timore ¶ Ad primū ergo est dicendū
ꝙ infidelitas duo dicit· Primo eorum qui dicunt fidei repugnantiā
et quantum ad hoc sp̄ includit causam aggrauantem non excusan:
tē, Secūdo quandoq; sil' cum hoc dicit ignorantiā et hoc si non pro:
cedat ex certa malicia sicut non procedebat in Paulo consequit̄ mi:
sericordiam· Si vero sit affectata· sic ignorans dicente apl'o ignora:
bit̄, ¶ Ad Secundū est dicendum· ꝙ minus peccauit Marcellinus
quia compulsus ydolatriā ꝯmisit q̄ si ꝓpa volūtate ꝯmisisset· Ideo
ep̄i de concilio noluerūt eū deponere potissime quia paratus erat cor
rigi talis tñ coactio non excusabat eum quin esset deponēdus si ꝓpa
voluntate non renunciasset, ¶ Ad Terciū est dicendum ꝙ christus
mandauit in confitendo fidem eius· nō esse timendum eos qui occi:
dunt corpus aīaꝫ tñ non possunt occidere· quia ad perdendum bona
aīe cogi non possum⁹, Nam ſm Aug⁹· Bona corporalia et tempo:
ralia inuiti possum⁹ amittere· bona vero spūalia nō,

AD Tercium sic procedit̄. Videtur enim ꝙ papa per symoniaꝫ
sit deponendus· quia p̄p̄ est deponendus pro heresi ut sup̄dictū
est· Sed symoniacus infidelis eē probat̄· imo symoniacoꝝ heresis ce:
teris est damnabilior· ut dicit̄· ī· q· ī· ergo videt̄ ꝙ ꝓ symonia papa
sit deponēdus, ¶ Preterea symonia a petro primo est damnata· iux̄
illud Act̄· viij· Pecunia tua tecū sit in perditione· quia estimasti do:
num dei pecunia possideri· ergo primo ip̄a symonia p̄p̄ gerēs vicem
beati Petri est damnandus. ¶ Preterea damnatus a deo est deponē
dus ꝫ vendentes et ementes spūalia pariter a deo damnant̄ ut dicit̄
· ī· q· iij· videtur ergo ꝙ p̄p̄ ꝓpter symoniam ip̄o facto sit depositus.
¶ In contrariū est quia nullus potest emere vel vendere rem suam
ꝫ bona spūalia et temporalia ecc̄iaꝝ sunt p̄p̄e· venditio ergo vel em:
ptio in talibus circa eum non habet locū. ¶ Rñsio. Dicendū· ꝙ cer
tum est summū pontificem canonicam symoniam a iure positiuo
prohibitam non posse cōmittere quia ip̄e est sup̄ ius· et eū iura po:
sitiua non ligāt, Si enim imperator nō ligatur iure· quia princeps
legibus solutus est· ut dicit iurisconsultus ī principio· ff· Multo for:
tius p̄p̄ nullo iure ligari potest· ꝫ qd̄ sibi placet legis vigorem habet

potest tamen forte symoniam committere prohibitam a lege nat̃e·
ut ꝙ pro re tp̃ali intenderet spiritualē tribuere·repugnat enim nat̃e
rei ꝙ res spũalis que gratis accipitur precio rei tp̃alis vendat̃·certũ
est similit̃ ꝙ sũmus pontifex ꝓ bono publico ab ep̃is et alijs prela=
tis ecc̃iaꝝ accipere potest sũmã pecunie ꝓut ꝑm deum et rationē vi=
detur sibi expedire ꝙ alij inferiores prelati facere sine peccato nõ pos
sunt·quia quantũcunq; rectam intentionem per quam possent sub
terfugere sentēciaꝫ iuris nat̃alis habeāt·et per quam possent excusa=
ri a peccato in foro conscientie tñ non posset excusari a peccato quod
incurrunt transgrediendo preceptũ supioris· q̃a ip̃i sunt obnoxij et
subiecti sentencijs canonũ talia prohibētiũ. Ideo recta intentio excu
sans sũmũ pontificem alios prelatos inferiores excusare nõ potest.
Cum ergo ꝑꝑ non sit deponendus ꝓ recta vel non recta conscientia
et ꝓ symonia ꝑm qd̃ est contra legem iuris nat̃alis quia de talibus
potest ip̃e dicere· qui autē iudicat me dñs est. Sed solũ pro his que
agunt̃ in exteriori iudicio et que foris apparent, Cum isto modo sy=
moniam prohibitam non possit cõmittere ꝓ ea non est deponendus
¶ Ad Primum ergo est dicendũ·ꝙ sicut notat̃·ĩ·q·ĩ·c·cũ oms·He
resis potest accipi dupliciter·primo stricte et sic accipit aug⁹ et ponit̃
xxiiij·q·iij·c·qñ dicit̃·ꝙ heresis vel hereticus ē qui alicui⁹ tp̃alis cõ=
modi et maxime glorie principatus sui gratia falsas ac nouas opi=
niones vel gignit vel sequit̃ in ecc̃ia Vñ heresis ꝓprie sũpta dicit per
uersum dogma contrariũ directe fidei·vel de his que sunt fidei ꝙ q̃s
pertinaciter velit intrare al's nutrire vel defendere ĩ ecc̃ia. Scd̃o mo=
do accipitur large et sic omnis iniuria vel violentia facta alicui rei
sacre vel spirituali vel alicui sacramento potest heresis appellari · et
sic accipit idem Aug⁹ et ponit̃·xxiij·q·iiij·vbi dicit̃ forte in populo
dei stat iuxta te auarus raptor quem nosti talem et infidelis est q̃a a
fide sacramentoꝝ deui⁹ vel potius fidelis vocat̃ et non tñ potes eum
de ecc̃ia pellere pro heresi ergo primo modo sumpta papa est deponē=
dus sed pro heresi scd̃o modo accepta non, ¶ Ad·ij·est dicendum·ꝙ
beatus Petrus damnauit symoniã prohibitã a lege nat̃e ꝑm qd̃ di=
cit prauã existimationē et prauã conscientiã qua credat̃ res data gra
tis precio tp̃alis rei posse emi vel vẽdi·vñ dixit· penitētiã itaq; age
ab hac nequicia et roga deum si forte tibi remittat̃. ¶ Ad Tercium

est silr dicendū· ꝙ vendentes et ementes spiritualia hac praua intē
tione damnantur a deo. Sed venditio vel emptio rer̄ spiritualium
modo prohibito ab ecc̄ia quamuis ligat omnes inferiores prelatos
sūmum tamen pontificem ligare non potest ratione supius dicta,

AD·iiij·sic procedit̄· Videt̄ enī ꝙ ꝓ q̊cunq̄ notorio crimine p̄p̄
sit deponend⁹·qꝛ scribit̄·j·ad thymo·iij· ꝙ ep̄i probētur primū
et sic ministrent nullū crimen hn̄tes. Sup quo verbo dicit glo·ꝙ ep̄i
criminib⁹ inuoluti deponendi sunt et non tollerandi·multo ergo for
tius est hoc obseruandum ī papa qui ē sūm⁹ ep̄orū, ¶ Preterea sup
illo verbo io·xxj· Pasce oues meas dicit aug⁹ ꝙ pascere oues est cre=
dentes in xp̄o ne a fide deficiant confortare· et exemplum virtutum
cum verbo predicatiōis impendere Sed si papa non facit primū pu
ta ꝙ non inueniat̄ fidelis est deponendus ergo silr si non facit scd̄m
puta qn̄ inueniat̄ criminosus deponendus est. ¶ Preterea q̄ crimen
aliqd̄ defendit et se de illo corrigere non vult subuersus est et ꝓp̄o iu=
dicio condemnatus ut dicit apl's ad Thy· iij· Si ergo p̄p̄ sit in aliq̊
notorio crimine et non vult se corrigere·videt̄ ꝙ ip̄o facto sit deposi=
tus, ¶ In contrariū est qꝛ p̄p̄ ut est papa non potest ab aliquo supi=
ori iudicari. Sed nulli⁹ criminis abiectio accipit̄ contra eum nisi so=
lius heresis ergo pro nullo alio crimine quantūcunq̄ notorio potest
deponi. ¶ Responsio. Dicendum·ꝙ istā dubitationē mouet Hug·
xl·di·c·si p̄p̄· Vbi querit an papa possit accusari de crimine symonie
vel adulterij·vel homicidij·et dicit se credere· ꝙ si notoriū est crimen
eius qd̄cunq̄ et inde scandalizat̄ ecc̄ia et admonit⁹ incorrigibilis ex=
istat ꝙ potest accusari allegās pro ratione quia contumacia infide=
litas est· iuxta illud qd̄ scribit̄ j·Reg·c·xv·et ponit̄ lxxxj·di·c·si qui
sūt presbiteri peccatum arriolandi autē nō obedire ē et scelus ydola
trie nō acquiescere·sicut ergo pro ydolatria et heresi papa est deponē
dus ita videt̄ velle concludere ꝙ papa pro quocunq̄ notorio crimīe
exquo monitus non vult se corrigere pro tali contumacia et inobedi
entia est accusandus et deponendus. Sed quis cognoscet de tali con=
tumacia et coram quo iudice fiat denunciatio vel accusatio eius pla
num est enim ꝙ sup̄ se non habet nisi deum et ideo verū est ꝙ si fuit
negligēs in officio suo et criminibus inuolutus·et multos innume
rabiles populos catheruatim suo prauo exēplo secū ducit· erit p̄mo

mancipio iehenne· cũ ip̃o plagis multis in eternum vapulaturus,
In p̃nti tñ vita culpas eius et crimina null⁹ mortaliũ presumit ar
guere sicut scribit̃ di· sup̃dicta· c· si pp̃· Puto ergo ꝙ pro crimine q̃n:
tũcunq̃ notorio pp̃ deponendus non est· quia talis depositio vel ac:
cusatio redundaret ĩ malum totius ecc̃ie cum si audiret̃ eius accusa:
tio ecc̃ia remaneret acephala. ¶ Ad primũ ergo est dicendum ꝙ di:
uino iudicio fortius punietur pp̃ et sũm⁹ ep̃oꝝ q̃ aliqui alij eo ꝙ q̃n
to in statu sublimiori· tanto in periculo maiori versatur, Sz huma:
no iudicio ip̃e habet omnes iudicare et a nullo iudicari. ¶ Ad Se:
cundũ est dicendum· ꝙ xp̃s precepit malos pastores esse audiendos
in doctrina et in his que sunt fidei, In peccatis vero et criminib⁹ vel
in malis operib⁹ mandauit non esse imitandos iuxta illud mathei
·xxiij· Super cathedrã moysi sederunt scribe et pharisei quecunq̃ dix
erint vobis seruate et facite· ꝑm vero opera eoꝝ nolite facere· Ideo ꝓ
infidelitate et falsa doctrina pp̃ desinit esse papa· et pastor desinit esse
pastor, Sed pro malis operib⁹ et ꝓ alijs peccatis non desinit pp̃ esse
papa et pastor non desinit esse pastor ꝑm mandatum christi. ¶ Ad
Terciũ est dicendum· ꝙ papam esse incorrigibilem potest intelligi
dupliciter· Primo per ip̃i⁹ criminis vel peccati continuationẽ puta
ꝙ monitus non ꝓpter hoc desistat a peccato fornicationis vel alio ac
cusatione digno. Secundo per ip̃i⁹ criminis pertinacem defensionez
ut ꝙ defendat et dicat tale crimen hñs circũuolutam maliciam non
esse peccatum ita ꝙ crimina prohibita iure diuino laudaret et defen
deret tanq̃ licita· Prima igitur correctio non facit papam desinere eẽ
papam, Sed secunda puto ꝙ sic· q̃a talis incorrectio et contumacia
equipollent heresi· et si isto modo intelligatur opinio sup̃dicta tolle:
rari potest,

AD Qintum sic proceditur· Videtur enim ꝙ ad depositionẽ pa
pe non plures testes requirantur q̃ ad depositionem aliorum·
quia testimoniũ duorũ vel triũ est preceptum veteris legis et noue·
Scribit̃ Deutro·xix· Non stabit testis vnus contra aliquem· ꝫ in ore
duoꝝ vel triũ stabit omne verbũ· Hoc idem xp̃s replicauit ĩ euãge°
Sed papa non potest statuere aliquid contra legem et euangelium
Ergo videtur ꝙ ad depositionem eius sufficiat duorum vel trium te
stimoniũ, ¶ Preterea papa non potest facere statutũ ꝙ non possit

inculsari de hereſi ſicut notatur·xl·di·ergo ſimiliter non poteſt facere ſtatutū q̄ nō poſſit condemnari niſi per determinatum numerū teſtium. ¶ Preterea quanto negociū eſt magis periculoſum tanto citius et per pauciora remedia in eo ſubueniendum eſt·ꝫ hereſis pape periculoſa eſt valde cum ad eum ſpectet queſtiones emergentes de hereſi determinare · ergo videtur q̄ pauciores teſtes ſunt neceſſarij ad depoſitionem eius q̄ alioꝝ · ¶ In contrariū eſt quia quanto perſona eſt ſublimioꝝ·tanto eius depoſitio cū maioꝝ ſolennitate et maturitate fieri debet· ꝫ papa eſt ī ſublimioꝝ ſtatu q̄ ſit aliqua perſona de eccīa·maioꝝ ergo multitudo teſtiū eſt neceſſaria ad depoſitionem eiꝰ q̄ ad depoſitionem alioꝝ. ¶ Rñdeo. Dicendū· q̄ de numero teſtium qui requiruntur ad depoſitionez eccīaſticoꝝ viroꝝ habet·ij·q·v· vbi dicitur q̄ preſul nō damnatur niſi cū·lxxij·teſtibꝫ, Preſbit vero cardinalis niſi cū lxiij·teſtibꝫ nō deponat. Dyaconus autem cardinalis vrbis rome niſi cū·xxvij·teſtibꝫ non damnabit. Subdyaconus vero acolitus exorciſta lectoꝝ hoſtiariꝰ niſi cū ſeptē teſtibꝫ non damnabitur. Super quibus verbis gloſa ordinaria mouet dubitatiōez Vtrū ī depoſitiōe pape deberēt duplicari teſtes·et rñdit q̄ non· imo duo vel tres ſufficiūt ad depoſitionem eius in tali caſu ipe eſt deterioris conditionis q̄ alij pro tanto q̄ ipe ſine cooperatione alioꝝ creatus eſt maioꝝ et ideo ſine ſpe venie eſt condemnandus·ꝫ puto hoc eē intelligendum qñ hereſ pape eſſet ſic aperta et manifeſta q̄ nō poſſet tergiuerſatione aliqua celari· quia cū euidētia patrati ſceleris nō indigeat clamore accuſatoris tūc ipo facto eſſet depoſitus. Sed ſi eius hereſis eſſet occulta vel dubia tunc ad diſcuſſiōez eius plēs teſtes eēnt neceſſarij et magis ꝓponei·q̄ ad depoſitionem alioꝝ· Si enim taliꝫ multiplicatio teſtiū ordinata eſſet per canones de clericis romane curie ut aliqui dicūt ꝓpter illiꝰ ſedis dignitatem vel quia pluribꝫ ipi efficiūtur odioſi ꝓpter cauſas determinandas eis cōmiſſas multo fortius hoc eſt neceſſariū in papa qui eſt caput illoꝝ et totius eccīe. ¶ Ad Primum ergo eſt dicendum·q̄ papa non facit ſtatutū contra legem vel euangeliū · quia non ſtatuit ut paucoꝝ ut duoꝝ vel triū teſtimonium ſufficiat ad ſententiandum aliquem · ꝫ ſtatuit q̄ nūs pluriū teſtiū ſit neceſſariꝰ ad depoſitionē clericoꝝ romane eccleſie vel alioꝝ ꝓpter cauſas ſupius dictas. ¶ Ad Secundum eſt dicendū q̄

non est simile quia statutū prohibēs ne papa posset incusari de here
si esset in preiudiciū totius ecc̄ie · periclitaret̄ enī vniuersitas fideliū
sub regimine ei⁹ · ꝫ pluriū testiū productio non esset in preiudicium
sed in auxiliū veritatis inueniende et det̄minande. ¶ Ad Tercium ē
dicendum ꝙ argumentū habet veritatem qn̄ hereꝭ eius ut dicebatur
esset publica et notoria · tunc enim sine spe venie ut dicebat opinio
sup̄dicta tanq̄ꝫ subuersus ꝓpo iudicio esset condemnatus.

AD · Sextū · sic procedit̄ Videt̄ enī ꝙ ad conciliū nō spectet p̄paꝫ
in heresi deprehensū condemnare vel sentenciare · quia ꝑ illud
conciliū non potest damnari qd̄ non potest sine eius auctoritate cō
gregari ꝫ absqꝫ auctoritate romani pōtificis conciliū congregari nō
debet ut dicitur · xvij · di · ergo per conciliū non potest sentenciari.
¶ Preterea conciliū non habet auctoritatem nisi papa approbante
Scribit̄ enim · xvj · di · ꝙ auctoritate romani pontificis · viij · concilia
roborantur · sentencia igit̄ lata contra eum nulla eēt exquo non esset
eius auctoritate roborata. ¶ Preterea ille non potest conueniri cau-
sa fidei qui pro loco et tempore habet omnia que sunt fidei mutare et
obscura determinare · ꝫ talis ē ip̄e papa ut dicit̄ · xiiij · di · ergo a nul-
lo potest ꝓ tali causa in iudicio cōueniri. ¶ In contrariū est qd̄ scri-
bitur · xxj · di · ꝙ cū Marcellin⁹ ep̄s vrbis romane scelus ydolatrie cō-
misisset collectum fuit vniuersum conciliū sanctoꝝ et ep̄oꝝ · et si ip̄e
ꝓpa volūtate non renūciasset vel se corrigere voluisset illi eū deposu-
issent. Ad conciliū ergo spectat p̄pam ī heresi deprehensū condemna-
re vel deponere. ¶ Responsio. Dicendum · ꝙ dupliciter potest osten
di in casu heresis depositionem p̄pe ad conciliū spectare. Primo q̄dez
sicut papa mortuo p̄tas eius remanet in collegio cardinaliū · vel in
collegio vniuersalis ecc̄ie vt sup̄dictū est · sic papa in heresi deprehē-
sus statim ip̄o facto p̄tas eius remanet in ecc̄ia quia solū per tale cri
men papa desinit eē p̄p̄ · per talem igitur potestatem ecc̄ia posset illū
damnare sicut per talem potestatem potest aliū sibi preficere. Scd̄o
quia magis est periculosa hereꝭ capitis q̄ꝫ membroꝝ · ꝫ sicut scribitur
in epl̄a Augustini ad innocentiū papam · cum surrexit ī ecc̄ia hereꝭ
Pelagij et Celestini statim Aug⁹ cū · xl · ep̄is in concilio congregati
scripserūt pape innocentio dicentes · Noua quippe hereꝭ et nimium
perniciosa tēptat assurgē inimicoꝝ gratie xp̄i · qui nobis etiā dn̄icaꝫ

orationem impijs disputationibꝫ conant̃ auferre· ad quam extirpā dam venerabilitas tua instanter et celerit̃ prouidendū occ̃rat, Multo igit̃ fortius ad tollendā et damnandam heresim in capite ecc̃ie insurgentem statim vniuersitas fideliū congregari debet. ¶ Ad Primum ergo est dicendū· ꝙ dum papa ē papa conciliū congregari nō debet nisi auctoritate eius· ꝫ per crimen hereꝭ ut dictū est papa desinit esse papa· ideo in tali casu eius auctoritas nō requireret̃· ꝫ sufficeret auctoritas collegij et alioꝝ epoꝝ ac doctoꝝ sacre scripture. ¶ Ad Scd̃m similiter est dicendum· licet enim in questionibꝫ terminandis auctoritas pape dum est papa sit necessaria cū tn̄ desinit esse papa per crimen hereꝭ auctoritas illa remanet in ecc̃ia sicut ip̄o mortuo. ¶ Ad Tercium est dicendum ꝙ verum est pro loco et tp̄e papam posse interp̄tari illa que sunt dubia et obscura in fide illa sp̄ tn̄ conditiōe seruata ꝙ nec preceptis euangelicis sit contrariū· nec decretis sanctorū patrum inueniat̃ aduersū ut dicit̃ in·e·di·c·sicut.

AD Septimū sic procedit̃ Videtur enim ꝙ pp̄ mortuus pro heresi condemnari non potest vel excomunicari· quia excomunicationem debet precedere admonitio ut scribit̃·xij·q·ij·c·indigne. Sed mortuus non potest admoneri· ergo pro quocunq; crimine non potest damnari, ¶ Preterea scribit̃·iij·q·ix· Absens per aliū accusari aut accusare nō potest· ꝫ pp̄ mortuus absēs est in vita militātis ecc̃ie ergo sicut iuste per aliū non potest accusari· ita iuste non potest cōdemnari, ¶ Preterea si papa mortuus damnaret̃ vl̄ excomunicaret̃ non fieret hoc nisi per papam viuentem· ꝫ par in parem non habet imperiū· ergo videt̃ ꝙ sentēcia lata ꝯtra eū nō sit. ¶ In contrarium est qd̄ dicit Aug⁹ in quadam epl̄a· et ponit̃·xxiiij·q·ij· Si vera sunt que Ceciliano obiecta sūt et nob̄ aliqn̄ possūt mōstrari ip̄z mortuū anathematizaremus ¶ Rn̄sio Dicēdum· ꝙ potissime ī tribꝫ casibꝫ mortuus potest excomunicari et incusari. Primo de heresi· Dicit enī Aug⁹ et ponit̃·xxiiij·q·sup̄dicta· Qꝛ siqui in vita sua non recte sapuerunt licet non condemnati fuissent adhuc viuentes· tn̄ demonstrato peccato etiam post mortē ip̄i anathemati subijciant̃. Secūdo si aliquis heredes constituit hereticos· vn̄ scribit̃ extra· de here· Siquis ep̄s heredes instituerit extraneos ut hereticos vel paganos· saltē post post mortē ei anathema dicat̃ atq; eius nomē int̃ dei sac̃dotes nullo

modo recitetur, Tercio si aliquis decedat cū notoriis criminibus qā exquo notoriū est eum impenitentem decessisse pro eo oblatio fienda non est aut aliqua dēpcatio ut dicit lxxxviij di c negg qō intelligendum est si potuit confiteri et penitere et ex contemptu obstinatus decessit, Si ergo notoriū sit papā mortuū heresim et peruersum dogma docuisse vel nutriuisse in ecīa dum viuebat post mortē etiā posset ī tali casu inculsari et damnari, ¶ Ad primū ergo est dicendum qp in casu hereb quilibet est ammonitus et a iudice et a iure, Nam math. vltimo dicit saluator. Qui non crediderit damnabit. Et a iure quia ammonitus est a canone sicut patet xxiij q v c administratorgg.

¶ Ad Secundum ē dicendum qp licet sit absens quantū ad personā presens tn est quantū ad effectū culpe. ꝟm quem modū puto qp possit contra eum fieri denunciatio et accusatio sicut fieret ipo viuente. exquo contumax et incorrigibilis decessit potest excomunicari et illa pena puniri qua in vita fuisset punitus. ut extra cimiteriū ꝓijci et comburi, ¶ Ad Tercum ē dicendum qp si ī notoria heresi papa decederet. et ipo viuēte peruersum dogma vel nutriuisset vel docuisset non esset tunc pape viuenti par vel equalis quia ex tali crimīe statī desistit esse papa nec amplius habet iurisdictionem in ecīa,

AD Octauum sic proceditur. Videtur enim qp pape aperte malo obediendum nō sit. quia scribit sapien. xj. Per que quis peccat per ea puniat. ꝟ papa aperte malus peccat non obediendo deo suo supiori. ergo hoc debet puniri ut inferiores qui sibi non obediāt

¶ Preterea sup illo verbo ad Hebre. xiij. Obedite ꝓpositis vīs dicit glo. Obediendum est prepositis inquantū vita et mores eorum pij et iusti existunt. si ergo vita et mores pape sunt aperte mali non ē sibi obediendum, ¶ Preterea dicit ḡg in reg. ī exēplū. Culpa vehementer extendit cū qp reuerentia ordinis peccatoꝝ honorat. ꝟ non est prebēda occasio culpe extendende. pape ergo aperte malo subtrahenda est obedientia et reuerētia. ¶ In contrariū est qō scribit ī. petri ij Obedite dnīs vestris non tantū bonis et modestis. ꝟ etiam discolis,

¶ Rnsio. Dicendum qp pape apte malo moribꝫ vel vita obediēdum est qō probat primo auctoritate. Nā sup illo verbo ad romanos. xiij omnis aīa potestatibꝫ sublimioribꝫ subdita sit. dicit glo. potestatibꝫ bonis vel malis in eo qp sublimiores sunt obediendum est. Si ergo

obedientia et subiectio debetur alicui ratione potestatis sublimioris quãdiu durat in papa talis sublimior potestas tam diu debet pmanere in oĩibꝫ subditis eius subiectio ⁊ obedientia quia quãdiu manet causa tam diu debet manere effectus Secundo probat̃ hoc ratiõe nam potestas prelationis est donũ gratie gratis date non donũ gratie gratis facientis. Sed tale donũ gratie gratis date non tollit̃ in pp̃ per aliquod peccatum nisi solũ per vnũ puta pro crimine hereseos ut supra dictum est per tale enim peccatũ solũ papa desinit esse pp̃. ꝫ p cetera alia peccata potestas prelationis in eo non tollitur quia cum sit donum gratie gratis date non tollitur per peccatum sicut peccato directe non opponit̃. ¶ Ad Primum ergo est dicendũ. qꝫ per q̃ peccat aliquis per illa debet puniri qñ istud potest fieri sine detrimento alterius. Sed si pape apte malo non obediret̃ non posset fieri sine detrimento ecclie et ideo de hoc non debet puniri. ¶ Ad Secundum est dicendũ qꝫ vita ⁊ mores possunt esse pij et iusti ex parte pape dupliciter. aut quia per ipm agunt̃ et docentur. et sic obediendum est pp̃e aperte bono et sancto. aut quia per ipm solũ docent̃ ꝫ nõ aguntur ad modũ scribaꝝ et phariseoꝝ. et sic obediendũ est pape aperte malo ¶ Ad Terciũ est dicendum. qꝫ quedam est occasio mali directa que directe ordinat̃ in malũ. et ista non est danda nec pape nec alicui. Quedam vero indirecta que de se tendit ī bonũ et ista est danda alicui ut qñ illud bonũ qꝺ est mali occasio est bonum necessitatis et publicũ totius ecclie qꝺ inde sequit̃ sicut contingit in casu ꝓposito.

Questio Sexta de Papalis Sentencie Appellatione.

NVnc considerandũ restat de papalis sentencie appellatiõe Circa qꝺ queruntur Octo. Primo Vtrũ a pp̃ possit appellari ad deum. Secꝺo. Vtrũ a pp̃ appellare ad deum sit appellare contra deũ. Tercio. Vtrũ si a papa appellat̃ ad deũ talis appellatio admittat̃ apud deum. Quarto. Vtrum a papa pñti possit appellari ad papam futurũ. Quinto. Vtrum a papa possit homo appellari ad collegium cardinalium licite. Sexto Vtrum a papa possit appellari ad concilũ generale. Septimo Vtrum papa possit facé statutum qꝫ ab eius sentencia possit appellari. Octauo Vtrũ sit error dicé qꝫ a pp̃ possit ad deũ vel hominem appellari.

Ad primū sic procedit. Videt enī q licite a pp possit appellari ad deum quia fideles xpi non sunt a deo derelicti. Ipe enī dicit ad Hebre. xiij. Non te deseram neq derelinquā. ita ut confidenter dicamus Dominus michi adiutor non timebo quid faciat michi homo Sed plerunq contingit papam iniusticiam facere quia cū homo sit passionari et perturbari potest. ita ut vel carnis affectione vel aliq corruptione a recto tramite iusticie deuiet, Ne ergo fideles ecie a deo videantur derelicti. licet eis in causa iniusta ad deum appellare.

Preterea scribit Ysa. lxiij. q iusticie humane sunt quasi pannus menstruate mulieris possunt enim diuersis falsis coloribus colorari, Sz appellatio est remediū de causa viciata per iniusticiā. Scribit enim .ij.q.vj. Liceat appellatori viciatam causam remedio appellationis subleuare. Ergo in causa sic viciata licet a papa ad deum appellare

Preterea scribit iaco. v. In persona opprimentiū et iniusticiam facientium, Ecce merces operariorū nostrorū que fraudata est a nobis clamat et clamor eorum introiuit in aures domini sabaoth sed non est aliud appellatio nisi clamor de sentencia iniuste lata a iudice inferiori ad superiorem. videtur ergo q a papa ad deum appellari possit cū aliū superiorem non habeat. In contrariū est quia aut deus audiret causam per appellationem ad ipm delatam inquantū deus aut inquantū homo. non primo modo. quia deum nemo vidit vnqm nec scdo modo. quia post ascensionem non est modo humano cum hominibus conuersatus. Vñ. Io. xxj. Marie magdalene volenti secū modo humano conuersari. dixit. Noli me tangere. videt ergo q ad deum in pñti vita appellari non possit. Rñdo. Dicendū. q tribus rationibus quantū ad pns potest probari. q in pñti vita appellari a papa ad deum ridiculū est et friuolū. Primo quidem ex parte ipius appellationis. Secundo ex parte pape a quo appellatur. Et Tercio ex parte dei ad quem appellatur. Est nanq appellatio remedium ad releuandum oppressos iudicantiū. ita q ex parte cause pro qua fit induxit oppressorū releuatiōez quia non nisi pro causa iniusta vl pro iniustis oppressis appellatio est fienda. Secundo ex parte iudicis a quo appellatur induxit apl'orū petitionem vnde dicit .ij.q.vj. q ab eo a quo appellatum est ad eum Qui de appellatione cognituros est dimissorie litere dirigant que vulgo apostoli appellantur.

ut manifeste apareat supiori iudici oppressum appellasse et ad notici
am iudicis inferioris deuenisse. Tercio includit ex parte ipi⁹ appel=
lationis publicam circũscriptionem quia dato ꝙ apl'i qui petuntur
negent̃ appareat iudici supiori inferiorem iudicem talem appellatio
nem non latere ex quo sub manu publica conscripta est Quarto ex
parte tp̃is includit debitam determinationem quatinus sic appellãs
non possit deludere supiorẽ iudicem et inferiorem vtriusq; iudicium
subterfugiẽdo. Quinto includit testiũ allegationẽ quia his peracti⁹
coram supiori iudice adducũtur testes et procedit̃ in causa ꝑm alle=
gata et ꝓbata, Sexto et vltimo includit cause conclusionẽ quia pro
nunciatur sententia et concludit̃ in causa. Ridiculũ autẽ est dicere ꝙ
tali ordine iudiciario recurrat̃ ad deũ in pñti vita cũ ipe in iudicio
talem ordinem iudiciariũ seruare non indigeat. nouit enim decipi=
entem ⁊ eum qui decipit̃ sunt nuda ⁊ apta oculis eius omnia nedũ
anteq̃m scribant̃ ꝫ etiam anteq̃ fiant. Secunda ratio accipit̃ ex par
te pape. solus enim papa dicit̃ esse vicarius dei. q̃a solũ qd̃ ligat̃ vel
soluitur per eũ habetur solutũ et ligatũ ꝑ ipm deũ Sentencia igitur
pape et sentencia dei vna sentencia est. sicut vna sentẽcia est pape ⁊
adiutoris eius. Cum igit̃ appellatio sꝑ fiat a minori iudice ad supi
orem sicut nullus ẽ maior seipo. ita nulla appellatio tenet facta a pp̃
ad deũ quia vnũ consistoriũ est ipi⁹ pape et ipi⁹ dei. cui⁹ consistorij
clauiger et hostiarius est ipe papa nullus ergo potest appellare a pp̃
ad deũ. sicut nullus potest intrare ad consistoriũ dei nisi mediãte pp̃
qui est eterne vite consistorij clauiger et hostiarius et sicut null⁹ pot̃
appellare ad seipm q̃ vna sentencia est et vna curia dei et pape. Ter
cia ratio accipit̃ ex parte dei ad quem appellat̃ dicit̃ enim. ij. q. vj. ꝙ
iudicia appellationũ ab eis sũt audiẽda ad q̃s appellat̃. ita ꝙ sic̃ iu
dices a quib⁹ appellat̃ sunt visibiles et visibiliter et sensibiliter senten
ciauerunt contra oppressos. ita visibiliter et sensibiliter talis releua=
tio oppressoꝝ debet fieri ꝑ supiores iudices ad q̃s appellatũ est. planũ
est autẽ ꝙ deus inuisibilis est, Scribit̃ enim exo. xxiij. Non videbit
me homo et viuet, Et in Job scriptũ est. Si venerit ad me non vi=
debo eum. Non ergo visibiliter et sensibiliter pertractat causam dela
tam ad ipm per appellationẽ, Scribit̃ enim Daniel'. ij. Sermo quem
tu queris rex grauis ẽ. nec reperiet̃ quisq̃ qui iudicet illum exceptis

dijs quoꝝ non est cum hominibus conuersatio. ¶ Ad primũ ergo ꝺ dicendum ꝙ deus non deserit suos fideles. ⁊ sp subuenit eis in causa iusta aut via appellationis. et sic subuenit eis mediante homine per ordinationem iudiciariũ qꝺ inter homines agitur aut via supplicationis et orationis p quã immutat cor iudicis de iniusticia ad iusticiam. et de malo ad bonũ. Vnde isto modo a sententia pape ad deũ debet homo recurrere per orationem et supplicationem modo quo dixit ille sanctus iacobꝫ. Gen. xliij. Deus autẽ meus omnipotẽs faciat nobis eum placabilem. et remittat nobiscum hunc fratrem nostrũ. et eũ quem tenet in vinculis. Quandoꝝ autẽ via remuñatõis. qꝺa iusto suo iudicio permittit suos fideles quandoꝝ iniuste opprimi. ut ex eoꝝ patiẽtia magis eos remunẽt. ¶ Ad Secundum ꝺ dicendum. ꝙ humana iniusticia non sp in pñti vita discutitur. quia etiã discussa via appellationis ꝺ modo iudiciario plerũꝝ defectũ magnum patiẽ. ut dicit Augꝰ. ꝙ lex ista ciuilis que est ĩ regendo ciuitates posita est multa concedit et multa impunita relinquit que tñ per diuinam iusticiam iudicabuntur. Et idem Augꝰ sup illo vbo. ĩ. pet. v. Si iustus vix saluabiẽ. impius et peccator vbi patebunt. dicit. q̃re iustus vix saluabiẽ. nisi qꝛ iusticiam dei tantam esse constat ut interdum que videntur in hominibꝫ nostro iudicio esse iusta. iudicio dei inueniantur iniusta. Reliquit ergo discutienda iniusticia humana in futuro iudicio. ⁊ in pñti vita non discutit a deo via appellatiõis nisi mediante homine et mediante ordine iudiciario a deo instituto ¶ Ad Tertiũ ꝺ dicendũ ꝙ sicut dicit glo. sup illo verbo. Illud dictũ est ad terrorẽ illoꝝ qui putant pauperes eo oppressos nullũ hr̃e tutorem. ⁊ oñs omnipotẽs causas singuloꝝ ĩ futuro iudicio tuebiẽ in qꝺ reddet vnicuiqꝫ �includ opera sua.

AD Secundũ sic proceditur. Videtur enim ꝙ appellari a pp ad deum non sit appellare contra deum. quia plus valet appellatio viui qꝫ mortui. ⁊ iniusticia facta abel a fratre suo appellauit ad deũ iuxta illud Gen. iiij. Vox sanguis fratris tui clamat ad me de terra ergo videt similiter ꝙ de iniusticia facta a papa possit homo reclamare ad deum. ¶ Preterea appellatio est clamor de iniusticia facta ab inferiori iudice perueniẽs ad superiorẽ. ⁊ talis fuit clamor filioꝝ israhel p ueniens ad deum. iuxta illud Exo. iij. Vidi afflictionem populi in

egipto et clamorem eius audiui. Videt ergo q licitū sit a pp appellari ad deū. Preterea appellare est iudicem sup sua causa impetrare ꝫ sic appellauit Susanna qñ dixit Dan. xiij. Deus eterne qui occultor es cognitor qui nosti omnia anteq̄ fiāt. tu scis quoniam falsum contra me tulerūt testimoniū. Et subdit ibi. Q̄ dns exaudiuit vocē eius. appellatio ergo ad deum de causa iniusta non est contra deum. In contrariū est. quia papa est medius et sequester inter deum & hominem. sicut fuit moyses iuxta illud Deutro. v. Ego sequester & medius fui inter deū et vos. ꝫ Dathan et Abyron qui contempserūt sententiam moysi submersi sunt in infernū ac si contempsisset sentēciam dei sicut scribit Nūi. xvj. Videt ergo q appellare a pp ad deum sit appellare contra deū. Responsio. Dicendum. q appellatio quātū ad pns tria importat. Primo ordinem iudiciariū. et p consequēs diuinam ordinationem. q̄ ut dicit ad Ro. xiij. Que a deo sunt ordinata sunt. Secundo importat temporis determinationem. quia in prefinito et determinato tpe appellatio fienda est. Tercio importat ppe iusticie defensionem. q̄ quicunq̄ appellat confidit de ppa iusticia. et propriam tanq̄ fundamentū ponit. Ex istis ergo tribꝰ potest ostēdi q̄ quicunq̄ in pnti vita a pp appellat ad deū appellat contra deum. Primo quidē ex parte diuine ordinationis. Nam sup illo verbo. i. ad Thor. iij. Michi autē pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die. dicit glo. Duo esse genera iudiciorꝰ Vnū humanū quo iudicat hominem in pnti vita q̄ apls appellat diem hominis. Aliud diuinum quo iudicabit deus i fine seculi. q̄ apls appellat diem dei. Cum ergo appellatio non innitat iudicio quo iudicabit deus. ꝫ innitatur ppo iudicio quo iudicat homo i pnti vita quicūq̄ appellat a papa ad deū vult subterfugere iudiciū illud in quo deus ordinauit ut iudicet in pnti seculo. Et quantū est in se vult subterfugere ordinationem diuinam et resistendo diuine ordinationi ꝫm apostolum resistit diuine volūtati. appellans ergo isto modo a papa ad deum appellat contra deum. Secundo quia talis appellatio repugnat temporis determinationi. Nam deus prefixit diem determinatam i qua omnes iudicandos per ipm oportet pntari ante tribunal ipius vt recipiat vnusquisq̄ put gessit i corpore Sic dicit apls ad. i. Thor v. Sz cū appellacō sit remediū iuris. quicūq̄ i hac vita vult appellare

amori quia in amando est motus aīe ad res. Ideo quāuis deus a nobis non immediate cognoscatur potest a nobis immediate diligi et immediate amari · appellatio igitur que innitit scientie nō pot intrare ad deū immediate nisi mediante homine et mediantibꝫ iuvicibus institutis a deo·ꝫ oratio et supplicatio que innitit amori immediate potest intrare ad deum· quia intrat amor vbi scientia foris stat. ¶ Ad primum ergo est dicendum· qꝫ spes nostra de deo nonsolum debet esse in hac vita quia sicut dicit apl's·ī· ad Thor·xv·si in hac vita tm̄ in xp̄o sperantes sum⁹ miſabiliores sum⁹ omnibꝫ hominibus contingit enī iusto iudicio dei homines bonos et sanctos qnqꝫ ab eccīa seperari per sententiam iniustam vel excomunicationis seu depositionis qui si sine vlla cuenticula vsqꝫ ad mortē· fidem quā in ecclesia catholica predicari sciunt teneant et defendant hos coronat pius pater in occulto videns· sicut dicit Aug⁹ in libro de vera reli· ¶ Ad Secundum ē dicendum qꝫ cū deest auxiliū humanū querēdū est diuinū non per modum appellationis ꝫ per modū deuote supplicationis· quā sp̄ ip̄e pius pater exaudit vel liberando vel patientiaꝫ tribuendo vel in meli⁹ id qō petit̄ omutando·sepe enim que petunt̄ fm Aug⁹ non dant̄ quandoqꝫ petunt̄ vt meliora dent̄ vel cuenientiori tempore largiāt̄. ¶ Ad Tertiū ē dicendū qꝫ supbia superioris in hac vita non est repellenda p̄pa virtute ꝫ patienter portanda q̄a fm apl'm Non debemus vinci a malo·sed vincere in bono malū·et potissime ab obedientia sūmi pontificis locū dei gerētis ī terra null⁹ sub quocunqꝫ pretextu sine nota supbie potest se subtrahere.

Ad·Quartū sic procedit· Videt̄ enī qꝫ a papa pñti ad futurum possit homo appellare quia maior est papa futurus respectu p̄sentis qꝫ fuerit cesar imperator respectu pauli ꝫ Paulus ad Cesarem appellauit contra illos q̄ falso modo ip̄m incusabant·sicut patet Act̄ xxv·ergo multo magis a p̄p̄ pñti homo potest appellare ad futurum ¶ Preterea scribit̄·ij·q·vj·Qui se scit alijs esse p̄positū non molestet ferat aliquē sibi esse prelatū·sicut ergo pñs papa scit se esse prepositum in audiendo omniū appellantiū iudicia · sic non debet molestē portare si ab eo ad futurū papam appellat̄. ¶ Preterea scribit̄·ij·q· supradicta·Romanam sedem appellet qui iudicem suspectū habet· Sꝫ papa pñs quandoqꝫ potest haberi suspectus iudex·ergo ad futuꝫ

est ponendum sub articulo, ¶ Preterea ponē sub articulo ad que ratio humana induci potest diminuit ratiōez meriti iuxta illud greg. Fides non habet meritū cui humana ratio prebet expimentū. sz q sit vnus deus potest adduci hamana ratione. ergo non est ponēdū sub articulo. ¶ Preterea p̄ceptū dei artat nos ad cōdēdū absqz eo q sb̄ articlo ponat. sz p̄cipit Deut. vj. Audi israhel dn̄s deus tuus deus vnus ē nō est ergo ponendū hoc sub articulo. ¶ In contrariū est quia ī simbolo patrū et in simbolo apl'oꝝ ponitur. credo in vnū deum. ¶ Rn̄sio dicendū q rationabiliter ponitur sub articulo esse deū et esse vnum deum. nam deum esse gubernatorem omniū et omniū actuū humanoꝝ directorē ac omniū bonoꝝ remun̄atorē et maloꝝ punitorē multi negauerūt. quia ponētes oīa casualiter euenire negauerūt deū esse omniū prouisorē et gubernatorem cuius contrariū ad sensum videmus Nam videmus res omnes ut solem lunā et stellas determinatū cursum habere qd nō ꝯtingeret si casualit euenirēt. ponentes vero actus humanos nō disponi a deo nec ab ipo prouideri inducti sunt. quia videbant bonos in mūdo isto affligi et malos prosperari. negauerūt deum actuū humanoꝝ esse directorē non attēdentes q bonus medicus per eandē artē medicīe ꝓpinat vni infirmo aquā et alteri vinū ex certa sciētia sm q ars medicine dictat. ponētes aūt non esse aliā vitā pret istā negauerūt deū esse omniū maloꝝ punitorē et bonoꝝ remun̄atorē, Contra quos dicit apl's. i. Chor. xv. si tm̄ in hac vita sperantes in xp̄o sumus miserabiliores om̄ibus hominibus. rationabilit igit positū est in simbolo apl'oꝝ. credo ī deū ut omniū prouisorē et ut omniū actuū humanoꝝ directorē et ut omniū bonorū remun̄atorem et maloꝝ punitorē sm quē modū deū esse nō est probatū humana ratione. Sed in simbolo patrū rationabiliter est additū. credo in vnū deum, Nā filioꝝ et ꝓpinquoꝝ nimiū dilectores adorant plures deos Scribit enī sap. xiiij. q acerbo luctu dolēs pat cito sibi rapti filij fecit imaginē et illū q tūc quasi mortuus homo fuat. postmodū tanq̄ deū colē cepat et constituit int suos filios sacrificia sibi offerri. principuz vero et regū adulatores plures deos adorant. sicut nabuchodonosor vt deus volebat adorari. Diuinatores vero et demonū ꝯsultores pl'es deos adorant. quia qd est ꝓpuz dei ut occulta et futura p̄noscē a demonibus scire cupiūt. quia igit multi nō vnū deum adorāt. cont talē

errantes congrue additū est in simbolo patrū. Credo in vnum deū
Ex predictis ergo patet respōsio ad rationes ī oppositū factas.
Ad tertiū sic procedit. Videt enī q̄ ad papam non spectet po-
nere sub articulo deū esse creatorē omniū. Dicit enim ōmenta-
tor in de substantia orbis. Q2 multi dixerūtipm deū esse causam mo-
uentem ꝫ non causam agentē omniū. sed cum finis significet agen-
prima significatione ponere deū esse causam mouentez per modum
finis et non causam agentē per modum efficientis est absurdum &
contra intentionē alioꝝ. Exquo ergo hoc positū est a pbis nō oportz
ponere sub articulo. ¶ Preterea omne qđ potest non esse aliqua parte
sui de se formaliter necesse est non esse. ꝫ suū esse effectiue ab alio q̄-
ductū. cū gō omnia visibilia corporalia aliqua parte sui possint nō
esse et necessario sunt ab alio producta. non ergo oportuit ponē in
articulo creatorē omniū visibiliū. ¶ Preterea omne qđ ordīate mouet
ut assimulet̄ suo fini suū esse et totum suū bonū effectiue recognoscit
ab alio. ꝫ omnia inuisibilia puta ipi angeli et substātie sepate ordīa
te mouēt ut assimulent̄ suo fini. Effectiue ergo hnt esse a deo. non gō
oportuit addē in simbolo. et inuisibiliū. ¶ In contrariū est auctori-
tas ecīe. quia eius auctē simbolū est ordinatū. ¶ Rñsio dicēdum q̄
aliqui posuerunt mundū fuisse ab eterno. sicut Aristoteles et multi
alij probauerunt. In persona quoꝝ loquit beatus Petrus qñ dixit
Exquo dormierunt patres nostri omnia sic perseuerant et ōtra istos
positum est in simbolo patrum. factorē celi et terre. Si ergo facta sūt
constat q̄ non sp fuerūt iuxta illuo psal. Dixit et facta sūt. Aliqui
vero posuerūt mūdum esse factū a deo ex p̄iacēti tñ materia volētes
meti potētiam dei iuxta mensurā potētie creatē que non potest ali
quid producere nisi ex p̄iacēti materia. cū sit potētia particularis &
contra istos positū est in simbolo apl̄oꝝ. creatorem celi et terre. Nam
ꝑm Damas. differūt creare et facere. quia creare est aliquid producē
ex nichilo. Facere vero presupponit materiam preiacentem. Aliqui
aūt posuerūt sicut manichei visibilia et corruptibilia a bono deo fa-
cta non esse q̄ eo q̄ mlti defectus ī talibꝫ corporalibus inueniuntur
et multa nociua contra quos augs ponit tale exemplum. Si aliqs
intraret domū fabri. et inueniret ibi instrumēta cū quibꝫ impungēt
et ledēt se. et ex hoc reputaret illū fabrum esse malū q̄ teneret illa in-

strumēta stultus esset cum faber teneat illa ad opus suū. Ita stultum est dicē q̄ corporalia sunt mala et a malo deo quia sunt nociua· nā quod vni est nociuū alteri est vtile. Ad remouendū ergo hunc errorē additū est in simbolo patrū factorē omniū visibiliū· Sed aliqui nō valentes transcendere corporalia non crediderūt esse aliquid vl̄ naturam visibilem adorantes pro deo solem et lunā vel aliquā stellarū que inter corporalia sūmū gradū tenebant. Ad remouendū igitur hunc errorem additū est in simbolo patrū· et inuisibiliū. ¶ Ad primum ergo est dicendū q̄ nō negamus pl̄os potissime peripateticos posuisse deum causam efficientem omniū· quia tn̄ posuerūt mūdum ab eterno et effectus coeternos fuisse sue cause quoꝝ positionē tang̃ hereticā fides catholica dānat Ideo oportuit sb̄ articl̄o ponē deū eē omniū creatorē et factorē quoꝝ erroris radicem rabi moyses assignat dicens. Q̄ ipi fuerūt similes puero qui statim cū nasceret ponerē in insula et nung̃ videt mulierē pregnātem nec puerū nascentē· si tūc diceret ei q̄n iam esset magnus· qualiter homo concipitur et portat in vtero non crederet ei q̄ videret sibi impossibile q̄ sic magnus in vtero posset portari. Ita pl̄i videntes statū mūdi p̄ntez nō crediderūt q̄ mūdus posset de nouo incipe Et per hoc patet responsio ad alias duas rationes q̄ non p illū modū ponit ecc̄ia deū factorē omniū visibiliū et inuisibiliū sicut pl̄i posuerūt.

Ad .iij. sic procedit· Videtur enim q̄ ad papam non spectet determinare modū credendi trinitatem, Dicit enim Hilarius in libro de synodis q̄ pater et filius et spūs sanctus sunt per substātiā tria per consonantiā vero sunt vnū· non est ergo ibi vnitas ī natā sicut papa determinat. ¶ Preterea dicit boecius ī li· de tri· Illud est vere vnū in quo nullus est numerus· ꝫ trinitas est vnus deus verissime non ergo ibi erit nūs personaꝝ cū vnitate nate ut ecc̄ia determinat. ¶ Preterea quecung̃ differūt specie differūt nata. ꝫ patrnitas et filiatio cum sint relationes differētes specie ponāt dr̄aꝝ ī nata· nō ergo ē in trinitate vera vnitas. ¶ In contrariū est quod scribit extra de fi· ca· firmit̄ credimus. Responsio Dicendum q̄ Innocencius tercius in illa decretali supradicta firmiter credimus· tria ponit requirenda esse in confessione vere sempiterneq̄ deitatis· Nam primo ex parte credentis requiritur firmitas q̄n dicit firmiter credimus Firmus nāq̄ debet esse

xp̄ianꝰ nichil hesitans, Vnde Moyses grandis factꝰ fide negauit se esse filiū filie pharaonis magis eligēs affligi cū populo dei q̄ tp̄alis pcti hr̄e iocunditatē· ut scri ad Hebre·xj· Scdo ex parte modi credēdi requirit simplicitas ut nō sit ibi erroris admixtio qn̄ dicit· et simpliciter confitemur· s̄m enim Augꝰ·j·de trini· nil periculosius alicui errat nec laboriosius aliquid querit nec fructuosius aliquid inuenit q̄ vbi queritur trinitas patris et filij et spūs scti. Tercio ex parte eiꝰ qd̄ credit· requirit primo ꝙ credatur vnus verus solus deus sine deorum plurificatiōe. Dicit enī Augꝰ sup illo verbo·i·ad Chor·viij· Si tibi dij multi et dn̄i multi· nobis tn̄ nō est nisi vnus deus· ꝙ plres sunt dij nuncupatiue sicut sunt demones· quia omnes dij gentium demonia, Plures sunt similiter adoptatiue· quia ego dixi dij estis & filij excelsi omnes. Sed substantiue nat̄aliter sola trinitas est vnus deus, Secundo ꝙ credat esse eternus sine inceptione· dicit enim anshelmus sup illo verbo psal· Dn̄s regnauit ī eternū et vltra· ꝙ si mūdus fuisset ab eterno et in eternū durararet· adhuc deus diceret ante et vltra tale ineternū quia causa sp est ante et vltra suū creatū· Tercio ꝙ sit immensus sine mensuratione, Exponens enī aug·iiij·sup Gen̄· illud verbū sap·xj· Omnia disposuisti in nūo pondē et mensura dicit· ꝙ deus omnia disponit in seip̄o qui est nūs sine nūo pondꝰ sine pondere et mensura sine mensura, Quarto ꝙ sit incōmutabilis sine mutatione dicente enī augꝰ·i·de tri· Vera immortalitas est vera incōmutabilitas quam nulla creatura habet quoniam soliꝰ creatoris est· Quinto ꝙ sit omnipotēs sine subiectione· ip̄e enim solus est qui mortis et vite habet p̄tatez· et subest ei cū volūit posse ut scribit sap·xv· Sexto ꝙ sit ineffabilis sine inuestigatione· qr dicente aplo incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius· oēs istas conditiones requisitas ad modū credēdi trinitatē ponit Innocentius in decretali sūp̄dicta firmitēr credimus ¶ Ad primum ergo est dicendum ꝙ Hilarius accipit substātiā pro ypostasi· vult enim dicere ꝙ pater et filiꝰ et spiritus sctus sunt tria per substātiam personaꝝ· et sunt vnū per consonantiam vnitatis essentie. ¶ Ad scdm est dicēdū· ꝙ Boecius per illa verba intendit excludē nūm a diuina essentia non aūt a trinitate personarū qd̄ quidē confitet ecc̄ia. ¶ Ad Terciū ē dicēdū ꝙ pat̄nitas et filiatio nō se hn̄t ad diuīas personas

ꝓpe ut speciem dantes. ꝫ magis vt personas distinguētes et constitu
entes. Illud autē qd̄ se habet ad personam diuinam ut speciem dans
est nat̄a diuina. quia pater generat sibi filiū sil'ez ꝑm nat̄e ꝑdēptita=
tem non ꝑm personalem ꝓpetatem. q̄uis in diuinis non ꝓprie dica
tur aliquid differre ꝑm speciem cum ibi non sit species neq; genus.

AD. v. sic ꝓceditur videtur enim q̄ ad papam non spectet deter
minare modum distinctionis personaꝝ quia que sunt eadē re
aliter alicui sunt eadem realiter inter se. Sed pater et filiꝰ et spūs sā=
ctus sunt idem realiter in essentia nō ergo ī personis diuinis est po=
nenda realis distinctio ¶ Pret̄ea aut persona addit aliquid sup̄ essē=
tiam aut nichil. si aliquid addit reale faciet compositionem qd̄ non
est ponendum. si vero nichil addit non poterit facere realem distīcti=
onem. ¶ Preterea que de seinuicem predicantur quicq̄d verificatur
de vno verificatur de alio. ꝫ pat̄ et essentia predicantur de seinuicem.
ista est enim vera pat̄ est essentia. ꝫ pat̄ generat. ergo similit̄ essentia
generat. ¶ In contrariū est qd̄ scribit̄ ex̄. de fi. ca. Firmiter credimus
¶ Rn̄sio dicēdū q̄ Innocentius tercius in decretali sup̄dicta ponit
modum distinctionis personaꝝ dicēs Tres quidē persone pat̄ a nul
lo filiꝰ a patre solo ac spūs sc̄tus pariter ab vtroq;. pater generās. et
filiꝰ nascēs. et spūs sanctus procedēs consubstātiales et coequales ⁊
coomnipotētes et coeterni vbi tria confitet̄, Primo personaꝝ distinc=
tionem. Scd̄o distinctionis cause assignationē, Et Tercio insepabi=
lem operationē. Personaꝝ quidē distinctionem qn̄ dicit Tres quidē
persone. Nam ꝑm Augꝰ. vij. de tri. cum querit̄ quid tres vel qd̄ tria
referendū est ad personas. quia persona ꝑm Boeciū est rationabilis
vel intellectualis nat̄a indiuidua et incommutabilis substātia. In=
commutabilitas aūt in diuinis attendit̄ in personis. non in essen=
tia. quia pat̄ ita est pater q̄ non filiꝰ. et filiꝰ est filiꝰ ita q̄ nō pater
In essentia tn̄ pat̄ est illud qd̄ filiꝰ et filiꝰ illud qd̄ pat̄, Vn̄ auḡ. xv.
de tri. dicit q̄ verbū dei patris vnigenitus filiꝰ eius per omnia patri
similis ⁊ equalis hoc omnino est q̄ pat̄ non tm̄ pater quia ille filiꝰ
et iste pater. Distinctionis vero cause assignationem tangit qn̄ di=
cit pater a nullo filiꝰ a patre solo spūs sanctus pariter ab vtroq;. pat̄
generās filius nascēs spūs sc̄tus procedēs. Nā int̄ personas diuīas
non posset esse distinctio nisi per originē vnius ab altera. quia ꝑm

Damab. In diuinis omnia sunt idez p̃ter generatiõẽ in generationem et processionẽ. Eo ergo ip̃o q̃ pat̃ est genitus oportet filiũ a deo esse nat̃aliter distinctũ. cũ bm aug⁹. j. de tri. nulla res seip̃am generat ut sic. eoip̃o q̃ pater et filiꝰ vna volũtate spirãt spiritũ sc̃m oportet ab vtroq; pariter inspiratũ esse et ab vtroq; pariter distinctum quia bm Piero. spũs sanctus nõ est pater neq; filiꝰ ꝫ est amor quem habet pater in filiũ et filiꝰ in patrem. Tercio tangit inseparabilem operationẽ q̃n dicit consubstãtiales et coequales coomnipotẽtes et coeterni. Nam bm Aug⁹. ij. de tri. pat̃ et filiꝰ et spũs sãctus inseperabiliter operanť et hoc ideo est quia consubstãtiales sine qualitatis implicatione. sunt coequales sine quantitatis diuisione. sunt coomnipotẽtes sine virtutis terminatione. et sunt coeterni sine tp̃is variatione. Vñ dicit Aug⁹. v. de tri. Intelligam⁹ deũ q̃ntũ possumus sine qualitate bonũ. sine quantitate magnũ. sine indigẽtia creatorem. sine situ p̃ntem. sine habitu continentem. sine loco vbiq; totum. sine tempore sempiternũ. sine vlla sui mutatione mutabilia als mirabilia facientem nichil q; patientẽ. ¶ Ad primũ ergo est dicendum q̃ eo modo quo tres persone sunt eadẽ in essentia sunt eadẽ inter se quia in essentia pater est omino illud quod filiꝰ. Sz sic patz q̃ compate tres persone ad essentiam. eedem sunt in nat̃e idẽptitate Int̃ se tñ adinuicem compate distinguũtur relatiua p̃petate. ¶ Ad sc̃m est dicendũ q̃ persona addit sup̃ essentiam relationẽ facientez cũ ip̃a essentia non realem compositionẽ neq; realem diuersificationez ꝫ bñ realem specificationẽ bm quã aliquid verificat̃ de vno qđ nõ verificat̃ de alio. Et per hꝰ patet responsio ad tercium.

Ad. vj. sic procedit. Videť em̃ q̃ ad papam non spectat det̃minare modũ vnitatis triũ personaꝝ. quia qđ est det̃minatum a xp̃o non est determinandum p papam. ꝫ modus vnitatis trium personaꝝ det̃minatus est a xp̃o Ioh. xviij. q̃n dixit. Rogo pater vt sint vnũ ī nobis loquẽs de ap̃lis sicut nos vnũ sum⁹ ꝫ ap̃li fuerũt vnũ cum xp̃o in caritate. Isto ergo modo persone sunt vnũ in essentia. ¶ Pret̃ea scribit. ī. Io. v. Tres sunt qui testimoniũ dant in celo pat̃ verbũ et spũs sc̃tus et hi tres vnum sũt. Et tres sunt qui testimoniũ dant in terra spũs aqua et sanguis. et hi tres vnũ sũt. sic ergo tres p̃sone sunt vnũ in essentia sicut sũt vnum spiritus aqua et sanguis.

¶ Preterea esse vnū natura est esse vnū substātia sicut dicit Aug⁹ ī li-
de moribus monachoꝝ · ꝫ participatione nature omnes homines sūt
vnus homo ergo eodē modo tres persone sunt vna substātia. ¶ In
contrariū est quod scribitur ex de fi·ca·firmiter credimus. ¶ Responsio
Dicēdum ꝙ Innocentius tercius in decre·supdicta ponit triū perso
naꝝ in essentia perfectaꝫ vnitatē qn̄ dicit vna essentia substātia seu
natura simplex omnino · ita essentia diuina simplicissima in tribus p-
sonis non est plurificata quia simplex non plurificatur ideo ē q̄daꝫ
sūma res pater et filiꝰ et spūs sanctus non hn̄s partē et partē vnde
totam dat pater filio et totam sibi retinet et pater et filiꝰ totam dant
spiritui scto et totam sibi retinent. Est ergo quedaꝫ sūma res simplex
et indiuisa · quia vero est cōuissima ipa non est genita neqꝫ generās
quia cum esse genitū cōueniat filio et non patri · si diuīa essentia essꝫ
genita pat non esset diuīa essentia et si esset generās cū generare nō
cōueniat filio · filiꝰ nō eēt diuīa essentia · ꝫ bn̄ est ꝑ gn̄ationē et ꝓcessi
onem eadē nūo tribus personis cōuicata. Hūc ergo modū vnitatis
essentie diuīe confitetur Innocentius ī decretali supdicta qn̄ dicit Nos
aūt sacro approbato consilio credimus et cōfitem̄ cū petro lombardo
ꝙ quedam sūma res est veraciter pater et filius et spūs sanctus que
nō est generans neqꝫ genita neqꝫ ꝓcedēs. Sed est pater qui generat
et filiꝰ qui generatur · et spūs sanctus procedēs · ut distictio sit ī perso
nis · et vnitas ī natura. Et damnamꝰ et reprobamꝰ tractatū vel libel-
lū quem abbas ioachim construxit contra predictū magistrū · ī quo
libello asserebat patrem et filiū et spūm sanctū esse vnius essentie vel
nature nō vera et reali vnitate ꝫ quadā collecta similitudine ī amore
vel in caritate. Confitetur similiter Innocentius triū personaꝝ in potē-
tia equalitatē · et confitetur tria opera a tota trinitate simul esse facta.
Primo opera creationis qn̄ dicit · ꝙ scta trinitas ab initio tp̄is vni-
uersam condidit creaturam. Scdo opa redēptiōis · qn̄ dicit · ꝙ hec sā
cta trinitas primo per moysen et ꝓphas ꝫm ordinatissimā dispositio
nem humano generi tribuit saluatorē Et exprimunt ī illa clausula
articuli pertinētes ad xp̄i humanitatē de vtero virginali assumptā ·
et sacramēta per que facta est humani generis redēptio. Tercio con-
fitetur opera nostre glorificationis qn̄ dicit · que omnes resurgē faci-
et cum ꝓprijs corporibus qui recipiūt omnes ꝫm opera que fecerunt

siue bona siue mala. ¶ Ad primũ ergo ẽ dicẽdum qꝫ argumentum sumptum a similitudine non dicit ꝑemptitatem ꝫ disparitatẽ. volebat ergo xp̃s qꝫ sui discipuli essent vnũ in amore et in caritate. sicut ipe cum patre erat vnũ ī substãtie ideptitate ¶ Ad. ij. est dicendũ qꝫ spũs aqua et sanguis non fuerũt vnũ in xp̃o in nate vnitate quia illa tria non sũt vna res nec vna nata ꝫ fuerũt vnũ in testimonij veritate. Testificabant enim illa tria qꝫ xp̃s non erat purus homo ꝫ plus q̃ homo. quia enim de corpore xp̃i exiuit sanguis per se et aq̃ per se miraculosũ fuit ut glo. ibi dicit. Testificabant ergo sanguis et aqua xp̃m esse dei filiũ Testificabat enī hoc spũs. i. clamor. ut vox illa quã emisit spiritũ emittẽdo. qꝫ enim homo iam ꝓpe mortẽ vocez magnã emittat sine miraculo esse non potest potissime homo q̃ moritur gladio per sanguinis effusionẽ. Vñ Centurio qui erat ex aduerso videns qꝫ sic clamans expirasset dixit. Vere filius dei erat iste.

¶ Ad. ij. ẽ dicẽdũ. qꝫ nata creata non est suũ esse ꝫ acquirit esse in suppositis ꝓpt̃ quod partitur et pluralificatur pluralificatione suppositorum. Sed nata diuina est ipm esse. nec acquirit esse in suppositis ꝓpter qd̃ nõ ponit in nũm cũ personis. ita qꝫ essentia et tres persone sint quatuor res nec pluralificatur pluralificatione personaꝝ. ꝫ est eadẽ cum persona. et est quelibet cum persona.

Questio Duodecima Quomodo ad Papam spectat determinare que pertinent ad distinctionẽ personarum.

Videndum est insup quomodo ad papam spectat determinare que pertinent ad distinctionẽ personaꝝ. Circa qd̃ quer̃untur quatuor. Primo Vtrum ad papam spectet sub articulo ponẽ Patrem esse omnipotẽtez. Scdo Vtrum ad Papam spectet determinare modum generationis filij a patre. Tercio Vtrũ ad Papã spectet determinare modũ procedẽdi spũs scti a patre et filio. Quarto Vtrum ad Papam spectet plura ponere sub articulo spiritus scti q̃ patris et filij.

Ad. j. sic procedit. Videtur enī qꝫ ad Papam non spectet sub articulo ponẽ patrem esse omnipotẽtem. quia posse generare ẽ perfectionis. ꝫ hoc nõ potest pater dũicare filio non ergo omnipotẽtia debet poni sub articlo patris. ¶ Preterea pater nõ potest incarnari

ergo non est omnipotens probat antecedēs quia si posset incarnari posset nasci et si posset nasci posset esse filius et sic in diuinis essent plures filij quod est contra illud, Non tres filij sed unus filius non tres spiritus scti sed unus spūs sanctus, ¶ Preterea dicit Aug. ij. de tri. c. iiij. q pat nullo legit esse missus. si ergo pat nō potest mitti non ē omnipotēs, ¶ In contrariū est auctoritas ecclie. ¶ Rñsio dicendū q cōuenienter omnipotentia ponit sub articulo patris ppt eius appropriationem appropriatur enim potentia patri sicut sapientia filio. bonitas spūi scto. quia sicut potentia potest esse sine sapientia. sic pater non recipit esse ab aliquo et posset esse sine filio saltem in eo qđ deus ¶ Dicit aug. v de trini. q non est hoc dicere ingenitum quod est dicere patrem. quia si filiū non genuisset nichil prohibet eū esse ingenitū Sapientia vero nō potest esse sine potētia. quia posse sapere est aliquid posse. Ideo conuenienter appropriat filio qui etiam in eo q deus non potest esse sine patre cū totū esse suū a pre recipiat, Bonitas vō non potest esse sine potētia et sapiētia quia bonitas est bene et sapiēter velle ut dicit Rich. vj. de trini. Ideo conuenienter appropriat spiritui sancto. qui procedit a patre et filio. Similiter ppt erroris vitatio nam. sunt enim ista tria. potētia sapientia et bonitas oūia tribo personis. dant tñ intelligere ppria personaꝝ. ¶ Inquantū autē sūt cōmunia vitamus per ipa errorem arrij sepantis substātiam et ponentis nichil realiter esse commune tribus personis, Sed inquantū talia dāt intelligē ppria. vitamus errorem sabellij. confundentis personas et ponentis nullā realem ppietatem in personis. ¶ Ad primū ergo est dicendum. q posse generare non dicit pfectam sed ppietatem. Vnde in filio non posse generare non est imperfectio sed conditio. nec indignitas sed ppietas. non enim sequitur distinguere et constituere diuinas personas dicit perfectionē. Sed talem perfectionē non dicit diuina essentia nec aliqđ essentiale attributū nisi sola relatio. Ergo essentia non dicit perfectionē simplicit. Est enim diligenter considerandū q tam potētia q essentia diuina dicit perfectionem simpliciter et formaliter infinitā. Oē aūt simplicit perfectū est cōmunicabile tribo personis. Si enim carentia in eo cui omunicat esset indignitatis non ppietatis talem autē carentiam non dicit posse generare ex hoc q nō cōmunicat filio quia in filio non posse generare nō est imperfectio

sed conditio. nec indignitas. ꝫ ꝓpetas nō enim esset bonū argumētū sic dicere distinguē et constituere diuinas personas dicit perfectionē Sꝫ talē perfectionē nō dicit diuīa essentia. nec aliqd̄ essentiale attributum nisi sola relatio. ergo essentia non dicit perfectionē simplicit̄ nam distinguē vel referre nō est imperfectionis in essentia diuīa vl' in aliquo absoluto ꝫ conditionis nec impotestatis sed proprietatis.

¶ Ad scd̄m ē dicendū ꝙ pater possit incarnari nec ꝯueniret sibi nasci et esse filiū ꝑm nat̄aꝫ diuīaꝫ ꝫ solū ꝑm naturam humanā assumptam. Vñ ꝓpter hoc nō sequeret̄ in diuīs esse plures filios. Nam cōuenit filio ꝙ sit pater virginis ꝑm nat̄aꝫ diuinā et ꝑm naturam humanam est eius filiꝰ. ¶ Ad terciū est dicendū ꝙ ꝑm aug̃. iiij de trinitate Cū pater ex tp̄e ab aliquo cognoscitur non dicit̄ tamē missus quia non habet de quo sit sicut filiꝰ nec ex quo procedat sicut spiritus sanctus. sicut ergo non recipe esse ab aliquo nō est impotestatis in patre ꝫ ꝓpetatis. sic mitti sibi nō ꝯuenit.

AD. ij. sic ꝓceditur videtur enim ꝙ ad Papam nō spectet determinare modum generationis filij a patre. quia qd̄ est inenarrabile nō potest per papam explicari, Sed scribit̄ in Ysaia generationem eius q̄s enarrabit. non ergo talis modus ponendus est sub articulo. ¶ Preterea filiꝰ nat̄aliter nō generatur nisi ex muliere. sed deus pater nō habet vxorē ergo filiū gen̄are nō potest. ¶ Pret̄ea ꝑm aug̃ Esse filiū est esse verbū ꝫ verbū nostrū non est filiꝰ ergo similit̄ verbū dei, ¶ In contrariū est auctoritas ecc̄ie. ¶ Rn̄sio. Dicendum ꝙ aliqui heretici posuerūt xp̄m non fuisse dei filiū aliter q̄ꝫ alij sancti viri qui bn̄ viuendo merent̄ dei filij per adoptionē appellari faciendo volūtatē dei. de quibus dicitur Io. j. Dedit eis pt̄atem filios dei fieri his qui credūt in nomine eius. Et contra hunc errorem positū est in simbolo apl'oꝝ, Credo in hiesum xp̄m filium dei vnigenitum. Ex quo enim vnigenitus est est nat̄alis et nō adoptiuus. iux̄ illd̄ Io. j. Vnigenitus qui ē in sinu patris ip̄e enarrabit, Aliqui vero posuerunt xp̄m nō fuisse ante bt̄aꝫ virginē ꝫ tunc incepit esse qn̄ ex ea cōceptus est. Et contra hunc errorē additū est in simbolo. Ex patre natum ante omnia secula Scribitur enī. Io. viij. Anteq̄ꝫ abraham fiēt ego sum. Aliqui aūt dixerūt sicut Sabelliani. ꝙ bn̄ xp̄s fuit an̄ beatam virginē ꝫ nō fuit alia persona a patre et spiritu sancto distīcta

qđ dictū cum auferat trinitatem personaꝫ error est et venenum fidei. Vñ ad hunc errorem remouendū positū est in simbolo. Deū de deo lumen de lumine. Scribit Joh. iij. Qui me misit veraꝫ est. Constat autē qđ nullus mittit a seipso sicut nulla res seipaꝫ generat ꝺm aug. Aliqui vero sicut arriani bñ dixerūt qđ xps fuit ante btaꝫ virginē ꝛ qđ fuit persona distincta a patre. nō tñ qđ esset verus deus nec qđ eēt eiusdem nature cū patre. Et contra hunc errorem ponit in simbolo. Deū verū de deo vero. Scribit enim Jo. xiij. Ego et paṫ vnū sumꝰ Seo aliqui posuerūt xpm esse creaturā non eternaliter genitū a pre ꝛ tpaliter factū. nec equalis ptatis cum patre. Et contra hunc errorē ponit in simbolo Genitū nō factū consubstātialem patri per quem omnia facta sunt Confitet ergo ppa quinq; sub vno articulo de modo generationis filij, Primo eius filiationis naṫalitatem, Scđo eius generationis eternitatem. Tercio in persona distinctiuam ppetatē Quarto in essentia vnitatem, Et quinto in potestate equalitatem.

¶ Ad primū ergo est dicendum qđ modus genationis filij inenarrabilis est p humanā pbationem quia non solū hominū ꝛ omniū angeloꝫ mentē excedit. potest tñ narrari per diuinā reuelationē et p fidei adhesionez. Sunt enim illa que sunt fidei a deo nobis reuelata que cū sint a sūma veritate dicta falsa esse non possunt. et ideo tanq̄ vera sub articulis ponunt non liceat alicui contrariū ptinaciṫ asserere. ¶ Ad scđm est dicendū qđ derisoriū est intelligere in diuinis generationem carnalem. Nō enim est idem gerationis modus in omnibus ꝛ in animalibus per maris et femine ꝺmixtionē. In plantis vero per pullulationē. Deus aūt cū non sit aīalis et carnalis naṫe non requirit feminā cui ꝺmisceaṫ ad prolis generationē. ꝛ est spūalis et intellectualis nature cuiꝰ partus est conceptus et verbū formatum qđ quidem verbū vnigenitus filiꝰ eius est. tale autē verbum ē delectabiliter audiendum. est veraciter credendum. est continue meditandum. est alijs manifestandum. et executioni mandandum.

¶ Ad terciū est dicendum qđ sicut dicit Damaſ. j. li. Verbum dei ī quatuor differt a verbo nostro Primo ī actuali existentia quia vbū dei est persona subsistēs. nostrū aūt est qđdaꝫ actiōs. Scđo in repsentationis efficacia. tota enim essentia patris repsentaṫ in verbo eius Ideo filiꝰ vocaṫ de cuius ratione est naturam patris repsentare &c

sibi in nata assumulari. Tercio in veritatis euidentia · quia gigni de tota scientia patris. Nostrū aūt verbū plerūq; ex ignorantia format. Quarto in mobilitatis permanentia quia verbū nostrū non manet in dicente sed transit per aerem · verbū aūt dei sp̄ī in dicēte manet quia totus filius est in patre et totus in verbo pater.

Ad iij · sic p̄ceditur Videt enī q̄ ad Papam non spectet determinare modū procedendi spūs sancti a patre et filio · quia q̄d nō est determinatum p̄ xp̄m in euangelio non est sub articulo ponēdū Sed Joh̄ · xiiij · saluator loquēs de spūs sancti processione nullā mētionem facit q̄ p̄cedat ab ipo ꝛ solū a patre dicēs, Spūs sanctus q̄ a patre procedit · Non ergo ponendum est sub articulo q̄ procedat a filio. ¶ Preterea in concilijs principalibus grecoꝝ in quib⁹ fuerunt fidei articuli determinati expressum est spiritum solū a patre et non a filio · quia quicunq; aliter diceret vel predicaret anathema incurreret · sicut magister allegat xj · di · j · li · sentēciaꝝ. ¶ Preterea leo papa · iij in Niceno concilio symbolū constituit · in quo nulla mentio de spūs sancti processione a filio facta est imo ī fine p̄dicti symboli subiūctū est quicunq; aliud docuerit vel p̄dicauerit anathema sit, ¶ In contrariū est auctoritas eccie. ¶ Responsio dicēdum q̄ spūm sanctū ex patre et filio procedē non solū doctores grecoꝝ et latinoꝝ asserūt · veruꝫ etiam ipa veritas Jo · xiiij · q̄n dicit · Spūs sanctus quē mittet pater in nomīe meo ille testimoniū perhibebit de me. Super quo verbo dicit Anshelmus q̄ non est aliud spūm sanctū in nomine filij mitti q̄ de eius substātia p̄cedē · quia tñ aliqui p̄p̄ veritatis ignorantiā presumpserunt dicere contrariū. Ideo ut omnibus precluderet via contrariū opinari ogruū fuit sub articulo ponē et sub anathemate māndare q̄ modus procedendi spūs sancti est a patre et filio · non tanq̄ ex duobus ꝛ tanq̄m ex vno principio pariter spirari, Vñ scribit exī de sum · tri · c · fideli · Nos huiusmodi erroribus viam precludē cupiētes sacro approbāte concilio damnam⁹ et reprobam⁹ omnes qui negare p̄sūpserint eternaliter spūm sanctū ex patre et filio procedere siue etiam ausu temerario asserere q̄ spūs sanctus a patre et filio tāq̄m ex duobus principijs et non tanq̄m ex vno procedat. ¶ Ad primum ergo est dicendum · q̄ Aug⁹ · xv · de trini · mouet istam questiōꝫ Si spūs sanctus p̄cedat ex patre et filio cur ipe filius dixit · spūm sctm

solum a patre procedē q̄m soluēs sic dicit. si filiꝰ dicebat mea doctri-
na non est mea. cum tñ ore apl'i ip̄e dictus sit doctrina et sapientia
patris multo fortius dicebat spiritum sanctū a patre procedere. q̄a
sicut doctrinam habet a patre et non a se. ita ꝙ spūs sanctus ab eo
ꝓcedat, ¶ Ad. ij. et iij. est dicendū ꝙ in ꝯcilijs grecoꝝ illa explicita
sunt in articulis contra que insurgebant noui errores. Q̄ vero po-
nit' in eis, Quicunq; aliud docuerit vel predicauerit sit anathema
illud ibi ponit' ꝓ erraneo non pro expositorio vel explicatorio q̄a qñ
insurrexit error contra hoc licuit ecclesie sub articulo explicare qd̄ ī il-
lis concilijs explicatū non fuit.

AD. iiij. sic ꝓceditur videtur enim ꝙ nō spectet ad papā plura
ponere sub articulo spūs sancti q̄ patris et filij. quia spūs san-
ctus est vna in trinitate persona. non ergo ponēda sunt plura ī ar
ticl'o de vna ꝑsona q̄ de alia. ¶ Preterea ꝑm amb' dñs ē nomē nat'e et no
men potestatis. ꝫ potētia attribuit' patri male ergo ponit' in articl'o
Credo in spiritum sanctū dñm. ¶ Preterea viuificare attribuit' filio
iuxta illud ad Hebre. iiij. Viuus est sermo dei. i. filiꝰ dei male ergo
ponit' sub articulo spūs sancti. Et viuificantem. ¶ In contrariū est
auctoritas ecc̄ie. ¶ Rñsio. Dicendum ꝙ Papa in articulo spūs san
cti quinq; confitet' de ip̄o. Primo dñationē. Scd̄o viuificationem.
Tercio a patre et filio processionez, Quarto cū patre et filio vnam
adorationē. Quinto ꝓphetaꝝ inspirationē. Fuerūt enim aliqui he-
retici male sentientes de spiritu sancto dicentes. ꝙ erat creatura et ꝙ
minor erat patre et filio. et ꝙ erat minister vtriusq;, Ad remouendū
ergo hunc errorem positū est in simbolo patrū. Credo in spiritū san-
ctum dominum, Aliqui vero dixerunt ꝙ vita spūalis aīe in nobis
pot'at acquiri ex libero arbitrio absq; aliqua infusione gratie spiritꝰ
sancti. Et ad hunc errorem remouendum additū est in simbolo. Et
viuificantem, Aliqui aūt posuerunt ꝙ spūs sanctus procedat a pa
tre ꝫ non a filio quod si sic esset non esset amor vtriusq;. Ideo ad re-
mouendum hunc errorē ponit' in simbolo, Qui ex patre filio q̄ ꝓce-
dit, Aliqui aūt dixerūt ꝙ nō erat eiusdē substātie cum patre et filio
Vñ nec idem honor nec eadem reuerentia sibi debebat' que impende-
batur patri et filio, Et ad remouendum hunc errorem positum est ī
simbolo. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificat', Sed

aliqui posuerũt qꝺ vetus testamentũ non fuit datũ a bono deo · nec spiritu sancto inspirati locuti sunt ꝓphete. Ad remouendum hũc errorem subiũctum est in simbolo. Qui locutus est per ꝓphetas, ¶ Ad primũ ergo ẽ dicẽdum · qꝺ ꝑ illa que ponunt̃ in arriculo remouent errores de nouo insurgentes, Quia igitur plures errores insurrexerũt de ꝑsona spũs sancti q̃ de alijs personis. Ideo oportuit plura ponere de articulo spũs sancti q̃m patris et filij . ¶ Ad scõm ẽ dicendũ qꝺ vna est potestas sicut vna bonitas omniũ triũ personaꝝ · attribuitur tñ potestas patri ꝓp̃t eius appropriationem · q̃ magis conuenit potentia cum patre qui est a nullo q̃z cũ aliqua alia persona · attribuitur tñ spiritui sancto ꝓp̃t erroris vitationem · ne putaret̃ qꝺ sit minor patre et filio, ¶ Ad terciũ est dicendum qꝺ sicut dicit Aug̃ · ij · de trí · Omnis sanctificatio et omne opus factũ in creatura rationabiliter simul inseparabiliter efficitur a tota trinitate. Attribuitur tñ q̃nq̃ personis singulis ꝓpter aliquam conuenientiam quã habet cũ ꝓprijs personaꝝ. Viuificare ergo aĩaꝝ nostram vita spũali conuenit filio ꝓpter intellectus illuminationẽ · Spiritui vero sancto conuenit ꝓpter affect̃ inflammationẽ · quia sicut filius̃ procedit ut verbũ cuius̃ est intellectũ illuminare · Ita spũs sctũs ꝓcedit ut amor cuius̃ ẽ affectũ inflãmare.

Questio · xiij · ¶ Quomodo ad Papam spectat determinare que pertinent ad naturaꝝ humanã a dei filio assumptam.

Considerandum est vlterius. Qualiter ad Papam spectat determinare que pertinent ad naturam humanã a dei filio assumptam. Circa qꝺ querũtur quinq̃ ¶ Primo Vtrũ ad Papam spectet sub articulo ponẽ modũ conceptionis et incarnationis xp̃i ¶ Scꝺo Vtrum ad Papam spectet sub articulo ponẽ modũ passionis et sepulture xp̃i ¶ Tercio Vtrũ ad Papã spectet ĩ simbolo explicare omnes articulos fidei ¶ Quarto Vtrum ad Papam spectet ĩ simbolo explicare omnia sacramenta ecc̃ie ¶ Quinto Vtrũ ad Papaꝝ spectet determinare per quem modum corpus Christi est sub sacramento altaris.

Ad · j · sic procedit̃ · Videtur enĩ qꝺ ad papam non pertinet ponẽ sub articulo modum conceptionis et incarnationis xp̃i Quia sub articulo nõ debꝫ poni nisi illud per quod fides roborat̃ et declarat̃

ut declaratur ut dicit aug⁹ xiij de trini. Sed illa que sunt fidei satis conuenienter reuelata et declarata sunt sctis patribꝫ in veteri testamẽto non ergo oportet sub articulo ponere xp̃m esse in vtero virginali conceptum ¶ Preterea scribit Jo vj Spūs est qui viuificat caro aũt non potest facere quicq̃ credẽ ergo dei filiũ esse spiritum nos viuificantem non aũt ip̃m esse carnaliter conceptũ facit ad nostram salutem. ¶ Preterea si homo non peccasset dei filiꝰ fuisset incarnatus nõ ergo ꝓpter nostram salutem. ¶ In contrariũ est auctoritas ecclesie. ¶ Responsio dicẽdum q̃ sex ponunt sub vno articulo per que excluduntur sex errores qui tunc pullulabant circa xp̃i incarnationem qñ illud simbolũ fuit editũ Primũ est precisa hominũ saluatio. Secundum est legalium exclusio. Tercium est dei filij ex virgine carnis assũptio. Quartũ est miraculosa corporis eius formatio. Quintum ẽ illiꝰ carnis cum humano corpore vera assimulatio. Sextũ est dei et hominis vera personalis vnio. Fuerũt enim aliqui dicentes dei filium esse incarnatũ non solũ ꝓpter nos homines verũ etiam ꝓp̃ demones damnatos liberandos et saluandos Et hic error excludit̃ per hoc qđ premittit̃ in articulo. Qui ꝓpter nos homines. Aliqui vero dicebant solam xp̃i incarnationẽ et passionẽ nõ sufficere ad nostraz salutem sine legaliũ obseruatione et impletione. Et hic error excludit̃ per hoc qđ addit̃, Et ꝓpter nostram salutem. Aliqui autez dicebant dei filiũ non descendisse ad terram per carnis ex vtero virginali assumptionem ꝯ magis xp̃m tanq̃ purũ hominẽ existentem aliq̃ bona operatũ fuisse in terris ex quibus dicebãt eum meruisse celũ ascẽdere. Et hic error excluditur per hoc qđ adiũgitur descendit de celis Aliqui aũt dicebant per operationem virilis seminis xp̃m ex vtero beate marie fuisse conceptũ et incarnatũ. Et hic error excluditur per hoc quod annectitur. Incarnatus est de spiritu sancto loco cuiꝰ ī simbolo aplorꝫ dicitur. Conceptus est de spiritu sancto. Aliqui aũt dicebant corpus xp̃i non fuisse verũ corpus nec eiusdem nat̃e cũ corpore humano. Et hic error excluditur per hoc qđ dicit̃, Ex Maria virgine. Sed aliqui dicebant humanam nat̃az personaliter non fuisse vnitam dei filio. ꝯ per ip̃az dei filiũ fuisse habitatã modo quo inhabitat sanctos viros ex quoꝝ dicto non erat verũ dicere. Deus factus est homo ꝯ magis deus inhabitat hominem. Et hic error excludit̃ per

hoc qd̄ vltimo ponitur. Et homo factus est. ¶ Ad Primū ergo est dicendum· q̄ anteq̄ dei verbū carnem assumeret hꝰ modi verbū erat ī cognoscibile tanq̄ in corde patris existēs· sicut verbū hominis dū est in corde non cognoscitur nisi ab illo in cuiꝰ corde existit. Erat intangibile· audiebat̄ quidem a ꝓphetis et patriarchis per subiectam creaturam non tn̄ poterat tangi. Erat inaccessibile· quia lumen habitabat inaccessibile qd̄ nullus hominū videre potat. Sed postq̄ induit carnē humanā factū est cognoscibile quia in terris visum est · et cū hominibus conuersatum est. Factū est tangibile · quia manus nr̄e pertractauerūt de verbo vite, Factū est accessibile quia accessū habemus per ip̄m ad patrem multa ergo secreta dei manifestata sunt nobis post xp̄i incarnationē que ante occulta erāt, Vn̄ ꝓpt̄ aduentum xp̄i fides nostra est declarata· spes nostra est confirmata· caritas nostra est inflāmata· nat̄a nostra ē subtiliata al's sublimata· et nostra volūtas est quietata et terminata, ¶ Ad scd̄m est dicendum· q̄ illd̄ verbū caro non potest facere quicq̄m· Crisos· exponit de carne xp̄i ītellectuali dicēs· q̄ non sufficit carnaliter intelligere qd̄ xp̄s dixit in carne· hoc enim nichil prodest· oportet enim plus addere et sp̄ualiter intelligere illa que ip̄e in carne dixit Aug̃ vero exponit de xp̄i carne sacramentali· Si enim intelligat̄ caro xp̄i sub sacramēto dilanianda per dentes quomodo in cadauere dilaniat̄· aut in macello venditur et non quomodo spiritu vegetat̄ nichil prodest · Accedat ergo ut ait spiritus ad carnem et prodest plurimū. Idez enim aug̃ exponit de xp̄i carne nat̄ali sub ꝓpa specie dicēs· q̄ caro xp̄i per seip̄am nō mūdat sp̄ualiter a pc̄to· ꝫ per verbū a quo suscepta est· qd̄ cum sit p̄rincipiū omniū per susceptā aīaz· et carnē oīm credentiū aīaz mūdat et carnē ¶ Ad· iij· ē dicēdū q̄ si dei filiꝰ non fuisset incarnatꝰ non fuisset op̄atus nostram salutem per modū iocunditatis et integritatis· quia vtroq̄ modo nat̄a nr̄a est bn̄ficialis quantū ad corpus videndo xp̄i humanitatē· ꝛ q̄ntū ad aīaz vidēdo xp̄i diuinitatē. Ingrediendo enī et egrediēdo pascua inueniemꝰ · sed nō fuisset op̄atus nostrā salutez ꝑ modū mortis et passibilitatis· q̄ nō assumpsisset naturā mortalez et passibilem · exquo eniz homo nō peccasset non indiguisset ip̄o ut redemptore ꝫ solū ut glorificatore. Sz exquo peccauit vtroq̄ modo indiguit ip̄o· q̄ nichil nobis nasci ꝓfuit nisi redimi profuisset.

Ad·ij·sic ꝓceditur. Videt̃ enī ꝙ ad papam nō spectet sub artcl'o ponē modū passionis et sepulture xp̄i· qꝛ xp̄s nō fuit mortuus et passus nisi inquantū homo ꝫ inquātū homo nat̃aliter potuit pati et mori non est ergo istud ponendum sub articulo. ¶ Preterea iudei sunt puniti qꝛ dn̄m glorie occiderūt· iux̄ illud Act̃·iij· Vos autez dominū auctorez glorie interemistis et petistis virū homicidā donari vobis, Sed deus non potest pati· non ergo hoc ponendum ē sub articl'o. ¶ Pret̃ea sub articl'o non debet poni nisi qd̄ facit ad nr̄az salutē· ꝫ sepultura xp̄i nō facit ad nostram salutem imo ad ꝯtrariū cū ip̄e debuit esse int̃ mortuos liber. ¶ In contrariū est auctoritas ecc̄ie ¶ Rn̄sio dicendū ꝙ homo per peccatū primo incurrerat dei offensionem Delectat̃ enim deus in spūali pulchritudine sicut homo carnalis delectat̃ in pulchritudine corporali· Deus enim spūs est· qn̄ ergo aīa per pcc̄m inquinat̃ et eius pulchritudo ammittit̃· deus offendit̃ Scd̄o incurrerat aīe maculam et deturpationē· Est enī pcc̄m macula ip̄iꝰ aīe. Tercio incurrerat de paradiso exiliū et expulsionez, Ad remouendum ergo dei offensionē necessaria fuit xp̄i mors et crucifixio ut sicut homo morte se damnauerat ita morte redimeret̃ ꝑ iusticiam talionis ꝓpt̃ qd̄ sup̄ illo verbo Descēdat nunc de cruce et credimꝰ ei· dicit Crisoꝫ· Imo non descendat quia ad hoc venit vt per mortez destruat eum qui habet mortis imperiū· si enim homo in cruce non moreret̃ humanū genus non redimeret̃. Ad remouendū nat̃e aīe maculam et deturpationē necessaria fuit xp̄i passio· et eius sanguīs effusio de quo xp̄s in sua passione fecit qd̄dam balneū ī quo aīe pcc̄oꝝ lauant̃ ab omni macula cum enim lauantur ī baptismo in balneo xp̄i sanguine consecrato lauant̃ cū non nisi ex sanguine xp̄i baptismus efficaciam habeat· Sed ad remouendum de paradiso exiliū et expulsionē necessaria fuit xp̄i sepelitio. Non est enim necessariū corpus sepeliri nisi postq̄ aīa a corpore est sep̄ata. Erat autē necessarium aīaz xp̄i ad infernum descendere ut aīas sanctoꝝ ꝑ pcc̄m primi hominis de paradiso expulsas ad celestia reuocaret. Ista autē tria cōfitet̃ papa sub vno articulo, Primo mortē et crucifixionem qn̄ dicit Crucifixus etiam ꝓ nobis sub poncio pylato· Scd̄o simul passionez et sepelitionē qn̄ subdit passus et sepultus est. ¶ Ad Primū ergo est dicendum· ꝙ nō ideo ponit̃ sub articulo xp̄m esse crucifixū et passū

q̄ non poterit mori naturaliter s̄m q̄ homo ꝫ ponit̄ sub articl̄o q̄ ille qui moriebat̄ et crucifigebat̄ inquantū homo erat ver⁹ deus ¶ Ad scd̄m ē dicendū q̄ planū ē iudeos nō occidisse xp̄i diuinitatē. Cōstat enim q̄ cū morit̄ homo in sepatione aīe a corpore non moritur aīa ꝫ ip̄a caro sic in morte xp̄i nō est mortua diuinitas ꝫ nat̄a humana Nunq̄d ergo debuerūt puniri iudei ac si interfecissent purū hominē et non deū dicendum est ad hoc. q̄ si aliq̄s rex indutus esset pulcra veste si quis in vestē illā aliquā turpitudinez proijceret tantū pc̄tm incurreret ac si ip̄m regem deturparet. Similit̄ verbū regis si scribe-ret̄ in carta et si aliq̄s dilaniaret cartā regis ꝓ tanto haberet̄ ac si di-laniaret verbū regis. peccatū ergo iudeoꝝ dilaniādo carnē xp̄i et scri-pturam xp̄i tantū fuit ac si ip̄m dei filiū dilaniassent vel occidissent. et tali pena debuerūt puniri. ¶ Ad terciū est dicendū q̄ sicut mors xp̄i opata est nostram salutē ita eius sepultura nec constat ex hoc q̄ fuit sepultus non fuisse liberū inter mortuos quia eo ip̄o q̄ per īclu-sionē sepulchri nō potuit impediri quin ab eo resurgēdo exiret ostē-dit̄ enim int̄ mortuos libertatem habuisse.

AD Tercium sic ꝓceditur Videt̄ enim q̄ non spectet ad Papam in simbolo explicare omnes articulos fidei. q̄ multa sūt dubia in his que sunt fidei. Scribit̄ enim Ecclesiastici. vij. Cuncte res diffi-ciles et non potest homo eas explicare sermone ergo de omnibus ex-plicandi non sūt articuli in simbolo. ¶ Pret̄ea minores de ecc̄ia nō tenent̄ explicite credē ergo ī simbolo omnib⁹ legēdo. nō oportet expli-care credibilia ¶ Preterea in articulis fit explicatio fidei ꝫ nō ī p̄tate hominis explicite credere. Scribit̄. Ro. x. Quomodo credent quem non audierūt. Quomodo aūt audient sine predicante. Quomodo aūt predicabūt nisi mittant̄ non ergo oportet explicare per articl̄o⁹ que sunt fidei. ¶ In contr̄iū est auctoritas ecc̄ie. ¶ Responsio dicen-dum. q̄ salus humani generis facta est per manifestationē diuini-tatis s̄m humanitatem assumptam que s̄m Damas. fuit instrumē-tum diuinitatis mediante quo que erāt hominis sup̄ hominez opa-bat̄. ergo omnia que sunt fidei principaliter et per se vel ordinant̄ ad xp̄i diuinitatē vel ad assumptam humanitatem. Diuinitas autem septē modis est manifesta nobis in sacro eloquio Primo quantū ad essentie vnitatem. Scd̄o quantū ad patris p̄tatez. Tercio quantū ad

filij ꝑpetatem/Quarto quantū ad spiritus sancti sanctitatē/Quīto quantū ad ecīe vnitatem/Sexto quantū ad rebrectionis veritatem que diuina virtute et nutu fienda est/Septimo quantū ad future vite eternitatem/Quantū ergo ad primū ponit̄ in articulo· Credo in vnum deum/Quantū ad scōm ponit̄·patrē omnipotētem/Quantū vero ad terciū ponit̄ Et in ihesum xp̄m filiū eius vnigenitū/Quātum ergo ad quartū ponit̄ in simbolo ap̄lor Et in spiritū scīm dn̄m/Quantū ad quītum ponitur in simbolo ap̄lor Sanctor vnionem/Quantū ad sextū ponit̄·Expecto rebrectionē mortuor, Sed quantū ad septimū addit̄ Et vitam venturi seculi, Per assumptam vero humanitatem septē modis dei filiꝰ opatus est nostrā salutē/Primo per eius conceptionē/Scōo per eius natiuitatē seu incarnationē/Tercio per eius mortē et passionē/Quarto per eius ad inferos descensionez Quīto per eius rebrectionē/Sexto per eius in celū ascensionem/Septimo per eius in fine seculi iudiciariā dn̄ationez/Quantū ad primum dicit Qui conceptus ē de spiritu sancto/Quantū ad scōm additur Natus ex maria virgine·multi enim concipiūtur qui nō nascunt̄/Quantū ad terciū dicit̄ Crucifixus pro nobis sub poncio pilato/Quantū vero ad quartū ponit̄, Descēdit ad inferos, Quantū ad quintū addit̄ Tercia die rebrexit a mortuis, Quātum ad sextū dicitur Ascendit in celū sedet ad dexterā patris, Quantū ad septimū dicitur Qui venturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos,

¶ Ad primū ergo est dicendū· qꝺ in articulis nō explicant̄ nisi illa que principaliter faciūt ad nostram salutē hꝰ modi aūt sūt que pertinēt ad xp̄i diuinitatem ꝛ humanitatem Alia vero que consequēter se habēt nō oportet per articulos explicare, ¶ Ad scōm ē dicendū·qꝺ illa que continent̄ in sacra scriptura leguntur omnib⁹ et tn̄ nō tenent̄ omnes explicite illa scire·et hic est de his·que sunt fidei·qꝛ licet oīb⁹ ꝓponant̄ non tn̄ tenentur omnes explicite ip̄a cognoscere, ¶ Ad·iij· dicit̄ qꝺ ad multa homo tenet̄ q̄ nō potest perficere sine auxilio gratie ut precepta dei seruare qꝺ quidē auxiliū gratie quibusdaz dat̄ per dei misericordiam, Quibusdam aūt per iusticiam non dat̄ qꝺ fit ī penā alicuiꝰ peccati vel actualis vel saltem originalis sicut dicit aug̃· in li· de correctione et gratia.

AD·iiij·sic procedit· Videt enī q ad papam spectet ī simbolo ponere omnia sacramenta ecc̄ie quia errores insurrexerūt circa sacramenta sicut circa illa que sūt fidei· ergo ista sicut illa ī simbolo sūt ordinanda, ¶ Pretea illa ponunt̄ in simbolo que faciūt ad nostram salutem· sed sic faciunt ad nostram salutem sacramenta sicut articuli ¶ Pretea maior difficultas insurgit circa sacramentū eucharistie q̄ circa baptismū magis ergo oportet explicare in articulo sacramentū eucharistie q̄ sacramentū baptismi. ¶ In contrariū est quia ī simbolo patrū non fit mentio nisi de sacramento baptismi· et ī illa decretali ex̄· de fi·ca·non exp̄munt̄ nisi quatuor sacramēta. ¶ Responsio dicēdum· q sacramenta sunt quedā medicine purgatiue peccatorū ut aīa ip̄a sacramētis tanq̄ quibusdam sp̄ualibus medicinis a defectibus ꝛ pc̄tis expurgata efficiatur capax receptionis septiformis gratie sp̄us sancti· Sunt aūt in aīa nr̄a septē defectus Primus per peccati origīalis infectionē. Scd̄s per dyaboli impugnationē, Tercius per peccati personalis et actualis ꝑpetrationē. Quartus per ip̄i⁹ anime in vita spirituali debilitationē. Quintus per reliquiaꝝ pc̄toꝝ deturpationem Sextus per ignorantie cognitionez. Septimus ꝑ carnal' concupiscentie ineffrenationē. Peccati ergo originalis infectio tollit̄ per baptismū· Dyaboli vero impugnatio tollit̄ per confirmationez Peccati actualis et personalis ꝑpetratio tollitur per penitentiā· Aīe vero debilitas tollitur per sacramentū eucharistie. Reliquiaꝝ pc̄toꝝ deturpatio tollit̄ per extremā vnctionē, Ignorantie aūt cognitio tollitur per sacramentū ordinis · Sed ꝯcupiscentie ineffrenatio tollit̄ per sacramentū matrimonij, ¶ Ad Primum ergo est dicendum q sacramenta ecc̄ie habēt efficaciam ex passione xp̄i· vn̄ sicut effectus ꝯtinet̄ in causa sic omnia sacramēta continent̄ in articulis pertinētib⁹ ad xp̄i humanitatē. ¶ Ad·ij·est dicendū q illa que ponunt̄ in simbolo faciūt ad nostram salutem principaliter et effectiue. Sacramēta aūt magis faciūt medicinaliter per modum expurgationis peccatorum ¶ Ad Terciū est dicendū q sacramentū baptismi est ianua omniū sacramentoꝝ. Vnde posito ip̄o sub articulo omnia alia virtualiter includuntur.

AD·v·sic procedit· Videtur enī q ad Papam non spectet determinare per quem modum corpus xp̄i est sub sacramēto altaris

quia sic est de corpore sub specie panis iudicādū sicut de eius corpore sub specie ꝓpa cum sit idem corpus numero ꝫ deus in corpore xp̄i sub specie ꝓpa est per personalem vnionē. Ergo per talem modū erit in sacramento altaris. ¶ Preterea dicit Damaſ. iiij. li. c. v. ꝙ qr cōsuetudo est hominū comedē panē et bibē vinū ideo pani et vino ꝯiūxit deus diuinitatem suam et fecit ea corpus et sanguinē suū. et ita panis ꝯūionis non est panis simplex ꝫ ꝯiūctus diuinitati est ergo corpus xp̄i in altari per assumptionez panis ad vnitatem diuinitatis. ¶ Preterea modus per quem existit corpus xp̄i in altari nō videt̄ esse ab ecc̄ia determinatus. licet ergo ad placitum opinari per quē modum corpus xp̄i in sacramēto altaris existat. ¶ In contrarium ē qd̄ scri̅ de ꝯse. di. ij. vbi dicit̄ ꝙ visibiles creat̄e in xp̄i corpus et sanguinem inuisibiliter ꝯuertunt̄. ¶ Rn̄sio Dicendum ꝙ sicut dicit Innocentius corpus xp̄i ht̄ triplicem modum essendi Alit̄ est enī corpꝰ xp̄i in persona ip̄ius xp̄i Alit̄ in celo Aliter in sacramento altaris. Nam in homine xp̄s est eius corpus ut pars in toto per vnionē, In celo vero est ut locatū in loco per circūscriptionē. Sed in sacramento sicut presens signatū in signo per sacramētalem rep̄sentationē, Et sub specie panis et vini in corpus et sanguinē eius trāsubstātiatōz. Non enim est corpus xp̄i in hostia per ꝓpe qualitatis circūscriptiōez quia sic non posset intrare per os fideliū manducantiū ip̄m Nec ꝓpter ꝓpe v̄tutis terminationē. quia sic non posset esse simul et semel cibꝰ mltoꝝ fideliū ī diuꝰ locis ꝛ ī diuꝰ mūdi partibus existentiū. Est ergo in hostia totū corpus xp̄i ut cibus sp̄ualis aīe non sub quātitate ꝓpa. ꝫ sub quātitate panis et vini per trāsubstātiatōz substātie eiꝰ in ip̄m et hunc modum essendi determinat ꝓpa. ex̄. de fi. ca. firmiter credimus. vbi dicitur ꝙ corpus xp̄i et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter ꝯtinent̄ transubstātiato pane in corpus. et vino in sanguinē potestate diuina. fingere ergo vl̄ ponere aliū modū pertinaciter est hereticū. ¶ Ad Primū ergo ē dicēdum ꝙ corpus xp̄i habet esse ī persona xp̄i. ut dictum est ꝑ personalem vnionē. ꝫ in sacramēto altaris est per panis substātiam in sb̄az eius trāsubstātiatōz. vnde non habet eundē modū essendi vtrobiqꝫ. ¶ Ad scd̄m est dicendum. ꝙ Damaſ. vult pani et vino ꝯiugataz esse diuītatē quantū ad virtutē et potētiaz. quia potētia diuinitatis

fit ut panis ĩ corpus xp̃i et vinũ in sanguinẽ ꝯuertat̃. ¶ Ad terciũ est dicendum ꝙ modus essendi det̃minatus est per ecc̃iam. Et alium modum pertinaciter assere esset hereticũ.

¶ Questio. xiiij. de Sanctoꝝ ven̄atione.

Post hoc considerandum est de sanctoꝝ ven̄atiõe. Circa qd̃ querunt̃ quatuor. Primo de Papa canonisante. Scd̃o de causa canonisatiõis. Tercio de modo canonisãdi. Quarto de sãctis canonisandis. Circa Primũ querunt̃ quĩq; Primo Vtꝝ ad solũ Papã pertineat sanctos canonisare. Scd̃o Vtrũ sicut Papa vniuersaliter ita ep̃s in dyocesi sua possit aliquem sc̃tm canonisare. Tercio Vtrũ Papa absq; requisitione collegij possit aliquez sanctũ canonisare. Quarto Vtrum Papa canonisando aliquem sc̃tm possit errare. Quinto Vtrũ si quis non est canonisatus per papaꝫ possit ꝓ eo officiũ decantari.

Ad. Primũ. sic ꝓceditur Videtur enim ꝙ non solũ ad Papam pertineat sanctos canonisare. quia ꝑm aug̃. ĩ li. de vera religi. sancti non sunt adorandi ꝫ honorandi. cũ ergo cuilibet liceat alteri honorem impendere cuilibet erit licitũ sanctũ canonisare. ¶ Pret̃ea in ecc̃ia primitiua non omnes sancti canonisabantur per papam. ergo nec nunc est necessariũ ꝙ omnes per eũ canonizent̃. ¶ Pret̃ea ad sanctos pertinet sanctos canonizare et non ad peccatores. nõ enĩ est ꝯuentio xp̃i ad belial nec lucis ad tenebras ut scri̅. ĩ. ad Chor̃. iij ꝫ ꝯtingit papam quandoq; esse malũ et peccatorẽ. non ergo ad ꝓp̃aꝫ sp̃ spectat canonisare sanctos. ¶ In contrariũ est. quia nullus ẽ sanctus nisi approbatione et imitatione xp̃i. iux̃ illud Leuit. xi. Sancti estote quoniam ego sanctus sum. ergo approbatione pape qui est vicarius xp̃i debet aliquis ĩ sanctũ approbari et canonisari ¶ Rñsio Dicendum ꝙ sc̃tm aliquẽ canonizare non est aliud q̃ꝫ sc̃titatem alicuiꝰ venerandam et approbandã manifestare ꝓpter fidẽ ecc̃ie eiꝰ opa imitantis et bñfia recipientis. Tria itaq; principaliter requiruntur ad canonizationem sc̃ti. Primo eius sc̃titatis approbatio, Scd̃o eius sc̃titatis a toto popl̃o xp̃iano veneratio. Tercio fidei ecc̃ie bñficia illiꝰ sc̃ti poscẽtis confirmatio. Ista aũt tria ad solũ sũmũ pontificem qui est caput ecc̃ie noscuntur pertinere. Nam sicut soliꝰ xp̃i est homines

sanctificare et sanctos facere iux illud Leuit. xxi. Ego sanctus sum dns qui sanctifico vos sic solis pape est qui est vicarius xpi hominū sanctitatē manifestare et approbare, Sil'r sicut solus papa est caput totius ecclie ita solū ad ipm pertinet membris ecclie mandare sanctuz aliquem sub veneratione haberi. Vlterius sicut sola opera que perhibent testimoniū sanctitati alicuis fidei ecclie inituntr. ita ad illū pertinet hmodi sanctū canonizare ad quē pertinet questiones fidei determinare. quod quidē planū est spectare ad sūmū pōtificē sicut patet xxiiij. q. i. c. quotiēs ratio fidei ventilatr. ¶ Ad primum ergo est dicendum qp duplex est reuerentia quedam vniuersaliter iniūcta quedaz vero volūtarie et particulariter assumpta, Prima ergo reuerētia solū honorandi sunt sancti per ecclaz canonizati. Sz scda reuerētia possūt honorari alij bm particularem deuotionem vniuscuiusqz. ¶ Ad. ij. est dicendū qp in ecclia primitiua non buabatr modus canonizandi qui modo buatr ppt duo. Primo quia illi scti ut plurimū erāt martires in quibus non requirebatr talis examinatio sicut requiritr i cōfessoribus ut infra dicetr Scdo ex feruore fidei nascētis ecclie et ex meritis xpi et aplorū miracula et alia opera sic erant euidentia ut non possent tergiuersatiōe celari, Sed nūc bn videdū est bm qd dicit augn de vera religione quibus de diuinis est credendū potissime cū angelis sathane possit se transfigurare in angelū lucis. ¶ Ad Terciū e dicendū qp papa non canonizat sctos sctitatem in eis efficiendo vel causādo, Sed magis sctitatē q ppt opera que ei testimoniū perhibent approbando et sub veneratione populi xpiani exponēdo quāuis si sanctitate carēt ministerialiter non ppa auctoritate mediātibz clauibus ecclie posset hoc facere quantūcunqz esset peccator.

Ad. ij. sic procedit. Videtur enī qp sicut papa vniuersaliter ita eps in sua dyoceli possit aliquem sctm canonizare. scribitr enizp mo Ethicoz. qp vnusquisqz bn iudicat de his que nouit et hoz est bonus iudex. Sed eps melis nouit de sctitate et vita que sunt in sua dyoceli qz papa. ergo erit melior iudex canonizādo et approbando sanctitatem eoz ¶ Preterea sctos canonizare est ex opibz miraculis eos a populo venerandos predicare z talia fiūt in vna dyoceli quandoqz et non in alia. quia sicut operationes sūt particulariū suppositoz. sic sūt particulariū locoz magis ergo pertinet hoc ad epm qz ad ppam

¶ Preterea canonisatio noua pertinet ad ptatez ordinis cũ ibi reqrat celebratio misse ad honorẽ scti. ꝫ in ptate ordinis quilibet eps ẽ equal pape. quilibet ergo eps potest sctm aliquẽ canonisare in sua dyocesi ¶ In contrariũ est qd scribit extra. de re. et vene. sãc. vbi papa scribẽs epo dicẽs, Si per hominẽ miracula fierent. non liceret vobis ipm ꝓ fecto absqz auctoritate romane ecctie venari. ¶ Responsio dicendum ꝙ rationabiliter canonizatio sctoꝝ solũ romano pontifici reſuatur innitit enim canonizatio sctoꝝ fidei xpi in quem scti credẽtes per eos miracula fiũt que attestant eoꝝ sctitatẽ et fidei integritatez. fides aũt xpi vna est iuxta illud apli ad Ephe. iiij. Vnus dñs vna fides vnũ baptisma. Ad illũ ergo debet pertinere canonizatio sctoꝝ in quo vniuntur omnia membra ecclesie ne sint scismata in eis de sctis canonisatis sicut erãt ĩ chorinth. de baptismate, In quoꝝ persona dicit apls Ego aũt sum pauli ego aũt apollo. ego vero cephe, Notat similiter hoc expresse de conse. di. iij. vbi sup illo verbo ꝙ festiuitates ille venerande sunt quas eps cũ populo collaudarũt et vicinis circũmorantibus indicande sunt non generaliter oĩbꝫ notat glosator. hoc intelligendum esse de sctis canonizatis qui non habẽt vigilias. nõ ꝙ eps sctm aliquẽ in sua dyocesi canonisare possit, ¶ Ad Primũ ergo ẽ dicendũ. ꝙ ſm Dyonisiũ bonũ consistit ex integra et vniuersali causa iudiciũ aũt quo aliquis canonisatur in ecctia est maximũ bonũ cum ex hoc insurgat feruor et comprobatio fidei xpiane. Ideo tale iudiciũ ad illũ pertinet cuiꝰ auctoritate canonizatus scts a toto populo cristiano possit venerari ¶ Ad. ij. ẽ dicẽdũ ꝙ multi sũt scti per ecctiaꝫ canonizati et scripti in cathalogo sctoꝝ. quorũ festiuitates non possunt vniuersaliter celebrari nec eis vigilia ordinari. de talibus ergo eps in sua dyocesi potest ordinare ꝓpter deuotionem populi. ꝙ certa die eoꝝ festiuitas celebret et vigilia deputet. ¶ Ad terciũ est dicendũ ꝙ mandare sctm aliquẽ vniuersaliter a toto populo venerari pertinet ad illũ qui preest toti ecctie. Nam quantuz ad hoc canonisatio sctorũ magis pertinet ad ptatẽ iurisdictõis ꝙ ordinis.

AD. iij. sic procedit. Videt enĩ ꝙ papa absqz requisitiõe collegij non passit sctm aliquẽ canonisare. quia papa cõperat ad cardinales sicut xps ad apl'os. ꝫ xps de cõui lege non sctificauit aliquos sine misterio apl'oꝝ. Ergo nec papa potest aliquos sctos canonisare.

sine misterio et consilio cardinaliũ. ¶ Preterea canonizatio et appro-
batio sctorũ eo modo debet fieri quo fit reprobatio & separatio malorũ
ab ecclia. ꝫ separatio et excõmunicatio non fit a papa nisi mediãtibus
cardinalibus sicut patet. xi. q. iij. ergo mediãte requisitione eorum
debet fieri sctoꝝ canonisatio. ¶ Preterea maiꝰ est testimoniũ ꝯiũctum
q̃ separatum. ꝫ in canonizatione sctoꝝ requirit̃ testimoniũ populi qd̃
est testimoniũ separatũ. magis ergo requirit̃ testimoniũ collegij qd̃ est
testimoniũ ꝯiũctum. ¶ In contrariũ est quia in canonizatione sã-
ctoꝝ nõ requirit̃ nisi informatio et approbatio. ꝫ vtrũq; istoꝝ potest
papa sine requisitione collegij ¶ Rñsio Dicendum ꝙ nichil querit̃
de congruo vel de necessario. si de necessario planũ est ꝙ ptas pape
non limitat̃ in aliquo nec dependet a collegio ꝫ potius ecõuerso, Nõ
enim collegiũ assistit pape per modũ detminatiõis seu limitationis
eius ptatis ꝫ magis per modũ ministerij et consilij. ut debito modo
huiꝰ modi ptatem exequat̃. Vñ si quereret̃ de congruo. puto ꝙ ma-
gis tenet̃ requirẽ collegiũ in tali causa q̃ in aliqua alia. quia ĩ his
que sunt fidei tãto cautius et maturiꝰ est agendũ quãto dolus fraus
et deceptio circa ipam est magis vitãda. Ne ergo canonizatio alicꝰ
scti ꝓcuraret̃ turpis lucri gratia vel humane glorie pompa seu ia-
ctantia non solũ cũ requisitione collegij verũ etiam cũ requisitione
venerabiliũ viroꝝ de ecclia papa in tali casu deberet ꝓcedẽ, Si enim
paganoꝝ reges in actibus humanis cuncta agebãt cũ consilio eis
assistẽtiũ. multo fortius debet papa facere cũ ꝯsilio cũcta que ꝑtinent
ad deum et ad fidem xpianã. Scribit̃ enĩ. i. Hest. Qꝛ rex asuerus in-
terrogauit sapiẽtes q̃ ex more regio sp ei aderãt et illoꝝ faciebat cun-
cta consilio scientiũ leges ac iura maioꝝ, ¶ Ad Primũ ergo ẽ dicen
dum ꝙ illa ꝯpatio intelligenda est ꝑm congruitatem nõ ꝑm necessi-
tatem. Et sic respõdendũ est ad scdm et terciũ. quia si canonizatio sã-
ctorũ debet fieri iuris ordine ꝑuato debet fieri cũ requisitione collegij
et cum alijs que pertinẽt ad ritũ quẽ nunc ꝑuat romana ecclia. huiꝰ
tamen ordo iudiciarius non ligat papam cum sit ab eo institutus.

AD. iiij. sic ꝓceditur Videt̃ enĩ ꝙ papa canonizando aliquẽ sã-
ctum possit errare. quia ꝑm aug̃. xv. de tri. Sola caritas diui-
dit inter filios regni eterni et filios ꝑditionis eterne. ꝫ nullus per cer
titudinem potest scire se vel aliquem hr̃e caritatem iux̃ illud ecclias.

vij. Nullus scit vtrum amore vel odio dignus sit. papa ergo canoni
sando aliquem scm̄ potest falli ex quo nescit eum habuisse caritatez.
per quā aliquis int̄ scōs numerat̄. ¶ Preterea opera que sūt cōuia
bonis et malis nō possunt testimoniū infallibile perhibere de sancti-
tate alicui⁹. ꝫ ieiunia orationes elemosine ac alia multa bona opa
sunt cōuia bonis et malis. ergo per talia papa non potest aliquē sci-
re in scm̄ canonizandū. ¶ Pret̄ea opa alicui⁹ scta et meritoria sūt
deo accepta. iux̄ illud Tho. vij. quoniā acceptus eras deo necesse fuit
ut temptatio probaret te. ꝫ nullus potest scire si vita sua vel alteri⁹
sit deo grata et accepta. papa ergo acceptādo vitam alicui⁹ scm̄am ꝛ
meritoriam potest falli. ¶ In contrarium est qꝛ dictū est petro a xp̄o
luc̄. xxij. Ego pro te rogaui petre ut non deficiat fides tua et tu aliqn̄
conuersus cōfirma fratres tuos. Fides ergo pape successoris petri nō
potest deficere. ¶ Rn̄sio dicendū ꝙ duplex iudiciū potest dari de ho-
mine Primū ꝑm pn̄tem instātiam al's iusticiā. aliud ꝑm eternā sen
tenciā. Differentia est autē int̄ ista duo iudicia quia primo iudicio
iudicat homo habēs ꝓ teste exteriorem euidentiam. Scribit̄ enī Jo.
vij. Nunquid lex nr̄a iudicat hominē nisi ab ip̄o audiuerit prius
et cognouerit quid faciat. Alio iudicio iudicat deus hn̄s ꝓ teste inte
riorem conscientiam. quia homo videt que foris apparēt deus aūt ī-
tuetur cor ut scribit̄. j. Reg. xvj. Alia differētia est quia in p̄mo iudi
cio. dato ꝙ non inueniat̄ quid rep̄hēdat homo et quid culpabile sit
per hominē iudicantē. potest tn̄ inueniri quid rep̄hendat deus et q̄d
culpabile sit in conspectu dei. In scdo vero iudicio nichil inuenit̄ re-
prehensibile nec culpabile nec per deū nec per hominez. Et istā dr̄az
ponit aug̃ sup̄ illo psal. Judica me deus. vbi ait. ꝙ difficile est pur-
gatam vitam alicui⁹ inueniri. quia si iam probabilis est ei⁹ vita
inter homines ut non habeat quid iam reprehendant hoīes iuste in
uenit tn̄ in homine quid rep̄hendat deus qui nouit ad liq̄dū et pur̄
iudicare. papa ergo canonizando aliquem scm̄ ꝑm pn̄tem iusticiā
non errat. quia sicut credit eum esse sanctū ut informationē recepit
ꝑm allegata et ꝓbata sibi. Dicit enim aug. in quadam epl'a ad pal
macium cōmendantē eum de scc̄itate et scientia. Qui enim sic credit
ut loquit̄ etiam si falsa loquitur fidelit̄ loquit̄. Qui autē non credit
que loquit̄ etiā si vera loquitur infideliter loquit̄. Quantūcunq; g°

papa non vera approbet canonizando vel approbãdo aliquẽ sanctũ exquo fideliter et vere approbat ꝺm informationem sibi factam non errat. ¶ Ad primum ergo est dicendũ ꝙ licet papa non possit scire per certitudinez cause illũ scm quem canonizat habuisse caritatem· potest tñ scire ab effectu ꝙ opa de ipo narrata et famata· quia ꝓbatio dilectionis exhibitio est operis. Et hoc sufficit in iudicio suo quo tenetur iudicare ꝺm pñtem iusticiam. ¶ Ad ij· ẽ dicendũ· ꝙ licet ꝙ illa opera nõ possũt discerni boni a malis· quia ieiunia et oratiões et elimosine possũt fieri bono animo et malo ut dicit aug· ī li· de ser· dñi in monte Sunt tñ quedam opera que hñt circũuolutã maliciaz nec possũt bono aio fieri ut opera prohibita a lege diuina ꝙ que discernunt a malis iux illud Math· vij· A fructibꝫ eoꝝ cognoscetis eos a talibꝫ ergo si aliquis homo immunis fuerit inuẽtus et comprobatum fuerit ī bonis operibꝫ habuisse sp constãtiã et sup modũ humanum excellentiam ꝺm pñtem iusticiaz potest in scm canonizari cũ attestatione miraculoꝝ. ¶ Ad tercium ẽ dicendũ ꝙ vitam alicuius possumꝰ scire deo esse gratam et acceptam per euidentiam miraculorum et operũ que sũt quedam attestationes ꝺm quas homo iudicat humano iudicio per pñtem iusticiã.

AD· v· sic procedit· Videtur enī ꝙ possit officiũ decantari et pro scto venerari qui non est canonizatus per papam quia licet facere officiũ pro eo a quo homo recepit bñficiũ· ꝫ multi recipiũt bñficiũ sctitatis ab eo qui nõ est per ecciaz canonizatus Ergo licet talem venerari ut scm. ¶ Preterea cuilibet licet patrocinium eius inuocare qui est in vita eterna· cum omnes ibi existẽtes tangꝫ hñtes caritatez ꝙ nobis deũ rogant· Sed multos defunctos homo credit esse in vita eterna qui tñ non sunt canonizati per eccias· licet ergo tales ut sctos venerari et eoꝝ patrocinii inuocare. ¶ Preterea qui recipit ꝓphãm ī nomine ꝓphete mercedẽ ꝓphete accipiet· ꝫ aliquis non canonizatus per eccĩam in fide alicuiꝰ recipit et habet sicut sanctus non peccat gõ venerationẽ debitã scto sibi exhibere ¶ In contrariũ est· quia quod non licet epo non licet alicui inferiori de eccia· ꝫ non licet epo aliquẽ ut scm venerari absq auctoritate sedis aplice· ut scribit ext· de reli· et vene· sanc· Multo ergo magis non licet alijs. ¶ Rñsio Dicendũ ꝙ ꝺm aug xxij de ci· dei In venatiõe corpũ sctoꝝ et martiꝝ nõ erigiꝰ

altaria in quibꝫ sacrificemꝰ martiribus, Sed vni deo et martiri nostrum sacrificiū imolamꝰ, Nam ipm sacrificiū est corpꝰ xpi quod nō offertur ipis sctis ꝫ deo. quāuis in memoria eoꝝ sacerdos sanctificet quia dei saterdos est nō eorum. Nulli ergo sancto quantumcunq; per ecciaꝫ canonizato sacrificiū offert licet in memoria eius offeratur sacrificiū et missa celebret dūmodo sit per ecciaꝫ canonizatus. Et ratio ē quia misse celebratio et dūis oratio fit in persona totius populi et totius ecie. In memoria ergo illiꝰ debet talis solennitas celebrari qui est ab illo qui est caput totius ecie canonizatus et ī sctitate cōprobatus. pruata tn̄ oratione et veneratione potest quilibet illū quē credit esse sctm honorare et venerari atq; eius patrociniū inuocare. Et per hoc patet responsio ad obiecta quia de tali priuata veneratione arguūt non de solenni que fit in persona totius ecie.

Questio .xv. De causa canonizationis sanctoꝝ.

Deinde considerandū est de causa canonizationis sanctoꝝ Circa qd querunt quīq; Primo vtrū papa debeat aliquez canonizare ꝓpt fructū sciētie. Scdo Vtrū Papa debeat aliquem canonizare ꝓpter sctitatem vite. Tercio Vtrū papa debeat canonizare aliquē ꝓpter famā bonā. Quarto Vtrū pp ꝓpt euidētiam miraculorū debeat aliquem canonizare. Quinto Vtrū papa debeat aliquē canonizare ꝓpt donū ꝓphetie.

Ad Primū sic procedit. Videt enim q pp debeat aliquē canonisare propt fructū scientie quia premiū eternū nō debet nisi merito sctoꝝ. ꝫ scribit ecciast. xiiij. Qui elucidāt me vitā eternā habebūt Elucidantes ergo diuinā sapientiam pp debet canonizare. Pretea prerogatiua veneratiōis singulariter dat paulo ꝓpt scientiaꝫ. Dicit enim ipe. ī. ad Thi. i. Veritatem dico non mentior doctor gentium in fide et veritate ꝓpt fructū ergo sciētie debet aliquis ꝓ scto venerari et canonizari. Pretea scribit luce. x. q stabulario sp eroganti ī curatione semiuiui eterna retributio reddit quia exponenti sacrā scripturam ad curationē generis humani vltra vetus et nouum testamentum que per duos denarios ītelligunt corona iusticie repromittitur ut aug. exponit. Pro expositione ergo et elucidatione sacre scripture papa debet aliquem sanctū canonizare. In contriū est quod

scribit prima ad Chor. xiij. Si habuero scientiam et omnem fidem ita ut montes transferam caritatem autem non habuero nichil sum.

¶ Responsio dicendum q̄ qui debet in scm canonizari. et pro sancto vniuersaliter venerari debet esse bonus vniuersaliter et simpliciter, non aūt singulariter et ꝑm partē. quia et vniuersaliter ab illo qui est caput ecclie assumitur venerandus a toto populo xp̄iano. Cōstat autē q̄ non dicit homo bonꝰ vniuersaliter ex eo q̄ est in parte bonꝰ ꝫ ex eo q̄ ꝑm se totus est bonꝰ quod quidē contingit ꝑ bonitatem voluntatis loquēdo de bonitate naturali. et per caritatem existentem i voluntate. loquēdo de volūtate supnaturali quia volūtas imperat actibꝫ omniū potentiarū humanarū. vez est enim q̄ quilibet actus est bonum sue potentie quia scientia est bonū intellectꝰ. et videre est bonū potentie visiue. et audire bonū potentie auditiue. Vñ ille qui habet bonitatem ꝑm aliquā potentiā nō supposita bonitate volūtatis dicit bonꝰ ꝑm q̄ ut bñ vidēs aut bñ audiēs vel bñ intelligens. ꝫ vniuersaliter et simpliciter homo nō dicit bonꝰ nisi qui habet bonā volūtatē diuina caritate informatā. ¶ Ad primū ergo est dicendū q̄ signant dicit spūs q̄ me elucidant. q̄ multi sacrā scripturā exponūt potius obscurando q̄m elucidando. Sunt enim tria genera hominū exponentiū sacrā scripturam ut dicit augꝰ et ponit. xxiij. q. iij. Fures mercenarij et pastores. fures exponūt non elucidando ꝫ obtenebrando et vez intellectū occultando Mercenarij vero turpis lucri gratia. vñ si exponūt ꝑ vtilitate aliorum sibiipsis non valet ad eternam remunerationē. q̄ sonāt alijs nō sibiipsis ad modū cymbali tinnientis q̄ sonat alijs et in seipso nō participat sonū. Sed pastores exponūt ex bona volūtate quā habēt principaliter solū ꝓpter deū de quibus dicit petrꝰ prima sua canonica. c. v. Pascite qui est in vob̄ gregē dei non coacte ꝫ sponte ꝑm deū nec turpis lucri gratia ꝫ voluntarie ut cum apparuerit princeps pastorū percipiatis īmarcessibilē glorie coronā. ꝑ bonā ergo volūtatē ꝓmissio et fructus scientie ꝙsequit premiū nō ꝑ ipam scientiam ꝑse. ¶ Ad. ij. ēt dicendū. q̄ Paulo nō redditur gratia prerogatiua singularis veneationis ꝓpt̄ scientiā tm̄ ꝫ q̄ doctrina eius fuit succēsa igne caritatis. Dicit enim Crisō. in libro de laudibꝰ pauli. q̄ sicut ferrū i ignē missū nō ē aliud q̄ ignis. sic doctrīa pauli igne caritatis accensa nō erat aliud q̄ caritas. et subdit. q̄ naturē conditione paulus in nullo nobis fuit

prestātior· ꝟ i volūtate fuit oīmib⁹ melior et sanctior. ¶ Ad Terciū est dō̄m ꝙ ꝟm amb· illi supererogāt qui sup̄ p̄cepta obbuant concilia. Vñ apli et doctores supererogauerūt qui ꝓp caritatē dei et ꝓximi qō ore predicauerūt ope impleuerūt.

Ad·ij·sic procedit· Videt enī ꝙ pp̄ nō debeat aliquē canonizare ꝓp sctitatem vite·quia illi sunt canonizandi per ecciaz qui ꝓ vtilitate ecie sunt aliqua opati·ꝟ ꝟm Iero·in epla ad Paulinum Scta quippe simplicitas solū sibi ꝓdest· et quāto plus edificat eciaz dei ex vite merito·tanto plus nocet si contradicētib⁹ non resistit·ꝓter sanctitatem ergo vite solū non est aliquis canonizādus. ¶ Preterea nullus est per eciam pro scto venandus nisi opera caritatis fuit imitatus. Sz ꝟm Greg·sunt nōnulli qui speciē sctitatis acq̄runt·habitū venationis assūmūt que tñ ex solita caritatis radice ꝓcedētes imitari·contēnūt·ex demonstratione ergo sanctitatis nō sūt aliqui canonizandi. ¶ Preterea aut opera alicuiꝰ ostēdūt sctitatē vite in occulto aut in manifesto·si in occulto non perhibēt testimoniū in conspectu ecie ut ꝓp ipa debeat aliq̄s canonizari· si vero in manifesto videt ad ypocrisim ptinē. ¶ In otrariū est quia sup illo verbo psal·Confitemini memorie sctitatis eius·dicit aug·ꝙ ista est vox scoꝝ cōfitentium sctitatem xpi inquantū non obliuiscit sctitatis qua eos sctificat Seo eoꝝ sctitatem et bonitatem exponit oīb⁹ venandā. ¶ Rñsio dō· ꝙ sicut dicit Leo Papa et ponit·xli·di·c·miram· Si ad hōres mūdi siue suffragio tp̄is siue merito laboris indignū est ꝓueniri et vōti ambitus solet quos ꝓbitatis documēta nō adiuuāt· q̄ diligēs et q̄ prudēs habēda est dispensatio diuinoꝝ munerꝫ et celestiū dignitatū· ita ut nisi prior vita testimoniū perhibeat ꝓ laboribus multis ꝓ moribus castis ꝓ actib⁹ strēnuis cessionis loci premiū nulli debeat. Et q̄uis discernē int̄ sctm et nō sctm sit donū spūs scti iuxt illō· i· ad Cho xiij· Alij discretio spirituū ꝓ aliqua tñ iudicia potest papa examinare sctitatem vite illiꝰ qui est pro scto venerandus vel illiꝰ quē i sctm intendit canonizare, Primo ut per illū veritas fidei nō peruerteretur. Scdo ut per eū mandatū ecie nō otēneret. Tercio ut per eum nouꝰ ritus viuendi non introduceret. Quarto ꝙ per eū caritas ꝓximi nō spernētur. Quinto ꝙ per eū pctm accusatione dignū ex toto conatu vitaret. Sexto ꝙ per eū dei verbū delectabiliter audiret. Septio ꝙ

per eũ de operibus bonis mũdi glia nõ quereret. ¶ Ad Primũ ergo est dicendũ ꝙ sctitas vite est vtilis ecctie ad alioꝝ informationẽ dum sancti viuũt. Et post mortẽ est vtilis quantũ ad miraculoꝝ attestationẽ quia eoꝝ sctitatis patrocinio fideles ecctie multa dona recipiũt. Hiero. aũt loquit de simplicitate eoꝝ qui presũt aliis quibꝫ non sufficit sctitas ad edificationẽ nisi assit iusticie rigiditas ad deliquentiũ correctionẽ. quia baculo et manu arcendi sũt lupi. ¶ Ad. ij. ẽ dicendũ. ꝙ xp̃s docuit cognoscẽ monstrãtes sctitatez in vestimẽtis ouiũ a fructibus eoꝝ quos fructus enumauimꝰ sup quibꝫ diligent examĩatis papa potest aliquẽ canonizare ꝑm pñtez iusticiã. ¶ Ad Terciũ est dicendum ꝙ opa sctitatis ꝑ ipos sctos possũt fieri in occulto et in manifesto In occulto quidẽ ut mũdi gloria non querat In manifesto vero ut creator in creatura laudet. Dicit enim aug. sup illo vbo psal. Laudate dñm in sctis eius ꝙ ideo deꝰ laudat in sctis q̃a ꝙ scti sunt non hñt eoꝝ merito et bonitate ꝫ dei misericordia et pietate,

AD. iij. sic procedit. Videtur enĩ ꝙ ꝓp ꝓpt bonã famã non debeat aliq̃ canonizare quia fama ꝓpli innitit qñq̃ falso fũdamento. Vñ scribit Exo. xxiij. Non sequaris turbã neq̃ ĩ iudicio acquiesces sentẽcie plurimoꝝ ut a veritate deuies. ¶ Pretea ex fama acquiritur fauor et amicicia mũdi. ꝫ scribit Iaco. iiij. ꝙ amicicia mundi inimica est deo ex fama ergo non est aliquis canonizãdus ¶ Pretea ꝓpt bona extrĩseca nõ ẽ q̃s laudãdꝰ ꝫ fama videt ꝑtinẽ ad bona extrĩseca. scribit enĩ Prou. xxij. Qꝛ meliꝰ est nomẽ bonũ q̃ diuitie multe ¶ In contriũ est quod dicit Hiero. et ponit. xj. q. iij. si quis hominẽ q̃ sctꝰ non ẽ ꝑm famã et opa que ostẽdunt sctm eẽ crediderit et dei eum iũxerit societati xp̃m violat cuiꝰ membra sumꝰ. ¶ Rñsio Dicendũ ꝙ bona fama valet homini quantũ ad tria. Primo ad bonoꝝ opum executionẽ. reddit enim homo ꝑdoneꝰ ad opa vtuosa exequenda in conũsatione humana ex bona fama Vñ scribit ecctiastici. xli. Curam habeas de bono noĩe hoc enĩ magis ꝑmanebit tibi q̃ multi thesauri magni et preciosi. Scdo ad pctoꝝ vitationem ꝓpt conſuationẽ eniz bone fame multotiẽs homo abstinet a pctis cuiꝰ signũ ẽ. qꝛ qñ aliq̃s videt se bonã famã amisisse ꝓ nichilo habet peccare Iux illd iere. ij. Frons meretricis facta est tibi noluisti erubescere. Et hiero. dicit super Math. ꝙ corripiẽdꝰ est frater seorsũ ne si semel pudorẽ aut verecũdiã

amiserit sp̄ ꝑmaneat in pcto, Tercio ad aliorꝫ veñationē. audiētes enim hominem aliquē esse male fame contēnūt nōsolū ip̄m. verūetiam multos innocētes, Vñ dicit Aug̃ in epl̄a ad plebē ꝑponensem ꝑtractās illud verbū psal. Aduersū me insultabāt q̄ sedebāt ī porta. Ad quid enī sedēt homīes in porta et quid aliud captāt nisi ꝙ cū q̄s eps vl̄ clericꝰ vl̄ monachꝰ vl̄ sc̄timonialis ceciderit. omnes tales eē credāt ꝫ nō om̄s posse manifestari et tñ ip̄i cū aliq̄ maritata inueniuntur adulteri. nec ꝓijciūt vxores suas nec accusant matres suas. Cum aūt de aliquibꝫ qui sc̄tm nomē ꝓfitent̄ aliq̄d crimīs vl̄ falsi ī sonuerit vel veri potuerit īstant satagūt ambiūt ut de om̄ibꝫ h° credatur. Assumē ergo aliquē pro sc̄to canonizando et veñando cꝰ fama nō sp̄ fuit laudabilis sequeret̄ eius ꝯtēptus et populi ꝑturbatio. Vñ fama bona potissime requirit̄ ad canonizationē sc̄ti. ¶ Ad Primū ē ergo dicendū ꝙ in fama alicuiꝰ nōsolū ē credendū ꝓpl̄o et turbe verumetiā requirendū est testimoniū maioris. qui etsi pauciores sunt numero. sunt tñ sanioris consilij et verioris iudicij. ut dicit glo. sup dicto verbo. ¶ Ad Scd̄m est dicendū ꝙ ex bona fama non acquirit̄ fauor vel amicicia mūdi in malum proximi. ꝫ in bonū et deuotiōez eorꝫ quia dilectus deo diligit̄ etiā ab hominibꝫ ⁊ si nō ꝑ operis imitationē saltē per diuine glorie manifestationē, Vñ de illo sc̄to loth scri° scd̄a pet̄. ij. Qꝛ aspectu et auditu sc̄ts erat habitans tñ apud eos qui de die in diem aīaꝫ iustā iniq̄s opibꝫ cruciabant. ¶ Ad Terciū ē dicendū ꝙ ꝑ sc̄tos bona extrinseca et intrinseca ꝓcurāda sūt qꝛ dicēte apl̄o. Prouidenda sunt bona nōsolū corā deo ꝫ etiā corā hoībꝫ.

AD. iiij. sic procedit̄. Videt̄ enī ꝙ ꝓp̄ non debeat aliquē canonisare ꝓp̄t euidētiā miracl̄orꝫ. qꝛ miracula cū sint sup virtutē nature nō sunt nisi dei virtute. nō ergo per sc̄tos nec ꝑ aliquā creat̄aꝫ fieri possūt. ¶ Pret̄ea mali et iniqui homines possūt facē miracl̄a. Dicit enī aug̃ in epl̄a ad volusianū. ꝙ quāuis legamꝰ magos egiptiorꝫ illarꝫ artiū peritissimos a Moyse famulo dei fuisse supatos. tñ illi quedā miracula nephandis actibꝫ egerūt. non ergo ꝓp̄t euidentiā miraculorꝫ debet aliquis in sc̄tm canonizari, ¶ Preterea miracula facere pertinet ad fidē. scribitur enī. Math. xvij. Si habueritis fidē sicut granū sinapis dicetis huic monti transi hinc et transibit, Vñ xp̄s ī ꝓpria patria miracl̄a non fecit ꝓpter incredulitatē eorꝫ. nō ergo ꝓp̄t

sanctitatez aliquoꝝ miracula fiũt·cum fidẽ possint hr̃e mali sic̃ boni
¶ In contrariũ est·quia miracl'a sunt quedam signa testificationis
sc̃titatis et veritatis alicui⁹· Vñ ad Hebre·ij·scribit̃·ꝙ xp̃i veritas
et sc̃titas confirmata est contestãte deo signis et portẽtis et varijs vir
tutibus, Quãuis enĩ alij sc̃ti miracl'a fecerũt que xp̃s fecit q̃ heliam
et helizeũ legim⁹ mortuos suscitasse quẽadmodũ xp̃s mortuos suscita
uit. Aliud tñ ꝓp̃uz xp̃s fecit ꝙ nullũ aliũ legim⁹ fecisse ut nasci de v̄
gine·a mortuis resurgẽ·ĩ celũ ascendẽ·sicut dicit aug̃ in epl'a ad vo
lusianũ. ¶ Responsio dicendum ꝙ questio est dubia ꝓpter malos q̃
qñq̃ faciũt miracula · possũt enĩ homines esse mali quantũ ad pñs
trib⁹ modis. Primo doctrine cognitione · quia vtunt̃ mala doctrina
et ꝓhibita ab ecc̃ia sicut illi qui ꝑ nigromãticas artes demones in=
uocant. Scd̃o vite conũsatione q̃ inuoluti sunt talibus pc̃tis ꝙ ĩ se
ip̃is sunt infecti et alios eoꝝ prauitate inficiũt et corrũpunt. Tercio
vane glorie intentione quia qñq̃ aliq̃ sunt sc̃te vite tñ de aliquo bo=
no opere vanã intentionẽ hñt·ꝟm enĩ Crib·Cũ cet̃a vicia ĩ ꝟuis dy=
aboli locũ habeãt·vana gloria etiam in ꝟuis dei locũ tenet. Istis aũt
tribus modis malis hoĩb⁹ concedit̃ facere miracula et facẽ aliq̃ pret̃
solitũ cursũ nat̃e · Primo illis qui sunt male doctrine cognitione ꝑ
demonũ inuocationẽ. Vñ dicit aug̃·ĩ li·de ꝟmone dñi in mõte·qui
dicũt ꝙ iniq̃s hoĩes visibilia miracula et mirabilia signa facẽ non
posse·legãt quanta fecerũt resistẽtes moysi famulo dei magi egiptio=
rum ꝑ inuocationẽ demonũ · possũt enim demones sensus hominũ
sic fantasiare et ludificare· ut que nõ vere faciũt videant̃ tñ facere se
qñq̃ vera faciũt non per aliquaꝝ reꝝ de nouo creatiõez ꝫ per reꝝ na
turaliũ ad inuicẽ ꝯiũctionẽ· ex quaꝝ ꝯiũctione nata sunt nob̃ aliq̃
produci insolita et inuisa qui v̄tutẽ h⁹modi reꝝ nat̃aliũ ignoram⁹
sicut dicit aug̃·iij·de tri· Scd̃o illis qui sũt mali praue vite conuer=
satione per xp̃i et sc̃toꝝ nominũ inuocationẽ et deuotiõem. Cõtingit
enim ꝟm Crib·qñq̃ hoĩes sc̃te vite et conuersationis honeste nõ tan
tam fidem hr̃e sicut hñt p̃ue vite homines. Vñ per hoc ineffabile do=
num ad inuocationẽ xp̃i nominis et sc̃torũ faciũt signa et miracula
ꝓp̃t vtilitatem illoꝝ qui boni sũt ut ip̃i deũ honorẽt et ĩ fide et doctri
na eius per talia roborent̃· Ideo dicit hiero·ꝙ facẽ miracula nõ est sp̃
illi⁹ meriti q̃ opat̃ ꝫ inuocatio noĩs xp̃i et sc̃toꝝ h° agit ad ꝯdẽnatõz

eorum qui inuocāt et utilitatē eoꝝ q̄ vidēt et audiūt, Tercio cōcedit̄ illis qui sunt mali alicui⁹ vane glorie intētiōe ꝑ eoꝝ sc̄titatis testificationez. Verꝝ nanq̄ est ꝙ facere miracula virtute dei in testimoniū sc̄titatis et p̄tatis collate a deo non ꝑtinet nisi ad sc̄tos viros et amicos dei vel in morte vel in vita. qn̄q̄ tn̄ sc̄ti homines cū tota sc̄titate ip̄oꝝ de aliquo signo miraculoso facto aliquā malā intētionē habēt et quāuis in hoc boni et sc̄ti non sint. nichilomin⁹ tn̄ ad testificatiōz sc̄titatis et doctrine veritatis ip̄oꝝ deus mlta signa et miracula facit. Vn̄ dicit glo. nūi. xx. ꝙ moyses et aarō qn̄ ꝑ ꝑcussionē virge fecerūt effluere aquā de petra habuerūt quandā vanā gloriā ideo meruerūt audire. quia non creddistis michi ut sc̄tificaretis me corā filijs isrl̄ Ideo nō introducetis hos ꝓpl̄os in terrā quā dabo eis Et sup illo v̄bo luce. x. Nolite gaudere quia sp̄us vobis subijciūtur. dicit glo. Q̄ leticia qua dn̄s discipulos letos videbat inanē gloriā sapiebat. gaudebant eniz. ꝙ quasi sublimes terribiles hominib⁹ et demonib⁹ erāt effecti. Ideo dn̄s in cordib⁹ eoꝝ talem elationē rep̄hendit iudiciū ruine primi angeli referēs qn̄ dixit. videbā sathanā sicut fulgur de celo cadentē, Propt̄ euidentiā ergo miraculoꝝ cum sint signa testificatōi⁹ sc̄titatis et doctrine veritatis sc̄torū papa debet aliquos canonizare.

¶ Ad primū ergo est dicēdū ꝙ miracula facere principaliter nō fiūt nisi virtute dei Misterialiter tn̄ quandoq̄ fiūt vel angelis ministrātibus vel sc̄tis orātib⁹ et deprecantib⁹ ut dicit aug̃. xij. de ciuitate. dei

¶ Ad Scd̄m est dicendū ꝙ licet mali homines possint facere miracula ad xp̄i et sc̄toꝝ nominū inuocationē nō ip̄i tn̄ dicunt̄ facere miracula ꝫ magis illi cuius vel quoꝝ sc̄titate fiūt. Possunt eniz mali milites quos iusticia imp̄ialis condemnat signis et vexillis eoꝝ imp̄atoris quedam extorquere et tollere ab alijs nō iubēte dn̄o. ꝫ sc̄ti et iusti viri possūt hoc facere per publicā iusticiā imp̄atoris ut dicit aug̃ in li. lxxxiij. questionū. ¶ Ad Terciū ē dd̄. ꝙ miracula facta ad confirmationē doctrine veritatis innitunt̄ fidei ꝫ que fiūt ad testificatiōz sc̄titatis requirūt fidē formatam caritate cui⁹ modi ē fides sc̄toꝝ.

AD. v. sic procedit̄. Videt̄ enī ꝙ ꝓp̄ ꝓpter donū ꝓphetie debeat aliquē in sc̄tm canonizare. Scribit̄ enim sap. vij. ꝙ sp̄us sc̄ts in aīas sc̄toꝝ se transfert amicos dei et ꝓphetas constituendo ꝫ amici dei non sunt nisi sc̄ti viri. ꝓpt̄ donū ergo ꝓphetie papa debet aliquem in

sanctum canonizare. ¶ Preterea scribitur ij. pet. j. quod non volũtate humana allata est aliqñ ꝓphetia. ꝫ spũ scto inspirati locuti sũt scti dei omnes donũ ergo ꝓphetie nõ reuelatur nisi sctis viris. ¶ Preterea secreta dei nõ panduntur nisi dei amicis iuxta illud io. xv. Vos aũt dixi amicos quia omnia quecunque audiui a patre meo nota feci vobis. ꝫ ꝓphetia est quoddã secretũ dei ergo non panditur nisi viris sctis. ¶ In otrariũ est. quia apl's dicit. i. ad Chor. xiij. Si habuero ꝓphetiam et nouerim misteria omnia caritatem aũt non habeo nichil sũ. ꝓpter donum ergo solũ ꝓphetie non est aliquis canonizandus. Rñsio Dicẽdum quod ꝓphetare idem dicit qd longe et ꝓcul aliqua distãtia a natura hominũ cognitiõe ꝓnũciare qd mali hoĩes facẽ possũt tribus modis. Primo diuina inspiratõe. Nam ꝑm aug. i Ench. Deus bonã volũtatem suam ꝑ malas hominũ volũtates plerũque implet. sicut bonã volũtatem suam de passione sui filij per malas iudeorũ voluntates impleuit. Vnde qñque multa vera futura per malos hoĩes ꝓnunciat sicut ꝑ Balaã et Sibillã multa vera de xp̃o suo filio predixit. Potest enim deus tangẽ intellectũ hominis aliquorũ occultorũ cognitiõe seu reuelatione non tangendo eius affectũ caritatiua dilectiõe. que sola diuidit inter filios regni eterni et filios ꝑditiõis eterne ꝑm aug. Scdo mali hoĩes hoc possũt bonorũ angelorũ reuelatiõe. Nam ut dicit aug. ij sup Gen. Multa occulta predicãt demones nõ solũ eorũ nature subtilitate et expientia longi tp̃is. verũ etiam reuelatõe bonorũ angelorum. Et si demones possũt occulta et futura ꝓphetare mediãtibus bonis ãgelis. multo fortius mali homĩes hoc possũt quia demões sic sũt mali ut boni fieri non possũt. mali vero hoĩes boni fieri possũt. Tercio mali hoĩes possũt ꝓphetare demonũ inuocatione. Concessũ ẽ nãque dyabolo ꝑm Crib. multa vera dicẽ ut suũ mendaciũ rara veritate cõfirmet. Mali ergo homines demones cõsulẽtes multa vera et occulta dicere possũt. Vñ tales. ꝓphe demonũ appellantur. dicẽte aug. xij. sup Gen. Cum malignus spũs arripuit hoĩes. aut demoniacos eos facit aut erraticos aut flos ꝓphas. non quod multa vera ꝓnũciẽt. ꝫ quia sp talia dicũt intẽtiõe fallẽdi. quia ergo donũ ꝓphetie conuenit mal' hominibus interdũ magis quam bonis ꝓpter aliquã dispositionẽ quam requirit ꝓphetica reuelatio. Ideo ꝓpter tale donũ precise non debet aliquis pro scto venerari vel canonizari nisi sint alia signa testificantia eius

scitatem et bonitatē. ¶ Ad Primū ergo est dicendū q̄ q̄nq̄ donū p̄phetie dat̄ ꝓpt̄ ꝓpam mentis illustrationē · et q̄nq̄ sic dat̄ spūs scīus per gratiam gratū facientem transfert se in aīas illoꝝ quibꝫ dat̄ amicos dei eos constituēdo tangendo affectū eoꝝ ꝑ caritatem sicut tāgit intellectū per ꝓpheticam veritatem · Q̄nq̄ vero datur solū ꝓpt̄ alioꝝ instructionez et informationē · et tunc spūs scīs sic tangit eorum q̄bꝰ datur intellectū per ꝓpheticam veritatem · qd̄ nō tangit eorū affectū per caritatē de quibꝫ dicit̄ Math · vij · Dn̄e nōne ī nomine tuo ꝓphetauimus et demonia eijcimꝰ · quibus tn̄ dicet̄ nescio vos. ¶ Ad · ij · est dicendū · q̄ ꝑm Crisoꝫ aliter scīi homines loquūtur spiritu dei inspirati et aliter mali homines. Verum nanq̄ est q̄ omnis veritatis auctor est ipe spūs scīs · ut verū sit dictū ambrosij · Om̄e verū a q̄cūq̄ dicat̄ a spū scīo est Scīi tn̄ homines locunt̄ vera in spiritu scīo. Sed mali homines loquunt̄ vera virtute nominis xp̄i et v̄tute spūs scīi non tn̄ in spū scīo · Vn̄ dicit signant̄ esse dictū · Dn̄e in nomine tuo ꝓphetauimꝰ non in spū tuo · quia mali homines ꝓphetant in v̄tute nominis xp̄i ꝫ non in spū dei imo in spū dyabolico, ¶ Ad terciū est dicendum q̄ amantibus secreta celestia pandunt̄ et reuelant̄ ꝑm q̄ modū fuerūt reuelata apl̄is · et isto modo secreta dei non pādunt̄ malis ꝓphetis · quia et si sunt ab eis aliqualiter cognita per intellectus cognitionē nō tn̄ sūt ab eis amata ꝑ affectus dilectiōez.

¶ Questio · xvj · De modo canonizationis scīoꝝ.

Ulterius considerandū est de modo canonizationis scīorū Circa qd̄ querunt̄ quatuor. Primo Vtrū papa debeat in canonizatione scīi seruare ordinē iudiciariū. Scd̄o Vtrū ꝓp̄ statī debeat canonizare aliquē scīm sibi denūciatū. Tercio Vtruz papa eundē modum debeat ꝑuare in canonizatiōe martiꝝ et ꝯfessoꝝ. Quarto Vtrū papa possit aliquē canonizare ad ordīez apl̄orū sicut martirū vel ꝯfessorū seu v̄ginum.

Ad Primum sic procedit̄ · Videt̄ enim q̄ ꝓp̄ in canonizatiōe sācti non debeat ordinē iudiciarium ꝑuare quia quod spectatur fiendum in futo iudicio · non est nunc fiendum in pn̄ti Sed examinatio opū miꝑicordie de quibꝫ potissime debet fieri examinatio illiꝰ qui pro scīo debet veñari et canonizari spectat̄ fiēdum ī futo iudicio

sicut patz Math·xxiij Non est ergo fiendū ī pñti iudicio, ¶ Preterea sup illo vbo ī·pet v· Si iustus vix saluabit impi⁹ et pcōr vbi parebunt·dicit aug· Quare iustus vix saluabit nisi quia dei iusticiaz tantam esse certū est ut que vident in humano iudicio esse iusta iudicio dei inueniant iniusta. Sed qui debet pro scō venari dei iudicio debet esse iust⁹· Frustra g̃ fit talis examinatio iusticie·exquo sciri nō potest. ¶ Preterea scribit ī·ad Thor·ij·q spūalis homo iudicat oīa et ipe a nemine iudicat·aīalis vero non intelligit que spūs sunt qz spūaliter examinatur. Sz ille qui debet pro scō venerari spūalis eē presupponitur non debet ergo examinari nisi ab aliquo qui sit spiritualior ipo. ¶ In contriū est glo·sup illo verbo psal·Igne me examinasti et non est inuēta in me iniquitas, ¶ Responsio dicendum q̄ bm aug·in li·de penitētia·Ecclia non profert iudiciū de aliquo nisi sit informata publicis testib⁹ et publicis documētis Et ideo ut ponit hostien·c·i·ex·de reli·et vene·sanc·in canonizatiōe scti bm morē quē nunc tenet ecclia·xij·per ordinē buāda sūt/ Primū est frequēs denūciatio ut non solū semel ꝫ pluries ppe denuncietur qui q̄ scō debet venerari ut sic multiplicatis intercessorib⁹ largiaf qđ petit/ Scōm ē cōmissio./ Terciū est cōmissionis inquisitio/ Quartū est inquisitionis facte relatio/ Quintū est relationis facte diligēs examinatio/ Sextū est examinatiōis facte p consistoriū discussio/ Septimū est secreta diffinitio et ēminatio./ Octauū est manifesta publicatio/ Nonū est diei canonizationis assignatio/ Decimū est ipi⁹ pape et omniū assistētiū genuflexio et orationis deuotio ne deus pmittat suā ecclīaz decipi vel errare./ Vndecimū est bmocinatio et miraculoz ac operū mibicordie recitatio nec nō ipi⁹ scti in cathalogo scōz discriptio/ Duodecimum est misse in honore sancti celebratio et cantici spūalis personatio.

¶ Ad primū ergo ē dicēdū q̄ aliter fit examinatio operū mibicordie de illis qui pro sctis debēt venari nūc et alit ī futuro iudicio·qz nūc fit bm pñtem iusticiam· In futuro vero iudicio fiet bm determinataz sententiam. ¶ Ad Scōm est dicendū q̄ sicut dicit aug·in li·de libero arbitrio· Verū est q̄ iusticia humana multa occidit et multa impunita reliquit que per diuinā iusticiā iudicant nō tñ ut dicit qz non omnia facit quia que facit improbāda sūt· sic eodē modo dato q̄ nō possit iudicare oīa recte bm interiorē euidentiam bm quā iudicat

deus non ꝓpt̄ hoc debet obmittē quin iudicet multa ꝟm exteriorē euidentiam ꝟm quā iudicat homo, ¶ Ad Terciū est dd̄ · ꝙ aug̃ · in li · de vera religiōe exponēs illud verbū apl̄i. Spūalis homo iudicat oīa dicit ꝙ spūalis hō a nullo hoīe debet iudicari ꝫ a sola ip̄a lege diuīa ꝟm quā ip̄e iudicat iudicabit̄ cū omnes oporteat p̄ntari ante tribunal xp̄i et quia ip̄e papa est minister et vicarius legis diuine ꝟm p̄sentē iusticiam · ideo ad ip̄m spectat iudicare de sc̄titate alicui⁹ sancti ꝟm qd̄ exponit̄ veñandus a toto ꝓpl̄o xp̄iano.

AD · ij · sic procedit̄ · Videt̄ enī ꝙ ꝓp̄a statī debeat canonizare aliquē sc̄tm sibi denūciatū · quia papa statī debet ꝓmouere que faciūt ad augmētationē cultus diuini, Sed veñatio et canonizatio sāctorum potissime ꝑtinet ad augmētationē seu ampliatiōez cultus diuini cum per hoc excitet̄ et firmet̄ deuotio ꝓpl̄i xp̄iani · nō est ergo talis canonizatio differēda. ¶ Pret̄sa illa que sunt fidei statim credēda sūt non visa · iux̄ illd̄ Jo · xix · Beati qui nō viderūt et crediderūt. Sz veneratio sc̄tor̄ ꝑ attestationē miraculor̄ potissime spectat ad fidē · g° statim credēda sūt non visa, ¶ Pret̄ea · rep̄hensi sūt iudei qui nō crediderūt xp̄m esse sc̄tm sc̄tor̄ per attestationē miraculor̄ et bonor̄ opū quib⁹ dictū est · Si michi nō vultis credē saltē opib⁹ credite, Audita ergo fama sc̄titatis alicui⁹ cū attestatione miracl̄or̄ statiz papa debet ip̄m canonizare. ¶ In cōtrariū ē qꝛ sup illo v̄bo Jo · iiij · Nolite om̄i spiritui credē · ꝫ ꝓbate spūs an ex deo sint · dicit glo · Qꝛ p̄mis tp̄ibus nascētis ec̄cie cadebat sp̄s sc̄ts sup credētes et loq̄bāt̄ līguis et faciebāt miracula, Sz nūc non eget ec̄cia his oīb⁹ signis · ꝫ qui habet caritatē testat̄ spiritū sc̄tm in se hr̄e. ¶ Rn̄sio dd̄ · ꝙ ꝓpt̄ tria non debet statim papa aliquē sc̄tm sibi denūciatum canonizare. Primo ꝓpt̄ miracl̄or̄ raritatem que sūt signa attestationis sc̄titatis alicui⁹. Dicit enī aug̃ in li · de vera religione. Qꝛ cū nunc ec̄cia catholica ꝑ totū orbē diffusa atq; fundata sit · Ideo miracula in nr̄a tp̄a actitare ꝑmissa nō sunt ne aīa sp̄ visibilia querēt et eor̄ consuetudine frigescēt gen⁹ humanum quor̄ nouitate flagrauit · Quia igit̄ vera miracula nunc raro fiūt ne ficta al's facta narrent̄ turpis lucri gratia · vel humane laudis appetitus gloria Nunc bn̄ videndum est ut aug̃ ibi di · quibus credendum sit de diuinis miraculis et inuisibilibus rebus, Scd̄o ꝓpter operis arduitatem Nam quanto opus est magis arduū tanto

cum maiori maturitate et tarditate fiendum est. Vñ nec xp̄s statim
lazarum suscitauit nec filiā chananee statim sanauit. ꝫ quanto mu-
lier illa multiplicauit supplicationē tanto ip̄e xp̄s magis multiplica
bat negationem ut dicit Crib. Math. xv. Cum igit̄ canonizatio sā-
ctorum sit opus sūme arduū nō statim ꝫ ꝑ menses et annos ē diffe-
renda añqm̄ fiat. Tercio ꝓpter fidei firmitatem. dicit enim Crib sup
math. ꝙ ideo xp̄s mulierē illā chananeā clamātem statī non exaudi
uit quia nolebat fidem illiꝰ occultare. Sciebat enī eā dicturā Miserere
mei dñe fili dauid vbi et xp̄i diuinitatē et humanitatē confessa ē ꝓpt̄
quod meruit audire. O mulier magna est fides tua. Expectanda est
ergo frequēs opatio miraculoꝝ et diuulgatio fame operꝝ misericordie
alicuiꝰ anteq̄ canonizet̄ ut fides de eius sc̄titate in cordibꝰ xp̄iani po
puli firmetur et roboret̄. ¶ Ad Primum ergo est dicendū ꝙ que sūt
ad ampliatiōem cultus diuini p̄p̄ debet ꝓmouere firmiter et stabilit̄
iusticia mediāte et q̄ humana iusticia hoc req̄rit ut nō credat̄ oī spi
ritui statim ꝫ ꝑ euidētiā ex̄tioꝝ opū modo quo xp̄s docuit math. vij
A fructibꝰ eoꝝ cognoscetis eos. Ideo ꝑm hunc modū talia sunt pro-
mouenda. ¶ Ad. ij. ē dicendū ꝙ illa que immediate faciūt ad nr̄am
salutē credēda sūt nō visa nec ꝓbata sicut om̄s articuli fidei quāuis
etiā illa multis miraculis et signis attestātibꝰ ꝓbata sint credē tamē
sc̄titatem aliquoꝝ non tenemur nisi ꝑ ostēsa opa cum fides sine opi-
bus mortua sit Vñ sup illo verbo qd̄ dicit̄ iaco. ij. Ostēde michi fidē
tuam sine opibꝰ et ego ostēdam tibi ex opibꝰ fidem meam. dicit glo.
hoc esse dictū quasi impropando quia hñs fidē sine opibꝰ se fidelē eē
monstrare non potest. ¶ Ad terciū est dicendum ꝙ iudei merito re
prehēsi sunt quia nec euidentia nec continuatio miracl̄oꝝ eos ad de-
uotionem induxit ꝫ potius ad obstinationē et emulationē. talē aūt
tarditatem in canonizatione sc̄toꝝ papa nō ꝑuat ꝓpt̄ emulatiōez et
obstinationem ꝫ magis ꝓpt̄ rationes supius dictas.

AD. iij. sic procedit̄. Videtur enī ꝙ p̄p̄ eundē modū debeat ꝑua-
re in canonizatione martirū et confessorū quia dona vtrorūq̄
sunt necessaria cōuia bonis et malis, Dicit enī apl̄s de donis martiꝝ
ī. ad Chor. xiij. Si tradidero corpus meū ita ut ardeam quēadmo-
dum fecit Laurētius ut glo. dicit caritatē aūt nō habuero nichil ꝓ-
dest. De donis vero confessoꝝ dicit̄ ibi. Si nouerim misteria omnia

et habuero omnem fidem ita ut mõtes transferam· caritatem aũt nõ habuero nichil sum. Idez ergo modus canonizationis ꝑuãdus ẽ in vtrisqꝫ. ¶ Preterea signa scĩtatis requirunt̃ in martire sicut ĩ cõfessore Sed miracula sunt signa attestatiõis scĩtatis· ergo opatio miraculorum requiritur ĩ in canonizatiõe vtriusqꝫ. ¶ Preterea nullꝰ debet pro scto veñari nisi qui firmit̃ credit̃ esse in vita eterna. Sed sine opibus mibicordie nullus a sinistra transfert̃ ad dexterã ut vite eterne possit eẽ particeps sicut patet math· xxv· ergo examinatio opũ mibicordie requiritur in canonizatiõe martiris sicut confessoris. ¶ In contrariũ est quia manẽte causa debet manẽ effectꝰ Sꝫ causa martirij ꝑm aug̃ non est nisi pati et mori ꝓ xp̃o et defensione fidei ergo ꝑmanẽte sola causa potest aliq̃s pro martire canonizari et veñari. ¶ Rñsio dicẽdum ꝙ papam ꝑuare eundẽ modũ ĩ canonizatiõe martiris sicut cõfessoris duplicit̃ potest intelligi, Primo quantũ ad ordinem cause discussionis et inquisitionis. Scdo quantũ ad motiuũ cause canonizationis et veneratiõis. Primo modo dicendũ est ꝙ sic quia ordinẽ iudiciariũ sup̃ positũ debet ꝑuare papa ĩ canonizatione martiris sicut confessoris quantũ est ad inquisitionẽ cause· cum enĩ martirẽ nõ faciat pena ꝫ causa ꝑm aug̃· qñ aliquis denunciat̃ pape canonizandꝰ pro martire· causam quare passus est debet diligent̃ inquirẽ et non solũ causam patiendi· verũetiã modum passionis· quia multi heretici passi sũ et patiunt̃ ꝓ xp̃o qui doctrine eius et preceptis eius adũsant̃, De quibus dicit apl's ad Ro· x· Zelũ quidẽ dei hñt ꝫ non ꝑm scientiam sup quo verbo dicit glo ꝙ stultũ est dñm legis veñari ꝛ legem eius et doctrinã persequi et falsificare. Modus ergo patiendi ꝛ et causa passionis diligent̃ est inquirenda· nisi adeo esset nota ꝙ nõ posset tergiuersatione zelari. Sed scdo modo dicẽdũ ẽ ꝙ nõ qꝛ causa martirij finaliter ⁊ terminatiue est defensio et confessio veritatis fidei xp̃iane et eoꝝ que annectunt̃ fidei· Et dico que annectunt̃· quia ꝑm aug̃· Iohes baptista martir xp̃i fuit· non ꝙ cogeretur negare xp̃m vel fidẽ xp̃i directe· ꝫ cogebat̃ negare veritatẽ et iusticiam· Volebat enim herodes ut dicẽt· Licet tibi hr̃e vxorẽ fratris tui. Et qꝛ pro tali veritate passus ẽ martir xp̃i factus ẽ Talis ergo causa debet esse motiua canonizationis illius qui debet pro martire veñari qꝛ existẽte absqꝫ alia discussione debet pro martire venerari et canonizari.

¶ Ad Primū ergo est dicendū ꝙ licet martiriū sit ꝯūe bonis et mal' causa tñ martirij nō est ꝯūis oībꝫ, Nam ꝯfessio fidei xp̄iane et mori pro defensione veritatis fidei quod est causa martirij extrinseca finaliter terminatiue nō est ꝯūe oībꝫ. Similit̄ caritas que est causa martirij meritoria intrinseca efficienter impatiue · quia ip̄a impat opus martirij meritorie non est oībꝫ ꝯūis Dicit enim aug̃ · et ponit̄ i · q · i · Vide q̄ bonū est caritas si ita martiriū fecerimus ut nr̄as velimꝰ ab hoībꝫ reliq̄as venari et si opinionem vulgi sectātes intrepidi sanguinem fuderimꝰ et substātiā nr̄am vsqꝫ ad mundicitatē ꝓpꝫ dederimus huic opi non tam premiū q̄ pena debet̄ · et perfidie magis tormenta sunt q̄ corona victorie. ¶ Ad · scd̄m ē dicendum ꝙ plus ē inquirē per causam q̄ per signa quāuis ergo miracula sint signa attestationis sc̄titatis non tñ sunt per se causa cū possit ꝯuenire malis miracula facē ut sup̄ dictū est. Sed pati pro xp̄o et pro ꝯfessione fidei est per se causa sc̄titatis. Vñ ista existēte absqꝫ omni signo miraculoso debet aliq̄s pro martire canonizari ¶ Ad · iij · est dicendū ꝙ nullū opus misericordie sic requirit̄ ad hñdum vitā et̄naꝫ sicut baptismus · cum scriptū sit · Jo · iij · Nisi quis renatus fuit ex aqua et spū sc̄to nō intrabit ī regnū celoꝝ · et tñ si aliq̄s nō baptizatus interficiat̄ nolēs xp̄m negare tanq̄ verus xp̄i martir venerandus est. Dicit enī aug̃ in epl'a ad Seleucianam. Quoscunqꝫ legimꝰ in corpore xp̄i qd̄ ē ecclesia pertinere ad regnū celoꝝ nō nisi baptizatos intelligere debemꝰ nisi forte q̄s angustia passionis inuenit et nolētes xp̄m negare añq̄ baptizarēt̄ occisi sunt Quibꝫ ipsa passio pro baptismo deputata est.

AD Quartum sic procedit̄ · Videt̄ enim ꝙ ꝓp̄ possit aliquem canonizare ad ordinem apl'oꝝ sicut martiꝝ vel ꝯfessoꝝ · qꝛ Barnabas apl's non fuit et tñ ad ordinem apl'oꝝ ꝑ ecc̄iam est canonizatus et officiū apl'i ꝓ ip̄o cantat̄ ¶ Pret̄ea apl'i s̄m qd̄ dicit Maximꝰ ī q̄dam sermone latine dicunt̄ missi · ꝫ omnes doctores et predicatores euangelij mittunt̄ iux̄ illd̄ ad Ro · x · Quomodo p̄dicabūt nisi mittant̄ ergo omnes tales ad ordīez apl'oꝝ possūt canonizari. ¶ Pret̄ea omnes apl'i fuerūt ep̄i · ergo omnes ep̄i qui canonizant̄ possūt in ordine apl'oꝝ numerari, ¶ In contr̄iū est quia positiuus et compatīꝰ non debēt numerari cū sup̄latiuo · ꝫ s̄m apl'm ad Ephe · i · Gratia xp̄i sup̄habūdauit ī eo et in oībꝫ apl'is in omni sapientia et prudentia.

¶ Responsio dicendum ꝙ aliqui scti admittunt ad ordinē apl'orum et hoc duplicit. Primo quantū ad dignitatis officiū. Scdo quantum ad scitatis meritum. Primo modo dd est ꝙ nō. fuerūt enī apl'i q̄tuor dignitates a xp̄o consecuti Primo qr ī doctrina fuerūt immediate ab ip̄o illustrati. nobis enim reuelauit deus per spūm suū. Dicit apl's ī ad Chor. ij. Et petrus dixit ī actib⁹ Dedit eum deus manifestū fieri nō omni populo ꝫ testib⁹ p̄ordinatis a deo nobis qui mādūcauim⁹ et bibim⁹ cum eo, Et saluator dixit Jo. xv. Vos aūt dixi amicos q̄a omnia quecunq; audiui a patre meo nota feci vobis. Scdo fuerūt ad apl'atum immediate per ip̄m vocati et apl'i appellati. sicut patet Math. iiij. Tercio fuerūt in certo numero ꝑ ip̄m collocati quia solū duodecī elegit quos apl'os noīauit quorū noīa ꝑ ordinem ponunt Math. iiij. Quarto fuerūt ꝑ ip̄m sup totū orbē iudices et principes ordinati. Quantū ergo ad istas quatuor dignitates nullus debet ad ordinē ip̄oꝝ canonizari nec officiū nec solēnitas ꝓ eis debita ꝓ ip̄o cantari. Sed scdo modo dicendū est ꝙ sic. Dicit enī aug. ij. li. de vnico baptismo et ponit. ij. q. vij. Puto ꝙ sine vlla sui contumelia Cyprianus ep̄s apl'o petro compat quantū attinet ad martirij coronā Ceterum magis vereri debeo ne in petrum ꝯtumeliosus existam q̄a nullus ignorat ꝙ apl'atus et principatus petri cuilibet ep̄atui preferendus est, Sed si distat cathedraꝝ gratia vna ē tn̄ martirū gloria,

¶ Ad primū ergo ē dicēdū ꝙ barnabas fuit socius apl'oꝝ potissime pauli predicatione et vocatione, Predicatione quidē Dicit eniz ad Gal. i. Jacob⁹ et Cephas ⁊ Joh̄es qui videbant colūne eē dexteras dederūt michi et barnabe societatis. ut nos int gentes. ip̄i aūt ī circūcisione Vocatione quidē quia non vocatione humana ꝫ diuina datus est paulo in sociū apl'atus. Vn̄ scribit Act. xiij. ꝙ ministrātibus apl'is dn̄o et ieiunantib⁹ dixit spūs scts Segregate michi Barnabā et Paulū in opus ad qd assūpsi eos. Propt hanc ergo societatē diuīo glutino copulatā impendit sibi ecc̄ia honorē quē tribuit alijs apl'is,

¶ Ad Scdm est dicendū ꝙ illi mittunt ad predicandum ꝯuīt a deo quos mittit vnitas et ꝯuītas ecc̄ie. Sed apl'i sic fuerūt missi a deo immediate ꝙ fuerūt ecc̄ie et ciuitatis dei fūdamētum. iux̄ illud apl'i ad Ephe. ij. Estis ciues scc̄oꝝ supedificati sup fundamentū apl'oꝝ et ꝓphetarum. ¶ Ad Terciū est dd. ꝙ licet apl'i fuerūt ep̄i fuerūt tamen

immediate vicarij xpi et expositores et testificatores doctrīe eius, Vñ apl's ad ephe·iij·distīguit apl'os ab alijs epis et prelatis quos docto res et pastores vocat dicēs ꝙ ipe xps dedit quosdā apl'os · quosdam aūt ꝓphetas. Alios vero euāgelistas. Alios vero pastores et Docto: res ad consumationem sctoꝝ.

Questio xvij· De sanctis canonizandis.

AD quartum sic ꝓceditur videtur enī ꝙ ꝑꝑ per omunicatōnem indulgentie possit pueris exn̄tibꝫ in limbo ianuam paradisi apire quia poc̄ apiri damnatis ergo multo magis pueris. Scribit̄ luce xv. ꝙ diues ille exn̄s in tormentis damnatoꝝ vidit lazarum in sinu abrahe quia sinus abrahe ꝟm aug̃. xij. sup̄ gen̄. cum accipiatur nisi in bono non poc̄ inferni nomīe comp̄hendi. ¶ Preterea videre xp̄m est paradisus iuxta illud iohannis xiiij. hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum verum & quem misisti ihesum xp̄m. Sed pueri ⁊ omnes angeli videbunt xp̄m quia videbit eum omīs oculꝰ etiam qui eum pupugerunt scribitur apoc̄. i. ¶ Preterea pueri p̄uati sunt luce sp̄ūali non corpali ergo saltem paradisus corporalis poc̄ eis apiri. ¶ In contrariū ē quia dolor & pena non cōpatiuntur secum gaudio paradisi ꝫ pueri sunt indoloribꝫ penaꝝ multo magis q̄m sancti patres liberati p̄ xp̄m de quibꝫ tn̄ dicit̄ Act̄. ij. deus suscitauit xp̄m a mortuis solutis doloribꝫ inferni iuxta qd̄ impossibile erat illū teneri ab eo. ¶ Rn̄sio ꝙ ꝟm aug̃. xij. super gen̄. q̄muis omīs regio vbi anime bone sūt posset paradisus merito appellari tripliciter tamē paradisus accipit̄. Primo ꝓ loco corporali vbi primus homo creatꝰ est. Scd̄o ꝓ loco celestiali ut ꝓ ip̄o celo empyreo vbi anime beatorū diuina beatitudine fruuntur, Tercio ꝓ visione intellectuali uel spirituali qua diuina essentia intuitiue conspicitur & ista paradisus ē omībus melior ⁊ paradisus paradisoꝝ nominandus. Primus ergo paradisus pueris apiri non poc̄ quia peccato illo sūt astricti ꝓpt̄ qd̄ primus homo inde expulsus ē. nec secundus quia illa solū beatis & sanctis angelis debet̄. nec tercius quia carentia visionis diuina ꝑpetuo in eis remanebit. ¶ Ad primum ergo ē dicendum ꝙ si sinus abrahe accipiatur ꝓ quiete que erat in limbo sanctoꝝ patrum qui priuati erant a pena sensibili sic pena inferni eis cōuenire non potest vt aliqui dicunt. Sed isto modo nec conuenire posset nomen īferni limbo pueroꝝ. Vnde dicendum est ut dicit glō. Bede ꝙ licet sancti patres in sinu abrahe puta in ꝯsolatōne quietis eēnt p̄ fidē mediatoris

& p gratiam a doloribꝫ tñ mortis siue inferni nõ erant soluti ex toto quia non meruerunt gaudia celi intrare donec implet illud zachaꝛ ix. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu. Vnde nomĩe inferni non meretur sinus abrahe appellari ꝑm aug. ꝓpter fidem & gratiam ipius abrahe, ¶ Ad scdm ẽ dicendũ ꝙ pueri videbunt xp̃i humanitatem. diuinitatem tamen nõ potuerunt videre eius membra non effecti p fidem ⁊ gratiam psonalem uel sacramentalem. ¶ Ad tercium ẽ dicendum ꝙ lux corpalis non ordinat ad spũalem ꝓpter qd priuatis luce spũali lux corpalis ꝯmunicari teneatur potiꝰ non debet,

¶ Questio xxxiiij. de illis qui sũt infra terram q̃ qñq̃ fuerũt de ecc̃ia q̃muis nunc non sint,

NVnc videndum ẽ de illis qui sũt infra terram qui qñq̃ fuerunt de ecclesia q̃muis nunc non sint. Circa qd querũtur quatuor. Primo vtrum ꝑꝑ possit mandare ut quis teneatur potiꝰ velle ad penam inferni damnari q̃ peccare mortaliter Scdo vtrũ ꝑꝑ possit facere ꝙ damnati non gaudeant de penis eorũ inimicoꝝ. Tercio vtrum ꝑꝑ iuste possit aliquos ad penam ĩferni dãnare. Quarto vtrũ ꝑꝑ possit facere ꝙ indulgentie & suffragia ecc̃ie meritoria sint illis qui sũt in inferno,

AD primũ sic ꝓceditur videt enĩ ꝙ ꝑꝑ non possit precipe ut homo teneatur potius p̃eligere damnari ad infernum q̃ peccare mortaliter quia pena inferni est eterna ⁊ inremediabilis. de peccato aũt mortali potest quis libari p penitentiam ergo potius tenet homo velle peccare mortaliter, ¶ Preterea pena inferni ĩcludit culpaꝫ vna enĩ de penis inferni est vermis ⁊ remorsus conscientie de culpa cõmissa. Sed culpa mortalis non includit penam inferni. ergo magis ẽ eligenda culpa mortalis q̃m pena inferni. ¶ Preterea illud ꝑꝑ non potest mandare qd ẽ de iure naturali. Sed refugere eternaliter mori & eternam penam ẽ de iure naturali. quilibet enĩ naturaliter refugit mortem potissime eternam. Peccare ergo mortaliter p̃eligendum ẽ anteq̃m eternaliter damnari ¶ In contrarium ẽ qd dicit anshelmus in libro de similibꝫ vbi ait ꝙ aliquis debet magis eligere eẽ in inferno sine culpa q̃ in paradiso cum culpa quia innocens in inferno non sentiret penam ⁊ peccator in paradiso non gauderet de gl'a

hoc idem videt̃ dicẽ, Criso. in libello de laudib⁹ pauli exponẽs illud ad Rõ. ix. Optabam ego ip̃e anathema eẽ cum xp̃o ꝓ fratrib⁹ meis ꝙ potius paulus voluisset eẽ in inferno cum caritate q̃m extra sine caritate ¶ Rñsio Dicendum ꝙ illud cadit sub p̃cepto qd̃ ẽ de necessitate salutis. Est autem de necessitate salutis ut homo ɔtritus in via salutis exñs in generali magis velit pati quamcũq; penam q̃m peccare mortaliter. Et hoc ideo quia contritio ẽ salus homĩs ⁊ non pot̃ eẽ sine caritate ꝑ quam omĩa peccata dimittunt̃. Ex caritate autem plus tenet̃ homo deum diligere q̃ꝫ seip̃m. Constat autem ꝙ peccare mortaliter ẽ facere contra deum. puniri aũt quacũq; pena ẽ pati aliquid contra seip̃m. Vnde caritas hoc requirit ut anteq̃ꝫ peccet mortaliter quãlibet penam homo contritus exñs in via salutis in generali p̃elegit culpe mortali. Et dico in generali quia in spẽali descendere ad hanc penam uel aliam homo non tenetur imo non sapient̃ ageret p̃p̃ vel quilibet supior seip̃m uel alium mouendo uel inducendo ad ꝑticulares penas. Cuius ratio ẽ quia sicut delectabilia plus mouent in ꝑticulari considerata q̃m in cõmuni. ita terribilia plus terrent si in ꝑticulari considerent̃. ⁊ aliqui sũt qui in maiori temptatõne nõ cadunt qui forte in mĩori caderent sicut aliquis audiẽs adulterium non incitatur ad libidinem. sed si ꝑ consideratõnem descẽdit ad singulas illecebras carnis magis ꝓmoueret̃ ⁊ similiter aliq̃s non refugeret pati mortem ꝓ xp̃o, Sed si descenderet ad consideran dum singulas penas magis retraheretur ⁊ ideo descendere in talib⁹ singularia ẽ inducere hominem ad temptatõnem & prebere occasionem peccandi qd̃ p̃p̃ ⁊ quilibet supior maxime vitare debet. ¶ Ad primum ergo est dicendum ꝙ culpa mortalis quantum est de se ꝑpetua ẽ sicut pena inferni. Si autem remediũ habet hoc ẽ ex sola mĩa dei. vel dicendum ẽ ꝙ plus p̃ponderat bonum diuinum contra qd̃ agit mortalis culpa bone nature create cui opponitur culpa q̃m ꝑpetuitas pene tempati culpe. ¶ Ad scd̃m est dicendum ꝙ remorsus cõscientie non semꝑ ẽ culpa q̃muis ad culpam quandoq; consequatur pot̃ enim eẽ sine culpa ut in eo qui habet conscientiam errantem de p̃terito ɔmisso sicut si aliquis credat aliquid a se prius ɔmissum esse illicitum qd̃ tamen licitum erat & ip̃e dum faceret illicitum reputabat. ¶ Ad terciũ est dicendum ꝙ refugere mortem eternam ẽ de iure

naturali secundum appetitum sensitiuum. Sed refugere vel preeligere ipsam antequam deus offendatur est de iure naturali secundum appetitum per rationem deliberatam et per caritatem ordinatam.

Ad secundum sic proceditur videtur enim quod papa non possit facere quod damnati non gaudeant de penis inimicorum suorum quia super illo verbo ysa. xiiij. Surrexerunt principes terre de solijs suis dicit glossa. iero. quod solatium est malis inimicos suos socios habere penarum. tale ergo gaudium papa impedire non potest. ¶ Preterea omne gaudium diminuit dolorem ut patet per philosophum vij. ethicorum. Cum ergo dolor damnatorum sit infinitus intensiue. si ergo papa possit gaudium damnatorum impedire posset facere quod inimici damnatorum non damnarentur et sic tolleret liberum arbitrium hominis. ¶ Preterea dicit glossa. quod culpa est totam culpam exigere sed deus non potest culpam committere ergo non potest totam culpam prosequi puniendo damnatos sed condignum remanet ergo in eis aliquod gaudium de eo quod non puniuntur tantum quantum deberent puniri. ¶ In contrarium est quia papa per communicationem indulgentie et suffragiorum retrahit multos a peccatis ut non damnentur. potest ergo impedire gaudium damnatorum sicut potest impedire damnationem peccatorum de quorum societate damnati gaudent. ¶ Responsio Dicendum quod tristicia et dolor in damnatis est totalis et essentialis admixtum tamen potest esse eorum tristicie aliquod gaudium perciale et accidentale, Est quidem eorum tristicia totalis et essentialis propter tria. Primo quidem propter diuine iusticie impletionem. Tristantur enim quando vident diuinam impleri iusticiam in pena damnationis inimicorum ipsorum quam dei iustitiam damnati odiunt et blasphemant in inferno iuxta illud apocalipsis. xvj. Estuauerunt homines estu magno et blasphemauerunt nomen dei habentis potestatem super has plagas. Secundo propter eorum conscientie infectionem remanent enim in damnatis affectiones praue remordentes et torquentes eorum conscientiam quia vermis eorum numquam extinguitur. De quibus prauis affectionibus dolent et penitent iuxta illud sapientie v. Penitentiam agentes et pre angustia spiritus gementes, Vnde sicut penitentes in hac vita dolent et de dolere gaudent ita damnati in inferno gaudent de penis inimicorum suorum et de ipso tamen gaudio magis dolent. Tercio propter cause administrationem. Si enim damnati in inferno prestiterunt causam damnationis eorum inimicis penitent et tristantur non quidem

ꝓpter diuinam offensionem sed ꝓpter eoꝝ punitōz. Vnde talis pnīa non ē eis meritoria. tali ergo tristicie damnatoꝝ totali ⁊ eēnali aliqd̄ gaudiū ꝑ accidentale ē annexum quia descendūt damnati ad infernum cum armis suis & cum affectibꝫ prauis ipoꝝ ut scribit̄ ezech. xxxij. Quia ergo vident damnati prauas eorum voluntates quas ī hoc mundo habuerunt contra eorum inimicos impletas esse ꝑ damnatōnem & malū ipoꝝ gaudent. Qd̄ quidem gaudiū pot̄ per ꝓpm impediri eo ꝙ ꝑ ꝯmunicatōnem indulgentie ⁊ suffragioꝝ damnatoꝝ inimici in pn̄ti vita pn̄t. conuerti & non damnari ⁊ ex hoc tollitur illud gaudiū qd̄ damnati de eoꝝ damnatōne habuissent. ¶ Ad primum ergo ē dicendum ꝙ ꝓp non impedit gaudiū damnatorum ꝑ se sed ꝑ accidens subtrahendo eorum inimicos a damnatōne ꝑ cōmunicatōnem indulgentie ⁊ suffragiorū ecc̄ie de quoꝝ damnatōne gaudiū habuissent, ¶ Ad scd̄m ē dicendum ꝙ liberꝝ arbitriū nō tollitur sed iuuat̄ ꝑ auxilia ecc̄ie quibꝫ peccatores de culpa resurgunt ad gratiam. ¶ Ad tercium ē dicendum ꝙ damnatus punit̄ tali pena qua debet puniri ꝑm exigentiam culpe semper tn̄ punit̄ cit̄ condignū quā deberet puniri ꝓpter condecentiam diuine voluntatis d̄ qua dānatis nullū est gaudium ꝫ potiꝰ tristicia,

Ad tercium sic ꝓcedit̄ videtur enī ꝙ ꝓp non posset aliquos iuste ad penam inferni cōdemnare quia iustus ⁊ pius iudex nō debet punire ad correctōnem. Sed papa debet eē iustus ⁊ pius iudex ergo debet punire ad correctōnem. Corrigere autem non est punire eternaliter sed solum tempaliter. ¶ Preterea tp̄ale non pot̄ eē causa eterni. ꝓ culpa ergo quacūqꝫ tempali papa eternam penam infligē iuste non debet. ¶ Preterea scribit̄ deut. xxv. ꝑm mensuram delicti erit & plagaꝝ modus. ꝑm ergo mensuram tempalis culpe debet ꝓp imponere mensuram tempalis pene. ¶ In contrariū ē quia scribit̄ xxij. di. c. in nomīe domī. De Illis qui seditōnē ponunt ī ecc̄ia & potissime in electōne summi pontificis. Quicunqꝫ contra hoc decretum ire temptauerit ꝓpetuo anathemate atqꝫ excōmunicatōne damnetur ⁊ cum impijs qui non resurgunt in iudicio reputet̄. ¶ Rn̄sio Dicendum ꝙ iuste culpe mortali tempalit̄ ꝯmisse dūmodo qui tali culpa peccat sit contumax ꝑ papam eterna pena infligitur. Primo q̄dē ratōne boni qd̄ ꝑ ipam culpam punit̄. Tollit̄ enī ꝑ culpā mortalem

caritas quia ꝑm apl'm primo ad chorinth·xiij· Nunq̃m excidit vnde sicut caritas que ꝑimit̃ ꝑ mortalem culpam ē ꝑpetua & eterna potest esse ita iustum est ꝙ culpe ꝑ quam tollitur eterna pena corresp onde at· Secundo ratōne voluntatis que inficitur· voluntas enim subiecta culpe mortali eterna ē quia exquo homo non imponit finem culpe in p̃nti ⁊ cum illa decedit· iam culpa eterna ē ratōne voluntatis peccandi· Non debet ergo iudex imponere finem pene exquo peccans non imposuit finem culpe· Tercio ratōne temporis qd̄ prefigit̃· p refigit enim ꝑꝑ tanq̃m vicarius dei tempus in quo dimittit̃ culpa & ī quo non quia in p̃nti est tempus dimittendi culpam in futo v̄o nō quantumcunq; ergo actio peccantis fit momentanea & temporalis ip̄a culpa eterna ē exquo ꝑ contumatiam non dimittit̃ sibi in p̃nti vbi ē tempus dimittendi· iuste ergo ꝑꝑ tali culpe eterne eternam penam infligit, Quarto ratōne boni qd̄ offendit̃. Nam ꝑ culpam mortalem bonum eternum offenditur· ergo iuste pena eterna sibi debet̃·

¶ Ad primum ergo est dicendum ꝙ pius & iustus iudex punit ad correctōnem quando ē tempus corrigendi sed ~~non~~ qñ est temp⁹ correctōnis non punit̃ ad correctōnem sed magis ad vindictam ex iusticie obseruatōne. ¶ Ad scd̄m ē dicendum ꝙ tempale bene potest eē causa ꝑpetui q̃nuis non ꝓprij eterni qd̄ caret principio & fine cuiusmodi eternitas soli deo conuenit· nam emptio domus momentanea ē & temporalis ius possidendi ē eternum· Similiter vulnus īflictū ē momentaneum ⁊ mors que sequit̃ ē eterna· Eodem modo crimen lese maiestatis ē momentaneum ⁊ pena sibi debita ē eterna, ¶ Ad terciū est dicendum ꝙ in peccato tria sunt delectatio actō ⁊ voluntatis deformatio· Pena ergo ꝑm mensuram debet correspondere peccato non quantū ad delectatōnem & actōnem que temporalia & momentanea sūt· sed quantum ad voluntatis deformatōnem que eterna est exquo in p̃nti nō remouet̃ ꝑ ꝯtritōz & pn̄iaz· ideo iuste sibi debet̃ eterna pena,

AD quartum enī sic ꝓcedit̃ videtur enim ꝙ ꝑꝑ possit facere ut ī dulgentie ⁊ suffragia ecc̄ie meritoria sint illis qui sunt ī inferno· quia quando aliqua sūt eiusdem ratōnis agēs qd̄ pot̃ in vnum pot̃ in aliud sed pena īferni ⁊ pena purgatorij sunt eiusdem ratōis cū nō differant nisi sic̄ magis durabile & minus durabile ⁊ magis

& minus non diuersificant spem. ergo cū ꝓp̄ pot̄ ꝯmunicare suffragia illis qui sunt in purgatorio poterit similiter illis qui sunt ī inferno. ¶ Preterea aliqui sunt in inferno qui fecerunt aliqua bona dum vixerunt in corpore & bona meritoria per caritatem quam habuerunt. ergo ꝑ ea que gesserunt ī corpe meruerunt sibi ut ꝓdessent eis si nomīe eorum fierent post mortē. ¶ Preterea ecc̄ia orat ꝓ defunctis ut liberent̄ de ore leonis & de ꝓfundo lacu. sed frustra oraret pro eis nisi sciret suffragia eis ꝓdesse ergo videtur ꝙ ꝓsint, ¶ Preterea homo pot̄ iuste soluere debitum ꝓ se ⁊ ꝓ alio qd̄ tenetur soluere. si ergo illi qui sunt in inferno soluant debitum qd̄ soluere tenentur per suffragia viuoꝝ videtur ꝙ iuste ꝑsolutum sit, ¶ In contrarium est quia in inferno nulla ē redemptio, ¶ Preterea si suffragia ecc̄ie prodessent eis uel hoc eēt ex ꝑte ꝓp̄e applicantis ual ex ꝑte illorum quibꝫ applicantur. nō ex ꝑte ꝓp̄e applicantis quia illi qui sunt in inferno non subijciunt̄ iurisdictōni sue. nec ex ꝑte illoꝝ quibꝫ applicant̄. q̄a sunt in termino & non sūt abiles ad recipiendum. ¶ Rn̄sio Dicendum ꝙ de hac questione ē duplex modus dicendi. vnus ē ꝯmunis. alius ē magis spēalis. Ortum tn̄ videtur habere ex dictis beati aug̃. Modus ꝯmunis talis ē quia cum ī damnatis sit duplex pena essencialis ⁊ accidentalis bona que fiunt in ecc̄ia non pn̄t eis valere ad dimissionem pene eēnalis. quia manente culpa pena non pot̄ remoueri. In damnatis ergo semꝑ culpa remanebit cum decesserit ī mortali peccato ergo de pena eēnali nichil pot̄ tolli. Et criso. sup illo verbo math̄. xviij. dicit, Tradidit eum tortoribꝫ donec redderet vniuersum debitum quia lij donec non dicit determinatū tempus sed indeterminatum quia semꝑ soluent damnati & nunq̄m satis faciunt eo ꝙ satisfactio non ē grata deo nisi ꝑ caritatem ⁊ quia ip̄i decesserunt in mortali ⁊ sūt in termino damnatōnis ip̄oꝝ. ideo semꝑ soluunt ⁊ tn̄ deo nunq̄m satisfaciunt. Pena vero accidentalis ē quia ī damnatis ratōne societatis quos ꝑ exemplum prauū & prauam doctrinaꝫ corruperunt. Merentur enim damnati puniri ex societate illorū qui ꝑ prauum eoꝝ exemplum ⁊ prauam doctrinam corrupti sūt & ideo quando tales non damnantur sed potius conuertant̄ & saluantur eorum pena accidentalis dicitur minui. Cum vero non saluantur sed damnantur eoꝝ pena dicit̄ augeri. Vnde talis pena accidentalis

potē in eis augeri & minui ꝑm qd̄ plures ⁊ pauciores socios possunt habere in predicta pena. Cum ergo suffragia ecc̄ie multum valeāt ut corrupti ꝓpter malam doctrinam ⁊ mala exempla damnatorum non damnantur sed magis conuertantur & saluent̄. ideo predicta suffragia dicuntur eis valere ad releuatōnem pene accidentalis. sic̄ sana doctrina & bona exempla dicunt̄ valere apl̄is ⁊ beatis ad augmentum accidentalis glorie quia ex societate eorum qui ꝑ doctrinā & bona exempla illorum soluantur eorum gloria augmentat̄. Aliꝰ ē modus dicendi magis spēalis qui talis est. distinguit̄ enim triplex pena que debetur damnatis. Nam in peccato mortali in quo decedunt damnati tria considerantur. Primum ē a bono incōmutabili auersio quia omne peccatum mortale intantū est mortale inquantū auertit a deo bono incōmutabili ꝑm quem modū dicit beatus iacobus. Qꝫ qui offendit in vno factus est omniū reus quia omīa peccata vnum peccatū sunt inquantū auertit ab incommutabili bono Scd̄m ē interioris conscientie & interioris ymaginis deformatio. q̄a cum conscientia interior semꝑ remurmuret de peccato ex ipa ꝓpetratōne peccati deformatur ymago & deformatur conscientia. Terciū est in bonis ꝯmutabilibꝫ inordinata delectatio. ꝓpter primum ergo vt ꝓpter boni incōmutabilis auersionem debet̄ peccato mortali pena damni ⁊ est ꝓpetua priuatio visionis diuine. ꝓpter scd̄m vero ut ꝓpter conscientie deformatōnem debet̄ peccato mortali pena vermis conscientie. Sed ꝓpter terciū ut ꝓpter inordinatam delectatōnem q̄ in bono creato ꝑcipitur debet̄ pecca mortali pena ignis & pena sensus & ꝓportōnabiliter quia ꝓ mensura delicti debet̄ plagaꝝ modus loquendo de pena tali. Ponitur ergo ꝓ pena damni ut priuatio diuine visionis ⁊ pena vermis conscientie eternaliter correspondēt pc̄to mortali quia manente culpa manet semꝑ pena damni ut priuatio diuine visionis & manente culpa manet semꝑ pena vermis conscientie quia dicente beato aug̃. Omnis inordinatus animus sibi ipsi semꝑ ē pena. Sed pena sensus & pena ignis accidentaliter debetur culpe mortali quia ad sensum videmus ꝙ multi sunt in peccato mortali ⁊ non habent penam sensus annexam. Dicitur ergo ab istis ꝙ suffragia ecclesie non valent damnatis ad illiꝰ pene diminutōnem que eēnaliter debet̄ peccato quia remanente culpa remanet eēnalit̄

illa duplex pena que sibi debetur ut pena damni & vermis discientie Sed bene dicunt q̄ valet eis ad pene sensus diminutōnem cum illa cēnaliter non respondeant mortali culpe non quidem ad totalem di cte pene liberatōnem sed ad aliqualem mitigatōnem. Et ponunt q̄ ista mitigatio tribꝫ modis habet fieri in damnatis. Primo p̄ sociorū subtractōnem quia saluantur multi ut dicebatur in primo modo dicendi p̄ suffragia ecc̄ie qui fuerunt eorum exemplo & doctrina corrupti qui si non saluarentur augeret eorum pena. Scō p̄ eorum suffragiorum fortificationem & confortationem quia per predicta suffragia fortificantur & confortantur damnati ut tollerabilius possint penam illam ignis sustinere. Tercio p̄ ipius pene aliqualē relaxatōnem quia cum ignis ille infernalis sit instrumentum diuine iusticie taxatum a deo q̄ tm̄ debeat affligere & non plus. Et ido nō sequit̄ q̄ si suffragia ecc̄ie valeant ad dicte pene relaxatōnem q̄ tantum possent multiplicare suffragia ecc̄ie ut totaliter relaxetur qa taxatum ē a deo q̄ tm̄ debeat diminui de illa q̄ non ampliꝰ. Iste autem modus ponendi satis videtur habere fulcimentum ex dictis beti aug̃. Nam q̄ talis mitigatio pene fiat in damnatis & suffragijs ecc̄ie p̄ subtractōnem socioꝝ expresse dicit aug̃. q̄ pena arrij nōdum determinata est quia nondū determinati sūt illi qui eius prava doctrina & exemplo prauo corrupti fuerunt. Q̄ vero talis mitigatio poſ̄ fieri p̄ damnatoꝝ fortificatōnem & sustentatōnem patet p̄ illud qō dicit aug̃. in enchiridion q̄ in libro supradicto ad simplicianum de octo questionibꝫ vbi loquens de mediocriter bonis ut de illis q̄ sūt in purgatorio & de mediocriter malis ut de illis qui sunt damnati fuerunt tamen fideles x̄pi q̄ multa bona fecerunt exñtes in gr̄a dei. Quibꝫ autem p̄sint suffragia ecc̄ie aut ad hoc p̄sūt ut sit plena eoꝝ remissio quantū ad illos qui sunt in purgatorio. aut certe ut tollerabilior sit eorum damnatō quantum ad illos qui sunt in inferno. & planum ē q̄ loquitur de illis qui sunt in inferno quia si loqueretur de illis qui sūt in purgatorio non diceret ut tollerabilior sit eoꝝ dāmatio sed magis ut tollerabilior sit eoꝝ purgatō. Sed q̄ talia bona p̄sint damnatis ad pene relaxatōnem patet p̄ aug̃. similiter ī libro predicto vbi ait q̄ eis talia prosint qui cum viuerent sibi meruerūt ut p̄essent eis post mortem si p̄ eis fierent. Planum ē autē q̄ multi

sūt in inferno qui cum viuerent multa opa meritoria exn̄tes ī gr̄a
fecerūt p que meruerunt sibi ꝓdesse suffragia ecc̄ie si ꝓ eis fierēt post
mortem non p caritatem cum qua non decesserunt sed p caritatem
quam prius habuerunt. Iste autem modus ponendi ꝙ suffragia
ecc̄ie ꝓsint damnatis ad pene sensus mitigatōnem expresse tangit ī
glosa sup verbo aug̃. q̄ gratianus allegat xiij. q. vltima vbi dicit
glosator h̄ aug̃. distinguit quatuor genera hominum valde bonos ⁊
valde malos & mediocriter bonos & mediocriter malos, Et subdit
ꝓ valde bonis non ē orandum quia iniuriam facit matri qui orat
ꝓ matre nec ꝓ valde malis, nec ꝓ mediocriter bonis ꝓsūt suffragia
ecc̄ie ut citius liberentur ab igne purgatorij & ꝓ mediocriter malis
ꝓsūtad h° ut mitiꝰ punient̄ nunq̄m tn̄ liberant̄. Sustinēdo ergo si
ne p̄iudicio hunc modum pot̄ ꝓbabiliter respondere ad ratōnes ꝓ
⁊ contra. Nam cum primo dicitur ꝙ pena purgatorij ⁊ inferni sint
eiusdem ratōnis dicendum ꝙ non ē verum quia illi qui sunt in in
ferno sūt in termīo damnatōnis. illi vero qui sūt in purgatorio sūt
in termino saluatōnis, Ideo ratōne status pena vtrorunq̄ non est
eiusdem ratōnis & dato ꝙ illi & isti possint iuuari p suffragia ecc̄ie
non tn̄ eodem modo. Sed illi qui sūt in purgatorio iuuantur vt ex
toto liberentur. illi vero qui sunt in inferno ut mitius puniantur,
¶ Ad scd̄m dicendum ē ꝙ sicut dictum ē illa bona ꝓsūt eis quantū
ad pene sensus mitigatōnem sed non quantum ad totalem liberatō
nem quia sūt in termino damnatōnis ip̄orum. ¶ Ad terciū est di-
cendum ꝙ ecc̄ia nescit qui sint damnati ⁊ qui non. ideo non decipi
tur dato ꝙ oret ꝓ illis qui sūt in inferno quia nescit eos esse ī infer
no p certitudinem. Dato tn̄ ꝙ oret ut liberentur de ore leonis ecc̄ia ī
tendit ꝯformare oratōnem suam voluntati diuine s̄m quā licet nō
possint ex toto lib̄ari potest tamen eoꝝ pena mitigari vt dictum est
uel potest dici ut aliqui dicunt ꝙ illa oratō non ē ꝓ liberatōne eoꝝ
qui damnati sūt sed gratiaꝝactō ꝓ illis qui liberati sūt ab illa pena
¶ Ad iiij. est dicendum ꝙ damnati semp soluūt & semp patiuntur
nunq̄m tamen satisfaciūt debito eo ꝙ illa satisfactio non ē deo grata
cum non ꝓcedat ex radice caritatis. ¶ Ad v. ē dicendum ꝙ argue-
batur in contrariū ꝙ licet in inferno non sit redemptio ex toto libe-
rans. est tamē redemptio aliqualiter mitigans ⁊ relaxans. ¶ Simil̄r

dicendum ad aliud q̄ licet illi qui sūt in inferno non sūt sub iurisdi ctione p̄pe quantum ad pene totalem liberatōnem·sūt tn̄ sub iurisdi ctōne sua quantum ad illius pene aliqualem mitigatōnem saltem ad illos qui meruerunt bona ecc̄ie sibi applicari p̄ bona que fecerunt dū vixerūt in corpe exntes ī gr̄a dato q̄ finaliť cū culpa decesserūt·

¶ Explicit prima ps huius opis ī qua diximus de potestate ecc̄iastica in se·Hic īcipit determinare de ecc̄iastica potestate b̄m se·

POstq̄m visum ē de potestate ecc̄iastica b̄m se nunc considerandum ē de ip̄a p̄ compactōnem ad actum ad quem ordinatur/Et primo de actu electōnis quantū ad dominiū tēpale/Secundo de actu electionis quantum ad dominium spirituale·Circa primum xij·occurrunt consideranda/Primo de impatoris electōne/Scd̄o de ip̄ius imperij derivatōne/Tercio de eius īnstallatōne/Quarto de eius confirmatōne./Quinto de eius admīstratōe/Sexto de eius depositōne/Septimo de eius examinatōne/Octauo de eius duratōne/Nono de eius cessione & de eius cōcessione·/Decimo de eius legum institutōne/Vndecimo de aliorū regum subiectione./Duodecimo de alioz regum correctōne·

¶ Questio xxxv·de impatoris electōne,

CIrca primum queruntur octo/Primo vtrum p̄p̄ p̄ scip̄m possit impatorem eligere/Scd̄o vtrum electores p̄ quos p̄p̄ impatorē eligit debeant esse de alamania/Tercio vtrum p̄p̄ p̄dictos electores possit mutare/Quarto vtrum p̄p̄ possit predictos electores de alia natōne ordinare q̄m de alamania/Quinto vtrum in electōne impatoris possit alteri p̄ti eligentiū fauere/Sexto vtrum p̄p̄ possit impatorem facere p̄ hereditariam successionez sicut p̄ electōnem/Septīo vtz p̄p̄ melius facēt ordinādo impiū p̄ hereditariā successiōz/Octauo vtrum papa melius faceret ordinando plures imperatores q̄m vnum,

AD primum sic p̄ceditur videtur enim q̄ p̄p̄ p̄ scip̄m impatorē non possit eligere,Dicit enī Ieronimus ad rusticum narbonēsem ep̄m·sicut qui visibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum accusaťa paupe damnaťa iudice·ita in ecc̄ia dei cum quis stipendia

pdit clamet ⁊ a xp̄o exaudit̄· pp̄ ergo nō pot̄ p seip̄m impatorem eligere sicut non pot̄ alienum ius mandare· ¶ Preterea ab illo impator īmediate non pot̄ eligi a quo gladiū tempalem non accepit· Sz dicit innocentius ⁊ ponitur xxiij·q·iiij·c·quesitum· Meminerāt enī a deo p̄tates has fuisse concessas & ꝓpter vindictam noxiorum gladiū fuisse pmissū· Si ergo impator gladiū recepit a deo & nō a pp̄ ab ip̄o non poterit eligi· ¶ Preterea dicit aug̃· & ponitur xj· di· in his reb⁹ in quib⁹ nil certi statuit diuina scriptura mos ppl'i dei & instituta maiorum ꝓ lege tenenda sūt· Sed ista est consuetudo in ppl'o xp̄iano ut impator eligatur vel a ppl'o uel ab electorib⁹ deputatis· ergo pp̄ p seip̄m non poterat eligere, ¶ In contrariū est quia ꝓpositō vulgata ph̄i est ꝓpter qd̄ vnum qd̄q; tale ⁊ illud magis· Sed electores auctoritate pp̄e eligunt impatorem· ergo p seip̄m pot̄ eligere ex quo eius auctoritate alij eligunt. ¶ Rn̄sio Dicendum ꝙ impator est mīster pp̄e eo ip̄o ꝙ est mīster dei· Dicit enim apl's ad Rō·xiij· ꝙ non sine causa gladiū portat quia dei minister ē iudex in iram ei q̄ malū agit· deputauit enim deus impatorem tanq̄m mīstrum sūmi sacerdotis quia eius est ecc̄ias contritas & concussas restaurare· nouas edificare ⁊ dei sacerdotes honorare atq; contra hereticos & rebelles tueri· Est autem principalit̄ agentis eligere mīstros ⁊ instrumēta ad suum finem· sicut ars militaris cuius finis ē victoria habet eligere equestrem ⁊ frenefactiuam· s̄m qd̄ videt expediri fini intentō sic dicitur primo ethicoꝝ· Vnde puto ꝙ pp̄ qui vniuersos fideles ī p̄nti ecc̄ia ad pacem habet ordinare & ad supnat̄alem finem consequēdū dirigere & destinare iusta & ratōnabili causa exn̄te p seip̄m possit īpatorem eligere ut ꝓpter eligentiū negligentiam & discordiam aut ꝓpter electi bonitatem & condecentiam uel ꝓpter ppl'i xp̄iani pacis ꝓuidentiam seu ꝓpter cohercendi hereticoꝝ paganoꝝ & scismaticorū potentiam & audatiam posse enim pp̄e fulcitum debet eē veritate iustitia ⁊ equitate non enim pot̄ aduersus veritatem sed ꝓ veritate ut dicit apl's ij· ad chorinth̄· vltimo· Et ideo subest causa ratōnabilis puto ꝙ pot̄ ⁊ iusta· ¶ Ad primum ergo ē dicendum ꝙ ius eligendi impatorem non ē concessum aliquib⁹ in fauorem ip̄oꝝ sed ī fauorem ecc̄ie & ppl'i xp̄iani cuius caput ē ip̄e pp̄· vnde qn̄ sibi videretur hoc eē in fauorem ecc̄ie & pacē xp̄iani ppl'i pot̄ tale ius eis subtrahē

sicut ꝓpter talem causam eis concessit. ¶ Ad scdm ē dicendum verū esse impatorem gladium recipe a deo eo qd a pp non recipit nisi ut ē vicarius dei. non enim papa pot eligere impatorem ut singularis psona quedā sed ut ē successor petri qui immediate a xpo caput ecclie ordinatus ē. ¶ Ad tercium ē dicendum ꝙ sicut dicit aug. in libro de vnico baptismo veritati & ratōni consuetudo ē postponenda. Non enim dixit xpus. ego sū consuetudo sed ego sum veritas. ⁊ ido papa qñ conspiceret hoc eē consonum veritati ⁊ iusticie talem ꝯsuetudinē ratōnabiliter pot postponere,

Ad scdm sic ꝓceditur videtur enim ꝙ electores ꝑ quos papa ī-patorem eligit non debeant eē de alamania quia illiꝰ regiōis debēt eē electores cuiꝰ ipe electus impator nominatur. sed nomīatur impator romanoꝝ. ergo romani uel de ptibꝫ ytalie debent eē electo-ctores. ¶ Preterea ad eligendum psonam publicam publici & vni uersales debent eē electores. sed impator ē psona publica & vniuer-salis ergo vniuersales ⁊ de qualibet regione debet habere electores. ¶ Preterea in electōne p̄lature spūalis non concedit aliqd ius ipis laycis ut supradictum fuit. ergo eodem modo in electōne prelature tempalis non debet acquiri aliqd ius ipis clericis cum tñ ī electōne impatoris tres epi ponant ius habere ¶ In contrarium ē ipa anti qua consuetudo ecclie ¶ Rñsio Dicendum ꝙ gg. quintus tempore Ottonis impatoris ꝯuocatis ⁊ requisitis principibꝫ alamanie vij. electores īstituit officiales ipius curie imperialis quatuor laicos ut regem Bohemie Ducem saxonie Comitem palantinū Et marchio nem brandenburgeñ. Et tres clericos. Archiepm maguntinensem. Coloniensem ⁊ Treuerensem. Causa autem quare solū de alamaīa p̄dicti electores sūt assumpti ꝯmuniter triplex ratō assignatur. Vna fuit quia de alamania fuerunt illi principes qui liberauerūt ecclam de ꝑuitute longobardorum ⁊ impioꝝ romanoꝝ. Scda fuit deuotō il-lius ppli ad sanctū petrū & paulum qd apparet in eorum continua peregnatōne ad visitandum ecclias dictoꝝ aplorꝝ. Tercia fuit volun tas pape puta gg. v. qui de theutonia fuit natus & consanguineꝰ ottonis imperatoris. ¶ Ad primum ergo est dicendum ꝙ sicut dicit aug. v. de ciui. dei c. xij. Quales tunc fuerint romani & quales nūc sūt ex sentencia cathonis videri potest. Nolite inquit catho existīare

maiores nr̄os armis rempublicam ex ꝑua magnam fecisse quia si ita eēt multo pulchriorem ⁊ maiorem nos haberemus cum socioꝝ atq; ciuiū armoꝝ & equorum maior nobis copia sit q̄ alijs. ꝫ alia fuere que illos viros magnos fecerunt que in nobis nulla sunt pro virtutibꝫ nanq; illorum habemus luxuriam atq; auariciam reipu. egestatem priuati boni opulentiam laudamus diuitias sequimur ī ertiam inter bonos ⁊ malos discrimen nullum omīa virtutis p̄mia ambitio possidet quia ergo romani ante xp̄i aduentum fuerunt patrie zelatores reipublice amatores & legis & iusticie obseruatores. ideo imperium in toto orbe obtinere meruerunt. sed postmodum obscuratum est aurum mutatus color optimus atq; lapides sanctuarij fuerunt dispersi ⁊ in armis contrarijs ad virtutes fuerūt armati merito tam imperium q̄ ius eligendi imꝑatorem ꝑdiderunt, ¶ Ad secundum ē dicendum ꝙ sicut dicit ph̄us primo metha. actōnes sunt suppositorum ꝑticulariū. ideo ius eligendi imꝑatorem aliquibꝫ personis ꝑticularibꝫ ꝯmitti oportuit. quare autem spēalius de alamaīa q̄m de alia regione suꝑius causa ē assignata. ¶ Ad terciū est dicendū ꝙ q̄muis ius imꝑiū sit dominiū temꝑale ordinatum ē tn̄ in ministerium & in obsequium dominij spūalis. Est autem contra naturam rei temporalis in rem spūalem agere sua ꝓpria virtute. sed spūale supra temꝑale sua ꝓpria virtute actōnem ⁊ iurisdictōnem habere poꝫ quia spūalis homo iudicat oīa ⁊ ip̄e a nemīe iudicat̄ ut dicit apl's i. ad chorinth̄. ij.

AD terciū sic ꝓceditur videtur enim ꝙ ꝓp̄ dictos electores non possit mutare. Dicit enī g̊g. ⁊ poīt̄ xxv. q. ij. ecc̄iastice moderatōne omīo ꝯueniens ē ut que ordinata fuerunt uel decisa nulla in posterum debeant refragatōne tueri. Ex quo ergo ordinati sūt electores ꝑ ꝓp̄m mutari non possūt. ¶ Preterea scribit̄ extra de elec. c. venerabilem. Illis principibꝫ ius ⁊ potestatem eligendi regem imꝑatorem postmodū recognoscimus ut debemus ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur ꝑtinere. sed ex antiqua consuetudine p̄dicti electores ius eligendi īꝑatorem habuerunt ergo ꝑ ꝓp̄m mutari nō pn̄t. ¶ Preterea qd̄ poꝫ eē materia scandali & scismatis ī ecc̄ia ꝑ ꝓp̄m non debet fieri. sed mutando p̄dictos electores poꝫ eē materia scandali & scismatis ergo ꝑ ꝓp̄m fieri non poꝫ. ¶ In conttarium ē

quia par in parem non habet impium· sed tales electores ordinati
p ppm·ergo p ppm pnt mutari & in loco eorum alij institui· ¶ Re-
sponsio dicēdum q sicut dicit phus v·ethicoꝝ· Actus humaī sic sūt
variabiles ꝓpter ꝑticulares circūstantias occurrentes & ꝓpter eorū
mutabilitatem ut non possint mensurari ⁊ regulari sub regula in-
flexibili ut puta ferrea· sed oportet q regulentur & mensurent sub
regula flexibili & plumbea· Quāuis ergo nouitates sint timende
vbi tñ euidens ⁊ manifesta apparet vtilitas ptati ppe sub esse dino-
scitur mutare & innouare omne qd expedit reipu· vtilitati & pacis
populi xpiani vnitati nec mutatōnes canonum ⁊ statutoꝝ ꝑdecesso
rum uel suoꝝ met attribuendum ē eius animi leuitati qñ videt esse
expediens reipu· vtilitati ⁊ pacis ppli xpani vnitati, Scribitur enī
hester xvij· q quia multi bonitate ⁊ honore qui in eos collatus ē abu
tunt in supbiam & non solum subiectos nitunt opprimere· Sed da
tam sibi gloriam non ferentes in ipos qui dederunt moliuntur in-
sidias nec contenti sūt grām non agere beneficijs sed dei q cūcta cer-
nentis arbitrantur se fugere posse sententiam· vnde ꝓuidendum est
paci omniū ꝓuinciaꝝ nec putare debetis· si diuersa iubemus ex aī
nostri venire leuitate sed ꝓ qualitate ⁊ necessitate tempū ut reipu,
poscit ~~possit~~ vtilitas ferre sententiam. ¶ Ad primum ergo ē dicendum q
illa que sūt decisa ⁊ ordinata causa ordinatōnis ⁊ decisionis nō mu
tata mutari ⁊ ꝑturbari non debent ꝫ mutata cā ī bonum vel ī ma-
lum pnt sic ordinata & decisa aliter mutari ⁊ aliter ordinari. ¶ Ad
scdm ē dicendum q argumentum soluitur in eadem decre· allegata
quia ibi dicitur ius ⁊ potestas eligēdi impatorem ad sedem aplicā
ꝑtinere sicut ergo a sede aplica ptas eligendi impatorem electoribꝰ
ē concessa ita a ꝑdicta sede pot eis auferri, ¶ Ad tercium ē dicendum
q scandalum actiuū semper est vitandum· Sꝫ scandalū passiuum
quandoq potius est permittendum q veritas doctrine uel equitas
iusticie obmittat·

AD quartum sic ꝓceditur videtur enim q papa ꝑdict os electo-
res non possit de alia regione facere q de alamania· Dicit enī
gg· ⁊ ponitur xxv·q· ij· absit a me ut statuta maioꝝ cum sacerdoti-
bus meis ī qualibet ecclia infringam quia michi iniuriam facō si fra
trum meoꝝ iura ꝑturbo· Sed ꝑturbatō iuris illarum ecclarum esset

Maguntinensis Colonienſ & Treuerenſ ſi de alia regione ordina-
rent̃ electores· ꝑꝑ ergo non pot̃ hoc facere· ¶ Preterea idem g̃g· dicit
cauſa & queſtione ſupradicta· Sicut nr̃a defendimus ita ſingulis
quibuſq; ecc̃ijs ſua iura ſeruamus· iura ergo illaꝝ ecc̃iaꝝ ſup electõe
imꝑatoris ꝑꝑ non pot̃ auferre· ¶ Preterea qd̃ ordinatum ẽ ꝓ pace
& vnitate ecc̃ie ꝑꝑ immutare nõ pot̃· Dicit enim iuriſconſultus nul
la iuris ratio patitur ut que ſalubriter ꝓ vtilitate hominum intro-
ducuntur nos duriore interpretatõne contra ipoꝝ ꝯmodum produ-
camus· ſed tales electores pro pace ecc̃ie videntur eẽ ordinati ergo ꝑꝑ
hoc immutare non pot̃· ¶ In contrariũ eſt quia mutata cauſa mu
tari debet effectus· ſed cauſa quare de theutonia p̃dicti electores fuer̃t
ordinati fuit defenſio ꝓtectõ ⁊ liberatõ ecc̃ie de poteſtate tyrannorũ
mutata ergo tali cauſa poſſet mutari iuſte dignitas talis eis ꝯceſſa·
¶ Rñſio Dicendum ꝙ ꝑꝑe ẽ in omib̃ regnis mutare & tranſlatõꝫ
facere tam in electo q̃ꝫ in electorib̃ ꝓꝑter duo· Primo quia vicarius
ẽ illius qui regnum a gente in gentem tranſfert ꝓꝑter iniuſticias &
iniurias & contumelias & diuerſos dolos ut ſcribit̃ ecc̃iaſtici x· Se-
cundo quia ipe ſolus habet conſiderare finem totius ecc̃ie ⁊ ad dictũ
finem omnes ordinare ꝑ debita remedia· Dicit enim yſidorus in li·
de ſũmo bono· ꝙ poteſtates ſeculares intra ecc̃iam neceſſarie nõ eẽnt
niſi ut ꝙ nõ preualet ſacerdos efficere ꝑ doctrine ſ̃monem poteſtas
hoc imꝑet ꝑ diſcipline terrorem quia ſepe celeſte regnum ꝑ regnum
terreſtre ꝓficit ut qñ aliqui intra ecc̃iam poſiti contra fidem & diſci-
pline ecc̃ie agunt rigore principum conterantur· quando ergo ſũmꝰ
pontifex hoc videret talem finem magis valere ꝑſonas alicuius re-
gni uel regionis q̃ꝫ alterius poſſet iuſte huiuſmodi tranſmutatõneꝫ
facere. ¶ Ad primum ergo ẽ dicendum ꝙ illa iura non ſũt conceſſa
illis ecc̃ijs ꝑ ſingularem ipaꝝ vtilitatem ſed ꝓꝑter totius ecc̃ie vniuẽ
ſalis & ꝑꝑli xp̃iani pacificam vnitatem ⁊ ideo quando ꝓꝑter talem
cauſam ſubtraherent̃ eis illa iura abſq; ꝑ turbatõne iuris ꝓꝑij fieri
poſſet. ¶ Ad ſcdm eſt dicendum ẽ dicendum ꝙ ſummus pontifex ẽ
paſtor communis totius ecc̃ie· Et ideo ius cuiuſlibet ecc̃ie ꝑticularis
ſic debet defendere ꝙ non derogetur iuri ꝯmuni boni qd̃ eſt preferen-
dum cuilibet bono priuato· ¶ Ad terciũ eſt dicendum ꝙ pax ecc̃ie cõ
ſiſtit in obſeruatõne diuine iuſticie quia iuſticia ⁊ pax oſculata ſunt

plerũq; vero q̄ talis pax magis aliqñ habet̃ ꝑ mutatõz & diuisiõez aliquoꝝ q̄ꝫ ꝑ eoꝝ ꝯiunctõnem. Vnde saluator math̃. x. dicit. Nolite arbitrari q̄ venerim pacem mittere in terram quia non veni pacẽ mittere sed gladiũ.

Ad quintum sic ꝓceditur videtur enim q̄ ꝓp̄ non possit alteri ꝑti eligentium fauere quia ꝓp̄ non debet eẽ acceptor ꝑsonarum Scribit̃ enĩ ad Rõ. ij. q̄ nõ ẽ ꝑsonaꝝ acceptõ apud deum. sed papa ẽ vicarius dei non ergo debet vni ꝑti magis q̄ꝫ alteri fauere. ¶ Preterea ꝓp̄e ⁊ omĩbꝫ iudicibꝫ dicitur ysa. xxx. Hec ẽ via ambulate ĩ ea ⁊ non declinetis ad dexteram neq; ad sinistram. nõ ergo debet papa magis ad vnam ꝑtem electoꝝ declinare q̄ꝫ ad aliã. ¶ Preterea dicit ysido. in li. de summo bono, Omnis qui recte iudicat stateram ĩ manu sua portat ut iusto libramĩe quedam ꝑ equitatem corrigat quedã vero ꝑmiseratõnem indulgeat. non debet ergo papa vni ꝑti maiorem fauorem p̃bere q̃m alteri. ¶ In contrarium ẽ qd̃ scribit̃ ext̃ d̃ elec. c. venerabilem. ¶ Rñsio Dicendũ q̄ sicut dicit damascenꝰ ij. li. c. xx. Electio ẽ duoꝝ exñtium vnum pre altero eligere. Si ergo contingat electores imꝑatores duos eligere ad papam ꝑtinet alteri ꝑti ĩ hoc fauere ut vnum illoꝝ p̃ altero eligat quem magis cognoscit esse ꝑdoneum ꝓ aduocatõne & defensione ecc̃ie ut cui fama vita & iusticia magis suffragantur vel qñ altera ꝑs vocata & expectata nollet eligere uel ad eligendum cõuenire. vnde scribitur ext̃ de elec. c. assignato. Que autem in electõne imꝑatoris vota principum diuiduntur post admonitõnem ⁊ expectatõnem alteri ꝑtium fauere possumus maxime postq̃m a nobis vnctio coronatio ⁊ consecratio postulatur iure patet ꝑiter & exemplo. iure quidem quia si principes vocati & expectati voluerint ꝯuenire sedes apl̃ica aduocato & defensore carẽ non debet. Exemplo vero quia cum lotarius ⁊ Conradus in discordia fuissent electi Romanus põtifex lotariũ coronauit ⁊ imperium obtinuit coronatus. ¶ Ad primum ergo ẽ dicendum q̄ acceptio persone contra veritatem doctrine uel equitatem iusticie seu bonitatem vite peccatum ẽ. Sed p̃ferri vnam ꝑsonam alteri non ratõne ꝑsone sed ꝓpter ista tria non ẽ acceptio ꝑsone. ¶ Ad scd̃m ẽ dicendum q̄ sicut scribit̃ ꝓuerb̃. iiij. viasq; a dext̃is sũt nouit dñs. ꝑuerse vero sũt que a sinistris. sũt fauere ergo ꝑsone ꝓpter bonitatem vite & eq̃tatez

iusticie nō est declinare a dexteris sed ē dexteram alīs doctrine viam custodire. ¶ Ad terciū est dicendū q̄ stateram in manu tenere est iusticie fauere. vnde cum p̄p alteri ptium eligentiū fauorem p̄bet p̄pter equitatem iusticie non ratōne p̄sone non destitit p̄pter hoc stateram in manu portare.

AD vj. sic p̄ceditur videtur enim q̄ p̄p̄ non possit impatorē facere p hereditariā successionem sicut p electōnez quia dominiū impiale non debet exponere casui ꝛ fortune. Sed si impator fieret p successionem exponeretur dominiū impiale casui ꝛ fortune quia ne sciret cuius zeli ꝛ discretōis eēt filius regnaturus post eum ergo nō p hereditariam successionem debet fieri sed p electōnem solū. ¶ Preterea scribitur extra de elec. q̄ ecc̄ia non debet carere aduocato ꝛ defensore sed magno tempore careret huiusmodi aduocato ꝛ defensore si huiusmodi dominiū p successionem hereditariā filioꝝ transferretur ergo nē. ¶ Preterea talis debet ī impatorē eligi qui alios excedit ī liberalitate ꝛ potestate ꝛ reipu. ꝛmunitate. Sed talia magis apparent si eligitur p̄sona q̄p̄ si remittitur dominiū ad successiuā hereditatem filioꝝ magis ergo tale dominiū debet currere p electōnem q̄m p hereditariā successionem. ¶ In contrariū est quia impiale dominiū spectat ad ecc̄iaz de iure positiuo sicut ergo ecc̄ia ordinauit huiusmōi dominiū fiendum p electōnem ita pōt ordinare q̄ vadat p hereditariam successionē. ¶ Rñsio Dicendum q̄ ecc̄ia indiget impatore tā q̄m aduocato ꝛ defensore p statu pontificis p̄lentis vite. Scribit enī x. di. c. q̄m idem ꝛ xc vj. di. c. cum ad verum. q̄ xp̄iani impatores p eterna vita pontificib⁹ indigent. Pontifices vero tantūmodo p cursu rer tempaliū impialib⁹ legib⁹ vtant quatinus spūal' homo nō implicet se negocijs secularib⁹ hac de causa apl's p̄mo ad thym. ij. p̄cepit oratōnes ꝛ obsecratōnes fieri p regib⁹ ꝛ omīb⁹ qui in sublimitatib⁹ sūt ut quietā ꝛ tranquillam vitam agamus in omī pietate ꝛ castitate ꝛ p tali fine biere. etiā p regib⁹ ꝛ infidelib⁹ mandauit oratōnes fieri. Scribitur enim Baruch i. Orate p vita nabucho donosor regis babilonis ꝛ p vita filij eius sez balthasar ut sint dies eoꝝ sicut dies celi sup terram ꝛ viuam⁹ sub vmbra ip̄oꝝ ꝛ iueniā⁹ gratiam in conspectu eoꝝ. Quando ergo p̄p̄ videt p̄plo xp̄iano magis pacem vari p hereditariam successionem imperij q̄m p electōnē

puto q̄ sic̄ posset ordinare istud sicut ordinauit illud. ¶ Ad primum ergo est dicendum q̄ non exponeretur casui & fortune dominiū imperiale eo q̄ filio nato p̄nt associari boni cōsiliarij & sapientes viri quoꝝ consilio ⁊ prudentia respu. posset bene tractari ⁊ ec̄cia iuuari in eius oportunitatibꝫ. ¶ Ad scm̄ est dicendum q̄ non careret aduocato ⁊ defensore magno tempe ec̄cia eo q̄ per sapiētes sibi datos posset huiusmodi aduocatō & defensio fieri q̄ si spreto consilio sapientum ⁊ dimissa societate bonoꝝ vellet priuatum bonum & p̄prium appetitum sequi iam non eēt tyranꝰ. ¶ Ad tercium ē dicendum q̄ filij nobilium debent instrui ⁊ nutriri in bonis moribꝫ ⁊ sic habituari in liberalitate & ut sint dei ec̄cie & iusticie amatores quia talia reperiuntur ī eis actualiter cum ad dominiū p̄ueniūt sicut inuenirent in persona que eligeretur.

AD vij. sic p̄cedit videtur enim q̄ p̄p̄ melius facit ordinando imperiū p electōnem q̄m si p hereditariā successionē impiū transiret quia non posset papa auferre tale dominium q̄n̄ placeret ergo nc̄. ¶ Preterea sup illo verbo incensa igni & suffossa dicit aug. q̄ omia mala p̄cedunt ex amore male inflāmante & ex timore male humiliante. Ex amore ergo priuati boni uel ex timore p̄dendi huiꝰ modi priuatum bonum impator dominium non recognosceret ab ec̄cia exquo ex hereditaria successione & ex antiqua consuetudīe eēt sibi quasi in naturam cōuersum. ¶ Preterea si impator sit p electō nem semp recognoscunt̄ illi qui sunt ō p̄te ec̄cie q̄ō non contingeret si tale dominium ordinaret transire p successiuam hereditatē. ¶ In contrarium ē quia magna sollicitudo debet p̄p̄e populum x̄pianum in pace seruare. sibi enim ⁊ alijs prelatis dicit̄ ad ephe. iiij. Solliciti seruare vnitatem spūs in vinculo pacis ꝫ magis seruarent̄ in pace fideles ec̄cie si imperium ordinaret̄ per hereditariā successionem q̄m per electōnem sicut expimentaliter videmus in regnis que hereditario ⁊ p̄petuo dominio reguntur. ¶ Rn̄sio Dicendum q̄ consideratis gestis ⁊ condictōnibꝫ hominum quas expimentaliter nunc videmꝰ satis videt magis expediens ec̄cie p̄ pacifico statu suoꝝ fideliū ordinare īperiale dominiū p hereditariam successionē q̄m per electionē p̄nt enī in dominio imperiali tria considerari. Primū est ipius imperatoris imperantis affectō. Naturale nāq̄ ē ut dicit pbus p̄mo polli.

ut quilibet afficiat̃ ad bonũ ꝓprium sicut nat̃ale ẽ ꝙ homo ad seip̃m amiciciam habeat. Ex quo ẽgo impator sciret imperiũ sibi deberi nõ solum ad vitam sed ꝑ hereditariam successionem in ꝓprijs filijs magis conaret̃ ad iusticie obseruatõnem ⁊ ecc̃ie defensionem ⁊ ꝓtectõz ex quo sciret se ad hunc finem imperiũ ꝓ se & suis filijs ab ecc̃ia recepisse, Scd̃m ẽ ꝑpl̃i obedientis nat̃alis subiectio. Consuetudo nanq̃ ẽ quasi altera nat̃a. Exquo igit̃ fideles ecc̃ie ꝑ diuturnam ꝯsuetudĩez eẽnt assuefacti impio obedire & ecc̃ie famulari cuius ip̃e impator minister non faciliter rebellarent quia considerarent semꝑ durum esse contra stimulũ recalcitrare. Tercium ẽ ecc̃ie imperium ordinantis ĩpugnatio quia enĩ ecc̃ia ex morte impatoris ⁊ qñq̃ ex discordia electoꝝ magno tempe caret impatore aduocato & defensore plura bella & prelia litigia ꝑcipit insurgere in suis fidelibꝫ & plerunq̃ ip̃a met ecclesia a suis vasallis ꝑuipenditur & impugnatur sicut exꝑimẽtaliter omĩ die videmus. Ad obuiandum ergo supradictis & alijs suꝑuenientia impedimenta que occurrũt ex carentia rectoꝝ in ꝑtibꝫ ytalie satis puto ꝙ ecc̃ia melius faceret si imperium ordinaret ꝑ hereditariam successionem q̃ꝫ ꝑ electõnem. Ad primum ergo est dicendũ ꝙ non sequitur ꝙ regnum Apulee & sicilie concedit ecc̃ia ꝑ hereditariam successionem & tñ pot̃ auferre quando placet si contingat regem & successores eius transgredi iuramentũ & pacta inter ip̃m & ecc̃iam ordinata sic recepto iuramẽto ecc̃ia ab impatore ⁊ ordinatis pactis ex transgressione ip̃oꝝ posset ecc̃ia auferre impium ab eo & a successoribꝫ eius. Ad scd̃m ẽ dicendum ꝙ sermones morales qñq̃ sicut affirmatiue ligant sic negatiue soluunt̃. ex amore nanq̃ bene inflãmante & ex timore bene humiliante ꝓcedunt omĩa bona magis autem ſm rectam ratõnem arbitrandum ẽ ꝙ impator deberet bene inflãmari ex bono suo exquo videret ip̃m ꝑpetuari in suis filijs q̃ꝫ male ⁊ ꝙ magis deberet bene humiliari ex timore ne priuaret̃ ĩ se & in suis filijs tali bono q̃ꝫ si priuaret̃ in se tm̃. Ad terciũ est dicendũ ꝙ ecc̃ia nõ debet hr̃e ꝑtem sed totum. Sponsa enĩ est illius qui solem oriri facit suꝑ bonos & malos & pluit suꝑ iustos ⁊ iniustos. Vnde nullã ꝑtem debet recognoscere ĩ iusticie obseruatõne ſꝫ in beneficioꝝ largitõne illis pl̃a debet impendere q̃s magis dignos & virtuosos recognoscit.

Ad viij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ ꝓp̄ melius faceret eligēdo plures impatores q̄m vnum quia plura cognoscunt plures homines q̄ꝫ vnus sicut plura vident plures oculi q̄m vnus oculus. Sed ad regendum fideles ecc̄ie & obuiandum malicijs eorum maxima visio requiritur. melius ē ergo eē plures impatores q̄ꝫ vnum, ¶ Pretea ad cohercendum malorum prauitates maximum posse requirit̄. sed plura pn̄t plures principes q̄ꝫ vnus princeps. sicut plura pn̄t pl'es manus q̄ꝫ vna manus. melius ē ergo esse plures impatores q̄ꝫ vnū ¶ Preterea ad rectum regimem impiale requirit̄ maxime ut non ꝑuertatur ꝑ passiones ⁊ concupiscentias nec corrūpatur p̄cio uel p̄cibꝫ. Sed facilius ꝑuertit̄ uel corrumpit̄ vnus q̄ꝫ plures. melius est ergo plures impatores esse q̄ꝫ vnum. ¶ In contrarium ē quia ecc̄ia non debet obligare suos fideles ad impossibilia ꝟuicia. sed scribitur math̄. vj. ꝙ homo non pot̄ duobꝫ dominis ꝟuire aut enī vnū odio habebit & alterꝫ diliget. ⁊ vnum sustinebit & alterꝫ contemnet ut sibi subdatur. ¶ Rn̄sio Dicendum ꝙ loquendo de regimine recto & nat̄ali & non tyrannico melius ē simpliciter quālibet multitudinez regi vno principe q̄ꝫ pluribꝫ principibꝫ. Cuius ratio ē quia plures principes uel dominantur ut plures & ut discordiam habent ad inuicem uel ut sūt vnum & ut habent concordiam. Si ut plures ⁊ ut discordes sunt tale dominiū ꝓpetuari non pot̄ dicente saluatore luce xj. Omne regnum in se diuisum desolabitur & domus supra domū cadet. si vero dominant̄ ut vnum & ad inuicem habent concordiam ⁊ vnitatem cum ꝓpter qd̄ vnumqd̄ꝫ & illud magis ex quo dominari plures intm̄ est bonum regimen inq̄ntum tenet locum vnius melius ē ꝟm rectum dominiū dominari vnū q̄ꝫ plures. vnde ph̄us in fine xij. metha. dicit ꝙ quia entia nolūt male disponi nec bona est pluralitas principum & principatuū. ideo cōcludit vnus ergo p̄nceps & vnus principatus. ¶ Ad primum ergo ē dicēdum quia etsi plures impatores eēnt ꝑ seip̄os non possent omīa videre & ꝯgnoscē nisi haberent eis adiunctos multos sapientes & multos videntes. debet ergo impator & quilibet alius princeps multos sapiētes sibi adiungere de quoꝝ consilio videat & deliberet que agenda sūt. etiā cū eum irasci ⁊ ꝑturbari contingit sapientum consilio vti debet. Vnde scribitur hester p̄mo ꝙ iratus rex assuerus ⁊ nimio furore succēsus

interrogauit sapientes qui ex more regio semp ei aderant ⁊ illorum faciebat cuncta consilio scientiū leges ac iura maiorꝝ. ¶ Ad scdm ē dicendum ꝙ virtus vnita potentior ⁊ fortior est seipa dispersa fortiꝰ est imperiū p dominium vnius q̄ꝫ p dominiū plurium potissime qn̄ plures principes reguntur dominio vnius. ¶ Ad tercium est dicendum ꝙ recte dominantem nō contingit puerti seu corrumpi nisi velit spernere consilium bonorū ⁊ adherere consilio malorꝝ modo quo fecit hieroboam filius salomonis qui spreto consilio senum adhesit consilio iuuenum, Sed tunc magis censendus est tyrannizare q̄ꝫ recto regimīe impare,

¶ Questio xxxvj. de imperij deriuatōne.

NVnc considerandum ē de imperij deriuatōne circa qd̄ querunt̄ vij. Primo vtrum ꝑꝑtus fuit ante imperiuꝫ. Scdo vtrum ꝑꝑatus deriuatus sit ab imperio. Tercio vtrum ꝑꝑ saltem tempale dominiū ab impio recognoscat. Quarto vtrum impator ī dominio tempalium sit maior ꝑꝑ. Quinto vtrum impator sit maior ꝑꝑ in dignitate. Sexto vtrum impator sit maior ꝑꝑ ī causalitate. Septimo vtrum imperator sit maior papa in auctoritate.

AD primum sic ꝓceditur videt̄ enim ꝙ ante fuerit imperium q̄ꝫ ꝑꝑtus quia in primo statu ante peccatū fuisset dominiū. Scdm enī phm. Vigentes intellectu sunt apti dominari ⁊ alijs imperare Pollentes vero viribꝫ corpalibꝫ debent alijs seruire ⁊ ministrare. Planum ē enim ꝙ in primo statu ante peccatum aliqui viguissent magis intellectu & aliqui minus. ¶ Preterea in scdo statu post pctm tempe legis nature fuit dominiū regale. Scribitur enim gen̄. xv. ꝙ quatuor reges pugnauerunt aduersus quinq̄ in valle siluestri nec dum erat dominiū ꝑꝑale. ¶ Preterea tempore legis scripte saul fuit rex primus in israhel nondū instituto ꝑꝑtu. ¶ Preterea ꝑꝑtus incepit in petro. sed ante fuerunt multi impatores sicut patet de tyberio & iulio cesare ⁊ de multis alijs. ¶ In contrariū ē quia idem ē dominium ꝑꝑe & dominiū xp̄i sicut idem ē dominiū delegantis & delegati. petrus aūt & alij apl'i xp̄i legati fuerūt iuxta illud ij. ad chorinth. v. ꝓ xp̄o enim legatōe fungimur. sed de dominio xp̄i scribit̄ ꝓuerb.

viij. p me reges regnant ⁊ legum conditores iusta decernũt. p me principes impant & potentes decernunt iusticiam. ¶ Rñsio Dicendum ꝙ de dominio legali seu impiali dupliciter possumus loqui. Primo ut est vsurpatum & tyrannicum. scdo ut est naturale ⁊ polliticum. primum ē pmissum in penam damnantiũ ⁊ in penam peccantiũ atq; in correctõnem maloꝝ. scdm est concessum in remedium peccati ꝓpter pacem iustoꝝ. Primum ergo dominiũ vsurpatum ⁊ tyrannicum fuit ante sacerdotium. Dicit enim aug. xv. de ciui. dei. c. xix. ꝙ primus regum terre fuit ipe Cayn. scds eius filius enoch ĩ cuius nomĩe vbi regnaretur condita est ciuitas. vnde scribitur genes iiij. ꝙ cognouit Cayn vxorem suam ⁊ concepit ⁊ pepit Enoch ⁊ edificauit ciuitatem quã nomĩauit ex nomĩe filij Enoch postmodũ omes geniti ex maledicto semine Cayn vsurpatiue & tyrannice dominiũ sibi acquisiuerunt. sed dominiũ naturale & polliticum & recto ⁊ iusto titulo acquisitum secutum ē sacerdotium quia tale dominiũ ĩ ministerium sacerdotij ⁊ in tuitõnem & defensionem ecc̃ie concessum est. Vnde dicit ysidorus in libro de summo bono Cognoscant p̃ncipes seculi deo debere ratõnem reddere ꝓpter ecc̃iam quam a xp̃o tuendaꝫ suscipiunt. nam siue augeatur pax ecc̃ie p fideles principes siue soluatur ille ab eis ratõnem exigit qui eoꝝ potestati suam ecc̃iam credidit. Planum ē autem ꝙ sacerdotiũ statim post diluuium institutuꝫ fuit in psona melchisedech qui summũ sacerdotem qui nunc est significabat sicut expresse dicit glõ. geñ. xiiij. Vnde sup illo verbo hic est enim melchisedech sacerdos dei summi. dicit hiero. ꝙ melchisedech aiũt hebrei fuisse ~~scdm~~ filium noe ⁊ ꝯputatõne annoꝝ oñdunt eum vsq; ad ysaac vixisse & omnes primogenitos a noe vsq; ad aaron summos pontifices fuisse ita ut omnes qui iusto titulo dominio naturali & pollitico sũpserunt dominiũ ad reipu. defensionem & ecc̃ie dei tuitõnem vere p summos sacerdotes ordinati sũt. ¶ Ad p̃mum ergo ē dicendum ꝙ dominium ut dicit nat̃e gradus distinctõꝫ fuissꝫ ante peccatum. sed ut dicit vicõꝝ correctõnem & seruitutis subiectõꝫ quia qui facit peccatum seruus ē peccati ante peccatum non fuisset. ¶ Ad scdm est dicendum ꝙ tempe legis nature dominium regale ut fuit vsurpatum & tyrannicum ~~fuisset~~ pmissũ in punitõꝫ pctorũ quia deus ypocritam facit regnare ꝓpter peccata ꝓpli. sed dominiuꝫ

p principes fideles

sem

fuit

naturale & polliticum ut fuit concessum in remediū peccati ad reipu-
defensionem & ecclie tuitōnem secutum ē sacerdotiū quia sacerdotiuz
ē ordinatum in remedium peccati principaliter & affectiue. Domi-
nium vero regale seu impiale ē ordinatum in remedium peccati mi
nisterialiter & āminiculatiue, Vnde dicit glosa ggg. numeri xxxv. q
post mortem sūmi pontificis homicida iubetur reuerti ire in terram
suā q̄a humanum genus peccando mortem sibi intulit sed post mor
tem ueri sacerdotis xp̄i absolutōnez sui reatus accepit. ¶ Ad terciū
ē dicendū q saul constitutus ē rex ex clamore ppl̄i quasi ī cōtemptū
samuelis p illo statu locum sūmi sacerdotis tenentis. vnde ex hoc a
deo reprobatus est & tamen non ~~ppter~~ samuelem in regem ordinat⁹
ē. Vnde scribitur primo regum octauo quia displicuit ſmo ppl̄i po-
tentis regem in oculis samuelis dn̄s dixit ad eum. audi vocem ppl̄i
in omnib⁹ que loquuntur tibi quia te non abiecerunt sed me ne re-
gnēs sup eos. ¶ Ad quartum ē dicendum q dominiū ppl̄e possum⁹
considerare tripliciter vel quantum ad figuram vel q̄ntum ad p̄so-
nam uel quantum ad officium. Quantum ergo ad figuram officiū
ppl̄e precessit omnes impatores & omnes reges qui iusto titulo na-
turaliter ⁊ pollitice dominium sūpserunt quia summū sacerdotium
in melchisedech figuratum & significatum ē ut dictum ē supra per
glosam hiero. Quantū vero ad p̄sonam verum ē q dominiū ppl̄e
in beato petro incepit qui fuit primus papa quem planū est plures
impatores ⁊ reges precessisse in temporaliū admīstraōne non autē
quantum ad ip̄ius dominij iurisdictōnem quam nec ante nec post
nullus rex uel impator habere potest nisi a xp̄o & p consequens nisi
a pp̄ quia potestas xp̄i eterna ē que non auferetur ⁊ regnum ei⁹ qd̄
non corrumpetur ut scribit̄ danielis vij. Sed quantum ad officiū
ſm immediatam admīstratōnem aliquoꝝ tempaliū & ſm liberam
executōnem omnium sp̄ualium in tota orbe terrarum officium ppl̄e
post constantinum impatorem incepit.

Ad scd̄m sic p̄cedit̄ videt̄ enī q pp̄tus deriuatus sit ab imperio
Scribit̄ enim primo machab̄. iiij. q iudas machabeus q̄ fuit
dux ppl̄i iudeorū elegit sacerdotes sine macula ut mundaret sancta
& sic sacerdotium ut videtur deriuatum est a iudicib⁹ & regibus &
& p consequens papatus ab imperio. ¶ Preterea electi ab electorib⁹

deriuant. Scribit in gestis beati gg. q cum electus eet in ppm & ipe coronaretur pontificalem dignitatem refugere scripsit Mauricio impatori ut sue electoni non preberet assensum hoc idem habet expsse xxj. di. c. in nomie dni. q impatoꝝ consensus requirebat in electoe summi pontificis. ¶ Preterea pesse alijs pprium est gentiliu. Dicit enim glo. sup illo verbo luce xxij. Scitis quia principes gentium dominant eorum et qui potestatem habent sup illos benefici vocantur q priuatum habere sup alios gentile esse saluator ondit. Et ideo mentem discipuloꝝ estuantem compatone gentilium extinxit. Cum ego pple & sacerdotale dominiu psidentiam quandam sup alios importet ab impatoribꝫ gentilium tale dominium videtur esse deriuatum ¶ In contrarium e quia sicut materia est ppter formam ita tempale & corpale videt ee ppt spuale. dominiu ergo impiale deriuatur & e ppter ipm dominium pple non autem ecouerso. ¶ Rnsio Dicendu q ista questio soluit p illud qd habetur extra d ma. & obe. vbi papa rndens impatori sic dicit Nosse debueras q fecit deus duo magna luminaria in firmamento celi. luminare maius ut pesset diei. & luminare minus ut preesset nocti. vtrunq magnum. s alterum maiꝰ ad firmamentum ergo celi hoc est vniuersalis eccie fecit deus duo luminaria quia duas instituit dignitates que sut pontificalis auctoritas & regalis potestas sed illa que preest diebꝫ puta spualibꝫ maior est que vero carnalibꝫ minor ut quanta est inter lunaꝫ & solem tanta inter pontifices & reges differentia cognoscatur, Planum est autem q luna deriuat a sole quantum ad eius formatonem quia ex illa luce que facta describit in gen. pma die tercio die postmodum formatus est sol. primo ut dyonisius dicit. deinde luna ac alie stelle et quantum ad eius lucis receptonem quia luna a sole suam lucem recepit. Vnde pater omnium planetaꝝ p astrologos ipe sol describitur. sic dominiu impiale uel regale deriuatur a dominio papali ul sacerdotali quantum ad eius formatonem uel quantu ad eius dignitatis uel auctoritatis receptonem, ¶ Ad primum ergo est dicendu q iudas machabeus non elegit sacerdotes quantum ad officium s qntum ad psonas quia de deputatis ad officium sacerdotale illos elegit quos ex sanctitate vite & ex fama ppli magis cognouit habere voluntatem in lege dni. ¶ Ad scdm est dicendum q qnq papa in

ecĉia primitiua ꝓpter vlulatōnem hereticoꝝ concessit aliqō ius impa
toribꝫ & regibꝫ tam in sūmi pontificis electōne q̄m in ecĉie guberna-
tōne· ideo ꝓ illo tunc ad depressionem inimicoꝝ indigebat regum ⁊
impatorum auxilio· Sed postmodum reassumpsit sibi gladiū coꝛre
ctōnis eoꝝ & reaccepit eis ius ecĉiasticum qō eis ex conditōne ipoꝛū
non conueniebat· ¶ Ad terciū est dicendū q̄ in iusto dominio non
includitur fastus uel ambicōsitas supbie hoc enim sine dubio genti
le est· Scribitur enim ecĉiastici xxxij· Rectorem te posuerunt noli ex-
tolli· esto in eis sicut vnus ex illis· sed quantum ad benignitatē con-
sulendi ⁊ regendi que iusto dominio supportatur sacerdotale ⁊ ꝑple
dominium non deriuatur ab impio & dominio gentilium sed ma-
gis econuerso·

AD terciū sic ꝓceditur videtur enim q̄ ꝑp saltem dominiū tem-
poꝛale ab impatore recognoscat· scribitur enī xcvij· di· c· cōstan 46.
tinus· q̄ dictus impatoꝛ constantinus coꝛonam & omnem regiam
potestatem uel dignitatem in vrbe Romana & in ptalia ⁊ in ptibꝫ
occidentalibꝫ apostolico concessit· ¶ Preterea scribitur eodem capitu
lo beato siluestro & omībꝫ successoꝛibꝫ eiusdem in presenti tradimus
pallatium nostri impij latranensi deinde dyadema videlicet coꝛonā
capitis nostri simul ⁊ frigium simulq̄ clamidem purpuream atq̄
tunicam coccineam necnō omia impialia indumenta & diuersa oꝛ-
namenta & omnem ꝓcessionem impialis culmis ⁊ gloriam ꝑatis
nostre· ¶ Preterea additur in dicto capitulo decreuimus itaq̄ & hō
ut ipe beatus siluester ⁊ successoꝛes eius dyademate videlicet & coꝛo-
na quam ex capite nostro illi cōcessimus ex auro purissimo & gem-
mis preciosis uti debeant ꝓ honoꝛe beati petri· ¶ In contrarium est
quia dominium spūale ꝑp̄a nullo recognoscit nisi a deo ergo nec do
minium tempale non nisi a deo recognoscere debet alꝫ ꝑp̄ p euiden
tiam facti duo principia eē fateretur· vnum spūaliū & aliud tempa
lium qō fuit erroꝛ manicheoꝝ vt augꝫ· dicit· ¶ Rñsio Dicendum q̄
dominium tempale quantum ad pñs tripliciter possumus conside-
rare· primo quantum ad ipoꝝ tempalium tyrannice ⁊ vsurpatīe ab-
latoꝝ restitutōnem, Pñt enī aliqui tyrannice ⁊ vsurpatiue dominiū
tempale habere uel quantum ad acquisitōnem quia in iusto titulo
⁊ tyranice huiusmodi dominiū acceperunt vel quantum ad vsum

& executõnem qua non vtuntur ad ꝓtectõnem ⁊ defensionem ecc̃ie sicut mĩsterialiter vti debent· multi nanq; impatores ante xp̃i aduẽtum dominiũ tempalium forte iusto titulo acceperunt & si p electõez pp̃li uel eoꝝ ad quos ptinebat domĩ effecti sũt quia tamen tali domi nio non mĩsterialiter vtebãtur in obsequium ecclesie & in defensiõz ecc̃iastice discipline seo potius ad eius impugnatõnem tale dominiũ tyrannicum ⁊ vsurpatum censendum erat. Dicit enim ysidorus ĩ li· de sũmo bono· q; principes seculi non aliter intra ecc̃iam potestatis adepta culmina iuste tenent nisi ut p eandem potestatem disciplinã ecc̃iasticam muniant & defendant· Scõo tempalium dominiũ possu mus considerare quantum ad immediatam admĩstratõnem quam impatores ⁊ reges ⁊ alij principes seculi habent ⁊ habuerunt alit̃ domĩ tempales non appellarentur nisi temporaliũ immediatam ad mĩstratõnem haberent· Tercio tale dominiũ possumus considerare quantum ad vniuersalem & totalem iurisdictõnem. Totalis enim & vniuersalis dñs spũalium ⁊ temporalium ẽ ipe xp̃us ⁊ vicarius eius sũmus pontifex· Columne enim celi contremiscunt & pauent ad nutum eius & sub eo curuant̃ qui portant orbem ut scribit̃ ĩ iob Primis ergo duobꝫ modis pp̃ bene potest recognoscere dominium tẽ porale ab impatoribꝫ ⁊ regibꝫ quia quantũ ad eoꝝ tyrannice ⁊ vsur pate ablatoꝝ restitutõz & quantũ ad eoꝝ immediatam admĩstratõez ecc̃ia ab impatoribꝫ recepit ⁊ recipit temporalia· Seo quantum ad vniuersalem iurisdictõnem dominium tempale a nullo recognoscit nisi a deo huius signum est quia si pp̃ iniuste tempalia recipet ul̃ q; inuste vteretur coram nullo principe posset duenire ⁊ a nullo possz iudicari nisi a deo solo· Et p hunc modum pot̃ responderi ad omẽs ratõnes supius adductas quia beatus siluester non recepit illa tem poralia a Constantino quantum ad dominij recognitõnem seo q̃n tum ad immediatam aliquoꝝ tempalium ad ministratõnem quoꝝ ecc̃ia ante non habebat ul̃ quantum ad ip̃i ecc̃ie ⁊ fidei catholice de fensionem quia sicut dictus cõstantinus ante receptõnem baptismi vtebatur dominio tempalium tyrannice & vsurpatiue ad ecc̃ie im pugnatõnem & xp̃ianoꝝ psecutõnem ita postmodum sicut dei mi ster vsus est tali dominio ad ecc̃ie exaltatõnem & xp̃iane fidei defen sionem· Nam multa priuilegia concessit ecc̃ie ĩ fauorem xp̃iane fidei

sicut in legenda beati siluestri habetur.

AD quartum sic ꝓceditur videt̃ enim ꝙ impator sit maior ꝑp̃ ĩ dominio tempalium. Dicit nicolaus ꝑp̃ ⁊ ponit̃ xcvj. di. c. ad verum. ꝙ vltra nec impator sibi iura pontificatus arripiat nec pontifex iura impatoꝝ vsurpet quoniam idem mediator dei & hominũ homo xp̃us hiesus actibꝫ ꝓp̃ijs & dignitatibꝫ distinctis officia p̃tatis vtriusqꝫ disernit. sed si ꝑp̃ diceret̃ maior impatore in tempalibꝫ vsurparet ius eius ergo nec debet dici maior ip̃o in tali dominio. ¶ Preterea iuramentum fidelitatis prestatur ab ip̃is regibꝫ & impatoribꝫ cum accipiunt admĩstratõnem temporalium, Non autem tale iuramentum p̃statur ꝑp̃e ergo in dominio tempalium ꝑp̃ non est maior impatore ul' quocũqꝫ alio rege. ¶ Preterea beatus amb. dicit & ponit̃ xxiij. q. viij. c. conuenior. Tempalia impatoꝝ sunt ad impatoris palacia ꝑtinent ad sacerdotem vero ecc̃ie in tempalibꝫ ergo impator est maior ꝑp̃. ¶ In contrarium est quia in eo cuius meꝝ dominium homo habet non potest conuenire coram alio si delinquat, Sed quicunqꝫ xp̃ianus rex vel impator si delinquat potest ꝯueniri coram ꝑp̃ ut patet xj. q. i. Quicunqꝫ litem habens ergo nullius rei tempalis ul' sp̃ualis meꝝ & sup̃mum dominium habet nisi ꝑp̃. Rñsio Dicendum ꝙ hug. in decreto supra allegato cum ad verum. tria videt̃ dicere de dominio impiali ⁊ ꝑp̃li cõtraria supra dictis. Primo nanqꝫ dicit ꝙ impator p̃tatem gladij ⁊ dignitatem impialem nõ recepit ab apl'ico sed a principibꝫ & ꝑpl'o ꝑ electõnem cuius contrarium supra determinatum est. Quicquid enim fuerit de impatoribꝫ preteritis modernorum tñ impatorum electio planum est ꝙ pertinet ad summum pontificem vel immediate ꝑ seip̃m uel per electores quos ip̃e sũmus pontifex ordinauit. scdo dicit ꝙ ante fuit impator q̃m ꝑp̃ & ꝙ dicte potestates impiales & apl'ice sunt discrete & diuerse quoꝝ vtrunqꝫ indiget distinctõne. Verum est nanqꝫ impatorem fuisse ante papam q̃ntum ad ꝑsonam sed non q̃ntum ad officiũ ⁊ figuram. Successit enĩ ꝑp̃tus & sacerdotium xp̃i sacerdotio leuitico. Et sacerdotiũ leuiticum successit sacerdotio legis nat̃e sicut apl's dicit ad heb. vij. Vnde vniuersaliter sacerdotiũ fuit ante imperium sicut supradictum ẽ nec dicte potestates sũt discrete & diuerse quia vna non reducat̃ in aliaꝫ vtraqꝫ enim est a deo imperialis & apl'ica. sed apl'ica & sacerdotalis

ĩmediate. Impialis vero mediãte apl'ica & sacrdotali. Tercio dicit
q̃ ꝓ̃ sit maior impatore in spũalibꝫ. Sed impator maior ꝓ̃ in tem
poralibꝫ. Sed si sic eẽt pari ratõne imperator posset dici maior xp̃o ĩ
temporalibꝫ. Non enim ẽ imperator maior papa in temporalibꝫ ni-
si ꝓpter immediatum vsum & immediatam executõnem ꝑm quem
modum impator maior deo dicit̃ quia deus non habet immediatũ
vsum ⁊ immediatam executõnez tempaliũ, Non enim ip̃e mandu
cat carnes thauroꝝ aut sanguinem hircoꝝ potat nec equitat equos
p̃cedente turba famuloꝝ & armatoꝝ & tñ ip̃e dicit ĩ psal. vbi ista le-
guntur. Deus ẽ orbis terre & plenitudo eius & dominum vniuerso-
rum se nomĩat nec quia celos sibi reꝑauit terram etiam ad vsum cõ
cessit filijs hominum iuxta illud psal. Celum celi dño terram autem
dedit filijs hominum ꝓpter hoc dicendum ẽ q̃ filij hominũ sint ma-
iores deo in terrenis & deus sit maior homĩe in celestibꝫ. qd̃ enim sim
pliciter dicitur sine additamento dicitur. & ideo sicut deus dñs vniũ
sorum est temporalium ⁊ spũalium quantũ ad vniuersalem iurisdi
ctõnem. sic papa vicarius eius in spũalibꝫ ẽ maior quocũq; alio re-
ge uel imperatore. ¶ Ad primum ergo est dicendũ q̃ papa non de
bet vsurpare immediatam executõnem uel admĩstratõnem tempa
lium ne ꝓpter talem executõnem implicet se negocijs secularibꝫ sic̃
nec imperator immediatam executõnem spũalium debet habere tũc
enĩ illa abusio req̃ret̃ q̃ carnalis hõ ĩ rebꝫ diuinis presidere videret̃
& spũalis homo carnalibꝫ negocijs implicaretur. sed ex hoc nõ sub-
trahit̃ dominium temporalium ip̃i pape quin in delictis & violen-
tijs non possit imperatores & reges corrigere ⁊ eos dominio tempo
ralium priuare si contingat eos fore facere. ¶ Ad scd̃m est dicenduz
q̃ iuramentum fidelitatis ab ep̃is non debet prestari regibꝫ uel im-
peratoribꝫ q̃ ab eis r̃cognoscant temporalium immediatam iurisdi
ctõnem. Tale enim iuramentum solum prestandum est pape q̃ sup
temporalia & spũalia huiusmodi iurisdictõnem vniuersalem habet
in toto orbe. sed bene potest eis prestari iuramentum ut ab eis reco-
gnoscant immediatam temporalium executõnem uel administratõz
potissime in terris & in regnis vbi ecc̃ia immediatam administra-
tõnem temporalium nõ habet. ¶ Ad tercium ẽ dicendum q̃ amb.
intelligit temporalia eẽ imperatoꝝ quantũ ad vsum & executõnem

non quantum ad vniuersalem dominatõnem & transmutatõz · dei enim solius & vicarij hiesu xp̄i ē tale dominiũ quia ad eum spectat temporalia ⁊ regna terre transmutare ⁊ ordinare · vnde dicit̄ danielis iiij · Tempa quoq; mutabuntur sup̄ te donec scias q̄ dominetur excelsus sup̄ regnum hominum & cuicunq; voluerit dabit illud ·

AD quintum sic p̄ceditur videtur enim q̄ imp̄ator sit maior p̄p̄ in dignitate · Scribit̄ enī xcvij · di · c · cõstantinus q̄ sicut imperialis existit decorata milicia · ita clerum sancte romane ecclesie adornari decreuimus & patrónos & consules effici nec nõ in ceteris dignitatib⁹ imp̄ialib⁹ eos p̄mulgamus decorari videtur ergo imp̄atorem excedere p̄p̄m in dignitate exquo eius dignitas ex dignitate imp̄iali videtur eē deriuata. ¶ Preterea illud qd̄ inest cause & causato dignius est in causa q̄ in causato · Sed scribitur eadem di · & c · Sic̄ nostra ē terrena imp̄ialis potestas · ita sacrosanctam romanā ecc̄iaz decreuimus veneranter honorare & amplius q̄m nostrum imperiũ terrenumq; thronum sedem sacratissimam beati petri gloriose exaltare tribuentes ei potestatem gloriam & dignitatem atq; vigorem & honorificentiam imp̄ialem · ¶ Preterea p̄p̄ ē vicarius xp̄i sed maior & dignior fuit xp̄us in eo q̄ imp̄ator & rex q̄m ī eo q̄ sacerdos · Nā ī eo q̄ sacerdos passus est & mortuus in eo q̄ rex a mortuis resurrexit · ergo maior ē dignitas imp̄ialis q̄m p̄p̄lis · ¶ In contrarium est qd̄ scribitur xcvij · di · c · duo quippe · vbi ex auctoritate beati amb̄ · dicit̄ q̄ non tam aurũ p̄ciosius est plumbo q̄ regia p̄tate dignior sit ordo sacerdotalis · ¶ Rñsio Dicendum q̄ ad pñs non sit nobis cure per auctoritatem noui uel veteris testamenti seu p̄ aliam ratõnem ostendere dignitatem p̄p̄lem imp̄ialem excedere sed solum p̄ exempla imp̄atorum gentilium · Scribitur enim de allexandro imp̄atore q̄ cũ veniret in iudeam cum p̄posito destruendi ⁊ extermīandi ip̄am ī visione habuit q̄ ioiade sũmo sacerdoti sibi obuiam venienti honorē deberet impendere tanq̄m sup̄iori & digniori se qd̄ sic fecit quia statī ut eum vidit pontificalib⁹ vestib⁹ ornamentum ⁊ laminā vbi erat nomen domini scriptum s̄m legem anteq̄m in fronte pontificis de e quo descendit dignissimeq; eum veneratus ē de quo cum ammirarētur principes eius comitatum sequentes respondit q̄ non ip̄m adorasset sed deum cuius principatum ⁊ vicem gerebat in terris · Vnde

veniens cum eo hierusalem templum dñi cū maximis donis honorauit atq; barbaram cōtra iudeos ferocitatem deponens ipos ab oī tributo eximit ⁊ libertati donauit. In libello similiter sibille tyburtine scribitur q̄ cum in die natalis dñi templum edificatum a p̄mordio vrbis rome & corruisset, Cesar augustus intelligens maiorē dominum ipo eē in terra natum. p̄hibuit ex tūc ne quis eum dominū vocaret ⁊ cum p̄quireret diligenter a tyburtina sibilla quis esset verus deus in hoc mundo & cum illa oraculo se dedisset apparuit circa solem circulus & in medio circuli virgo pulcherrima puer gestans in gremio. Tunc sibilla ait. Respice inquit impator. Cum autez cesar stuperet ad visionem predictam audiuit vocem de celo dicentem Hec est ara celi. Et impatori dixit sibilla. hic puer maior te est. ideo ip̄m adora. qđ fecit. ex tunc precepit ne aliquis eum dominum vocaret p̄p̄ter qđ ille locus vocatur adhuc sancta maria de ara celi. Qui cunq; ergo non dubitat p̄p̄m verum eē x̄pi vicarium dubitare non debet eius dignitatem excellere omnem terrenam dignitatem imperialem ⁊ regalem. Ad primum ergo ē dicēdum q̄ non ē dubium q̄ milicia clericalis maioribz ⁊ melioribz ornamentis debet ornari q̄m militia imperialis que a sacerdotali militia deriuata est. Scribit enī sapie xviij. q̄ in veste poderis q̄ habebat aaron totus erat orbis terraz & pentum magnalia in quatuor lapidum ordinibus erant sculpta & magnificentia dei in dyademate capitis illius erat scripta.

nōnulli

Ad scđm ē dicendum q̄ causaliter nomia dignitatis ecclastice verum ē q̄ deriuata sunt a gentilibz magis q̄m a iudeis ⁊ potiꝰ imitantur gentiles in talibz dignitatibz q̄ imitentur iudeos non obstāte q̄ in sacerdotio iudeorum sit figuratum sacerdotiū x̄pi quantū ad dignitatem ⁊ causaliter effectualiter dignitas imperialis ⁊ regal' magis sit deriuata a dignitate sacerdotali q̄ econuerso. quia lex illa iudaica vbi dignitas sacerdotalis describitur p̄cularis erat respectu ritus gentilium qui dispersi erant vniuersaliter p̄ vniuersum orbez Vnde ecclia nostra que catholica ē & vniuersalis magis in dignitate imitatur ritum gentilium impatorū q̄ sacerdotiū iudeoz. Ad terciū est dicendū q̄ x̄pus vnus & idem fuit rex & sacerdos dignior tm̄ fuit ut liceat sic loqui in q̄ntum sacerdos q̄m in eo q̄ rex quia dignius fuit sua oblatione in cruce mortē vincere & celestem ianuam

fidelibꝫ apire q̃ꝫ a mortuis resurgere. vel potest dici ꝙ dignitas xp̃i inquantum rex accipit̃ quantum ad p̃mium glorie resurrectõis. ꝫ dignitas xp̃i inquantum sacerdos sumitur quantum ad meritum fructuose passionis. Vnde non ẽ inconueniens ꝙ alio ⁊ alio r̃spectu vna dignitas sit maior alia.

AD vj. sic ꝓcedit̃ videtur enim ꝙ impator sit maior p̃p̃ in causalitate quia causa primaria plus influit in suum causatũ q̃m secundaria ut dicitur in libris de caus. sed plus potest impator q̃ꝫ p̃p̃ cuius signum ẽ quia eum in suum auxilium vocat ad defensionem ecc̃ie. Preterea principium & causa idem sed impator ẽ primum mouens in corpalibꝫ ergo excedit in causalitate. Preterea oscula pedum & ꝓstratõnes prius exhibita sunt impatoribꝫ q̃m p̃p̃e ergo maior ip̃o in causalitate. In contrarium ẽ quia cause est influẽ motum & sensum in suum causatum. Sed motum directõnis & sensũ cognitõnis p̃p̃ influit in omnia membra ecc̃ie. in ip̃o enim viuimus mouemur & sumus. excedit ergo omnes ĩ causalitate. Rñsio Dicendum ꝙ sicut deus altissimus est causa omnium in triplici genere cause finalis efficientis ⁊ formalis ut dicit ꝯmentator xij. metha. sic p̃p̃ vicarius eius causa ẽ omniũ credentiũ mĩsterialiter. primo final' & supnaturalis finis demonstratõne. nõ enim pot̃ quis credere nisi audiendo nec audire sine predicante nec predicare nisi mittatur. Oportet ergo deuenire ad vnum a quo mittantur illi qui fideles ad finem supnat̃alem vocant & ista ẽ deductio apl'i ad romanos x. Secundo efficiens in omniũ credentium gubernatõne & motõne. non est enim abire in infinitum & in mouentibꝫ & motis & in rectoribus & rectis. Vnde dicit aug̃. iij. de ciuitate dei c. iiij. ꝙ quẽadmodũ corpora crassiora & inferiora ꝑ subtiliora ⁊ potentiora quodam ordine reguntur ita omnia corpa ꝑ spiritum vite. Et spũs vite irrõnalis ꝑ spiritum vite ratõnalem. Et spũs vite ratõnalis desertor atq; pc̃tor ꝑ spm̃ vite ratõnalem pium ⁊ iustum & ille ꝑ ip̃m deum ac si vniuersa creatura ꝑ creatorem suum ex quo & ꝑ quem ⁊ in quo cõdita atq; instituta ẽ ac ꝑ hoc voluntas dei & ꝑ consequens p̃p̃e qui ẽ eius vicarius est prima & sũma causa omniũ corpaliũ ⁊ spũalium motõnum quia nichil fit visibiliter & sensibiliter qd̃ non ẽ de interiore ĩusibili atq; insensibili & ĩtelligibili aula sũmi impatoris aut

iubeatur aut pmittatur. Tercio ē causa formalis in omni donorū
& gratiarū diffusione ⁊ distributōne. Est enim vniuersalis dispēsa-
tor illius infiniti thezauri puta meriti xp̄i martirū ⁊ apl'orū quo ecc̄ia
ē dotata ⁊ dicata ⁊ xp̄i milites stipendiātur. ¶ Ad primum ergo ē
dicendum ꝙ hoc ip̄m qd̄ p̄p̄ vocat imp̄atorem in suum auxilium ⁊
ecc̄ie defensionem a p̄p̄ habet causaliter effectiue ⁊ finaliter termina-
tiue cum gladium imp̄ialem solum in ministerium dei constet sibi
eē datum ut dicit̄ xxiij. q. iiij. c. quesitum, ¶ Ad scd̄m ē dicendum ꝙ
sicut contingit eē multos fines vnus tn̄ reducitur in alium quousq̄
deueniatur ad vltimum ad quem omnes reducunt̄ cum non sit ī ta
libꝫ abire in infinitum sed contingit eē multos mouentes vnum tn̄
reducitur ad aliud quousq̄ deueniatur ad primum mouens a quo
cuncta mouentur ⁊ iste ē deus post deum ē p̄p̄ vicarius eius, ¶ Ad
tercium est dicendum ꝙ sicut dicit aug̃. multa de diuinis honoribꝫ
subtracta sunt que deferunt̄ humanis a subiectōne mortifera ul' ad-
ulatōne pestifera p̄p̄e tn̄ vicario xp̄i non ē dubium ꝙ plures ⁊ ma-
iores honores deferri debent q̄m cuicunq̄ alteri imperatori uel regi.

AD vij. sic ꝓceditur videt̄ enim ꝙ imp̄ator sit maior p̄p̄ in au-
ctoritate. Scribitur enim prima petri ij. Subiecti estote omī hu
mane creature ꝓpter deum siue regi quasi p̄cellenti siue ducibꝫ tāq̄
ab eo missis ad vindictam malefactorū laudem vero bonorū. ¶ Pre-
terea scribitur iudith vj. ex p̄sona olofernis ut oñdam tibi quia nō
est deus nisi nabuchodonosor ⁊ ꝙ ip̄e sit dn̄s vniuerse terre tunc ꝓ-
babit quando gladius militie mee transibit p̄ latera tua. ¶ Prete-
rea scribitur xcvij. di. c. constantinus. ꝙ in primo p̄uilegio dato p̄
ip̄m ecc̄ie constitutum ē ut in toto orbe rōni pontifices uel sacerdotes
ita caput habeant romanum pontificem sicut iudices regem. aucto
ritatem ergo accepit papa a constantino ⁊ sic in hoc fuit maior ip̄o.
¶ In contrarium est quia auctoritas p̄p̄e est ī celo & in terra. Est au
tem vicarius illius de quo scribitur sap̄ie xviij. Insimulatum im-
perium tuum portans stans in terra tangit celum potestas autem
imperialis solum ē in terra ergo minor illa. ¶ Responsio Dicendū
ꝙ illa questio determinatur p̄ illud qd̄ habet̄ extra de ma. ⁊ obe. c. so
lite benignitatis affectu. vbi p̄p̄ rn̄dēs imp̄atori ex eo ꝙ iratꝰ fuerat

q̄ in lr̄is suis visus fuit eum increpare sic dicit potuisses aūt p̄roga
tiuam sacerdotij ex eo intelligere potius qd̄ dictum ē non a quolibet
sed a deo· non regi sed sacerdoti· non de regia stirpe sed de sacerdotali
ꝓsapia descendenti de sacerdotib⁹ videlicet qui erāt in anarot· Ecce
constitui te sup̄ gentes & regna ut euellas et dissipes edifices ⁊ plan
tes. Soluitur similiter ꝑ illud qd̄ habetur xcvij· di· c· constantinus·
vbi sic dicit vtile iudicauimus vna cum omīb⁹ satrapis nr̄is ut sic̄
beatus petrus in terris vicarius filij dei videt̄ eē constitutus ita prin
cipatus eius p̄tatem & auctoritatem amplius q̄m terrene imp̄ialis
nostre serenitatis mansuetudo habere videtur· vnde & tenētes frenū
equi ip̄ius ꝓ reuerentia beati petri stratoris officium illi exhibuim⁹
¶ Ad primum ergo ē dicēdum q̄ beatus petrus scribebat subditis
suis ꝓuocans eos ad humilitatis meritum nec imponens eis regal'
uel imp̄ialis subiectōnis iugum· quia si hoc intendisset supposuisset
eos nedum ꝑuituti imp̄atoꝝ veꝝ etiam ꝑuituti seruoꝝ cum dicat sub
iecti estote omī humane creature ꝓpter deum, Planum est autem q̄
serui inter creat̄as dei ~~nomin~~ numerantur. ¶ Ad scd̄m est dicendum q̄ olo:
fernes qui illa verba dixit labijs caritatis vnius mulieris hebree int̄
fectus est ⁊ nabuchodonosor qui se deum vniuerse terre nominabat
ab hoīb⁹ eiectus ē & cū bestijs fuit habitatio sua q̄mdiu nō recogno:
uit deum celi eē dominum vniuersoꝝ ut dicit̄ danielis iiij· ¶ Ad ter:
cium ē dicendum q̄ constantinus non dixit se eē caput omnium sed
solum illorum qui erant sue iurisdictōni subiecti· Non enim imp̄a:
tor uel rex accipit p̄tatem gladij sup̄ bonos & malos vniuersaliter·
sed solum super eos qui sunt eorum p̄tati cōmissi· nec constantinus
p̄p̄am constituit eē caput omium sacerdotum principaliter effectiue
quia sic constitutus est caput ab ip̄o xp̄o qñ dixit petro, Tu vocabe:
ris cephas sed solū instrumentaliter amministratiue· Exhibuit enī
sua imperiali potentia ministerium quo omnes beatum siluestrum
summum pontificem recognoscerent,

¶ Sequitur questio xxxvij· de imperij translatōne·

Ulterius considerandum est de impij translatōne circa qd̄ queruntur sex. Primo vtrum auctoritate ꝑpe facta sit tr̄nslatio omnium regnorum. Scd̄o vtrum auctoritate ꝑpe specialiter imperium translatum sit ad romanos. Tercio vtrum auctoritate ꝑpe impiū translatum sit a romanis ad grecos. Quarto vtrū auctoritate ꝑpe impium translatum sit a grecis ad germanos. Quīto vtrum auctoritate ꝑpe imperium possit transferri a germanis ad alios. Sexto vtrum auctoritate ꝑpe ordinandū sit studium semꝑ seq̄ impium & regalem militiam.

Ad primum ergo sic ꝓceditur videtur enim ꝙ auctoritate ꝑpe non sit facta translatio omnium regnoꝝ. Scribitur enim dañ. ij. ꝙ deus ipe mutat tempa & etates transfert regnum ⁊ constituit. non ergo hoc fit auctoritate ꝑpe. ¶ Preterea scribit̄ ecc̄iastici x. ꝙ deꝰ regnum a gente in gentem transfert ꝓpter iniusticias & contumelias & diuersos dolos peccatorum. ergo habundantia magis q̄m ꝑpe potentia facta ē translatio ēporꝝ regnoꝝ. ¶ Preterea scribit̄ i. ꝑalip. x. ꝙ deus interfecit saulem ⁊ transtulit regnum eius ad dauid filiū ysai. ¶ In contrarium ē quia mediante sacerdotali uel ꝓphetali ꝓnunciatōne qui ꝓ illo tempore loco ꝑpe vicem dei gerebant facta ē regnorum translatio. ¶ Rn̄sio Dicendum ꝙ uel loquimur de tr̄nslatōne regni iudeoꝝ uel de tr̄nslatōne regni gentilium & paganoruꝫ vtroq̄ autem modo auctoritate pape uel eius qui gerebat vicem pape ꝑm conditōnes status illius temporis facta ē translatio regnoruꝫ Nam primus rex in ꝓpl'o fuit saul qui sicut ꝑ samuelem qui ꝓ illo tempore ꝑsonam summi sacerdotis gerebat fuit a deo electus & vnctus. ita ꝑ eundem samuelem a deo fuit reprobatus & eius regnum ad dauid filium ysai. vnde dictum est samueli i. R. xvj. Vsq̄quo tu luges saul cum ego ꝓiecerim eum ne regnet suꝑ israhel imple cornu tuum oleo & veni ⁊ mittam te ad ysai bethleemitem cuius filiuꝫ ꝓuidi michi in regem, Si vero loquamur de translatōne regni gētilium & paganorum. Planum est autem ꝙ facta est translatio eiꝰ mediante dei auctoritate & ꝓphetica veritate danielis qui ꝓ illo tp̄e ꝑsonam pape rep̄sentabat. Scribitur enim danielis ij. ꝙ nabuchodonosor vidit statuam vnam cuius caput erat ex auro optimo. pectus vero & brachia de argento. venter vero & femora ex ere. tybie v̄

ꝛ pedes de ferro quã visionem interpretans daniel sic dixit ꝙ caput statue ex auro significabat regnum assiriorum. Pectus vero de argẽto significabat regnum grecorum ꝓpter sonorosam sapiam· brachia vero ex ere regnum medorum·pedes vero ꝛ tybie ỏ ferro regnum romanorum quia sicut ferrum omnia metalla·sic romani omnes ꝛ domauerunt omnia regna terre· ab assiriis ergo regnum translatum ẽ ad grecos·a grecis ad medos·uel ad medos translatum ẽ primo & postmodum a medis ad grecos·& a grecis ad romanos ꝛ tunc romanis imperatorib⁹ in vniuerso orbe absciſus ẽ de monte lapis sine manib⁹ quia tunc natus ẽ xp̃us de vtero virginali sine virili semine qui percussit statuam ꝛ redacta fuit q̃ si in fauillam· ex tunc enim reges terre qui ydola adorabant ꝓpter xp̃m ydola destruxerunt ꝛ roma spealiter que erat magistra erroris fuit facta disciplina veritatis. Ad primum ergo ẽ dicendum ꝙ deus p se ip̃m posset imperare & regere vniuersum orbem qui potens ẽ ut sine rate quis adeat mare· Sed ꝙ non sint supuacua opa sapientie siue exiguo ligno credunt homines animas suas ut dicitur sapiẽtie xiij· Potuit ergo sine sacerdotib⁹ ꝛ ꝓphetis qui ꝙ condicõne illis statuis vicem ip̃e gerebant ordinare ꝛ ꝓnunciare translatõnem omnium regnorum supradictorum hoc tamen non fecit sed fecit mediantib⁹ eis· Ad scdm ẽ dicendum ꝙ sicut formaliter quis efficitur dignꝰ principatu & impio virtutib⁹ ꝛ gratijs ita peccatis & vicijs formaliter quis meretur impio ꝛ regno priuari effectiue tñ auctoritatiue sit hoc a deo· ministerialiter vero a summo pontifice qui ẽ vicarius eius. Ad tercium est dicendum ꝙ saul merito priuatus ẽ regno & translatum est eius regnum ad dauid ꝓpter eius superbiam ꝓpter eiꝰ inobedientiam ꝛ ꝓpter eius ydolatriam quia consuluit pythonissaz nec speranit in domino ut dicitur i· paralip·x· non est tñ regnum eiꝰ translatum non auctoritate samuelis ut supradictum ẽ·

Ad scdm sic ꝓceditur videtur enim ꝙ auctoritate ip̃e spealiter ĩperiũ nõ sit translatum ad romanos quia ante fuit imperiũ ad romanos translatum q̃m ip̃e eẽt ergo non eius auctoritate hoc factum est· Preterea ꝙ non sit auctoritate dei nõ sit auctoritate ip̃e sed imperium nõ ẽ translatum ad romanos auctoritate dei quia romani deum verum hebreorum nunq̃m colere voluerunt sicut dicit

aug̃·de consensu euangelistaꝝ non ergo ad eos translatum ē auctoritate ꝑpe ¶ Preterea natura fecit vigentes intellectu naturaliter dños et deficientes intellectu naturaliter suos ut dicit ꝓbus i· politicorum sed romani potissime vigebant prudentia et intellectu ergo naturaliter dominium imperij translatum est ad eos absq; ꝑpe auctoritate. ¶ In contrarium ē quia ꝑpe ñ summo sacerdoti dicitur hieremie i· Ecce constitui te super gentes et regna ut euellas et destruas ñ dissipes et plantes·dissipatio ergo ñ translatio regnoꝝ ad summum sacerdotem spectant· ¶ Rñsio Dicendum ꝙ sicut dicit aug̃· v·d̃ ciui· dei c·xxj·valde supra vires hominum est occulta discutere et liquido examine merita iudicare regnorum·istud tamen indubitanter tenēdum est ꝙ ille vnus verus deus qui nec iuditio nec adiutorio debit genus humanum et qui dedit regnum assirijs uel etiam ꝑsis seu g̃cis·ille idem quando voluit et q̃ntum voluit rōnis regnum dedit· Possumus tñ quinq; colligere spēaliter ex dictis aug̃·in diuersis locis supradicto libro de ciui·dei ꝓpter que imperium translatum est ad romanos primum fuit reuerentia deorum·Cum enim marcus marcellus syracusanam vrbem ornatissimam debellasset euersa illa more bellorū tam casto et tam clementi animo ab eo preceptum est ut q̃cūq; ad hoc vel ad illud templum refugisset haberetur illesus. Ipse idem impator cum videret ciuitatem ruituram prius fleuit et prius illi lacrimas effudit q̃m ciuitas eēt euersa·prius etiam ꝙ ciuitatem iussisset inuadi preceptum fecit ne quis corpus liberum violaret ut refert aug̃·primo de ciuitate dei c·vi· Scōm fuit clementia et virtꝰ animoꝝ·vnde dicit aug̃·eodem libro·ꝙ de eorum precipua laude dictum est ꝙ parcere subiectis ñ debellare superbos et ꝙ accepta iniuria ignoscere potius q̃m ꝑsequi malebant·Tercium fuit fides ꝓmissoꝝ recitat enim aug̃·i·de ciuitate dei c·xiiij· ꝙ marcus regulus causa ꝓmissi iurisq; iurandi ad hostes sine vlla deliberatione remeauit· Cum enim a carthaginensibꝰ ī carcere detineretur romam ꝑ impetranda pace missus fuit quam cum non impetrasset ꝓpter iuramentum q̃ de reuertendo faceret ad eos reuersus ē ñ ab eis occisus· Quātum fuit iusticia discussionum·non enim aliqua iudicabant absq; matura discussione q̃ potissime apparuit in accusatōe pauli actuū· xxv·de quo dixit·festus regi agrippe adierūt me principes sacerdotū

et seniores iudeorum postulantes aduersus paulũ damnatõnez mortis ad quos rñdi· quia non ẽ consuetudo romanis damnare aliquẽ hominem priusq̃ ille qui accusatur pñtes habeat accusatores locumq̃ defendendi accipiat ad abluenda crimina que ei obijciuntur· Quintum fuit carentia ꝓpor· Dicit enim aug· sup illo verbo ij· ad thymo· Penulam q̃m reliqui troyde apud carpum veniens affer tecũ romanos hanc consuetudinem habuisse ut gentes que cum pace eos recipiebant ex tunc fratres eorum appellarentur et ciues romani absq̃ aliq̃ tributo dicerentur ꝓpter qd̃ penula vestis consularis erat data petri pauli in signum q̃ ciuis romanus erat· Vnde ex hac causa iudas machabeus audiens virtutem romanorum q̃ curiam sibi fecerant & q̃ cottidie consulebant tricentos & xx· viros de quorum consilio gerebant que digna erant & q̃ p singulos annos mgr̃atum eorum vni cõmittebant dñari vniuerse terre & q̃ omnes obediebãt vni & q̃ nõ erat inuidia neq̃ zelus inter eos & q̃ ꝓpter victoriam obtentam de vniuersis gentib9 nullus eorum portabat dyadema nec induebat purpura ut magnificaretur in ea missis legatis constituit cũ illis amiciciam & societatem ut scribitur i· mach· viij, ¶ Ad primum ergo ẽ dicẽdum q̃ illud qd̃ fit auctoritate sũmi põtificis fit auctoritate xp̃i cuius sacerdotium eternum fuit et ĩ eternum durabit· vnde qd̃ factũ ẽ de translatõne regnorum xp̃i auctoritate pmissiue uel effectiue auctoritate sũmi sacerdotis dicitur eẽ factum. ¶ Ad scd̃m est dicendum q̃ causam quare romani deum hebreorum voluerunt colere assig̃t aug· li· supradicto quia socratis ph̃i sententiam firmam tenebant q̃ talis erat vnumquenq̃ deum sic coli oportere quõ se colendum ipe p̃cipet· Cum ergo scirent p dicta hebreorum q̃ eorũ deus solus volebat coli ex terminatis dis omniũ gentium voluerunt sibi sacrificia offerre· exquo sibi simul cum alijs dijs seruire non poterant· vnde respuerunt vnius dei veri cultum ne multos falsos offenderent arbitrãtes magis sibi ob futuram illorum deorum iracundiam q̃ veri dei ꝓfuturam beniuolentiam ¶ Ad tercium est dicendum q̃ accipiendo nat̃aliter affirmatiue nulli homini cõuenit nat̃aliter dominiũ· saltem ꝑm q̃ dominiũ opponitur ꝑuituti· Cum enim omnes homĩes ex vno viro & vna femina originem traxerunt non est datum vni magis dñari q̃ alteri nec bona mundalia sunt vni magis q̃ alteri a ꝓpata

Sed accipiendo naturaliter negatiue sicut dicimus quod homo nascitur naturaliter nudus quia non oritur cum aliquo vestimento per artem tamen potest sibi omne vestimentum fabricare. sic homo naturaliter efficitur dominus quia per virtutes quas sibi acquirit meretur principari illis qui sunt prudentia et virtutibus denudati.

Ad terciũ sic proceditur videtur enim quod auctoritate pape imperiũ non sit a romanis ad grecos translatum quia constantinus imperator fecit huiusmodi translatõnem. non ergo hoc factum est auctoritate pape. ¶ Preterea quatuor concilia facta in grecia precipientibus imperatoribus ibi existentibus confirmata sunt per sũmos pontifices existẽtes rome. non ergo auctoritate pape greci imperiũ habuerunt. ¶ Preterea tempe allexandri impetium fuit apud grecos et postmodum translatum ẽ ad romanos. non ergo a romano pontifice translatum est imperium a romanis ad grecos. ¶ In contrariũ ẽ quod scribitur xcvij. di. c. constantinus. ¶ Rñsio Dicendum quod postquam imperator constantinus baptisatus est per beatum siluestrum imperio occidentali cessit et vrbem sibi in grecia elegit que bisanticũ vocabatur quam rome potentia et meritis coequauit. Ibidemque sedem imperialem constituit et ex tunc imperium a romanis ad grecos translatum ẽ ita ut imperator de partibus occidentalibus non debeat se intromittere nisi expressa auctoritate et mandato sũmi pontificis, Et hoc ẽ quod decretum ponit di. et c. supradicto vbi sic dicitur. Ecce tam pallatium nr̃m quã romanam vrbem et omnes ytalie siue occidentaliũ regionum prouincias loca ciuitates beatissimo pontifici vniuersali concedimus atque relinquimus et ab eo et a successoribus eius per constitutum imperatorium decreuimus disponenda. vnde congruum prospeximus nostrum imperium et regni potestatibus orientalibus transferri regionibus et in bisancie prouincie optimo loco nomine nostro ciuitatem edificare et nostrum imperium illic constitui quam vbi principatus sacerdotum et xpiane religionis caput ab imperatore celesti constitutum ẽ ius non ẽ ut illic imperator terrenus habeat potestatem. ¶ Ad primum ergo ẽ dicendum quod constantinus huiusmodi translatõnem fecit auctoritate sũmi pontificis quia tanquam vicarius dei filius celestis imperatoris iurisdictõnem habet vniuersalem super omĩa regna et imperia, ¶ Ad scdm est dicendũ quod propter imperium ad grecos post tempus constantini translatum eccia

ibi p̄tate & dignitate multū vigebat. Et ideo quatuor concilia fuerunt ibi celebrata quibꝫ impatores sic eis se subiecerunt quatinus p sūmum pontificem approbarentur, ¶ Ad tercium ē dicendum v̄m eē ꝙ ante xp̄i aduentum imperium translatum ē a grecis ad rōnos Sed post aduentum xp̄i tempe constantini ex quo cessit occidentali impio translatum ē ad grecos.

AD quartum sic ꝓceditur videtur enim ꝙ auctoritate ꝑp̄e imperium non sit translatum a grecis ad germanos quia carolus magnus qui fuit primus impator postq̄ a grecis translatum est imperiū fuit rex francoꝝ nō germanorū uel theutonicoꝝ nō ergo a grecis translatum ē imperium ad germanos. ¶ Preterea adhuc domīꝰ grecorum vocatur impator constantinopolitanus non ergo ab eis translatum ē imperium ad alios. ¶ Preterea postq̄ impator est electus non nomīatur impator germanoꝝ seu theutonicoꝝ sed romanoꝝ & sic non est translatum imperiū ad germanos. ¶ In contrarium est qd̄ scribitur extra d̄ elec. c. venerabilem. vbi dicitur ꝙ a sede apl̄ica p̄tas eligendi impatorem in ip̄os electores ꝑuenit que romanum impium in ꝑsona magnifici caroli a grecis transtulit ī germanos ¶ Rn̄sio Dicendum ꝙ impium concessum ē ecc̄ie in eius oppressionis subleuatōnem & ꝓtectōnem. vnde cum iam imperium cōstantinopolitanum pene deficeret ⁊ romana ecc̄ia ꝑ longobardos nequit̄ opprimeretur tempe adriani ꝑp̄e ⁊ leonis successoris eius cui ꝑ longobardos & romanos iniquos eruti fuerūt oculi & lingua abscisa diuina tn̄ virtute postmodum sibi restituta fuit aduocatꝰ fuit carolus magnus rex francorum qui cum magno exercitu papiam venit & ip̄am obsedit ⁊ capto desiderio rege ac lōgobardis ꝓstratis de ꝑuitute ip̄orum ecc̄iam liberauit. vnde ꝓpter tale benneficium collatum ecc̄ie ꝑp̄ adrianus carolo imperium contulit cum inuestitura ep̄oꝝ sicut patet lxiij. di. c. adrianus. postmodum tempe leonis successoris eius iam imperium de genere caroli deficiente ⁊ scisso ī multas ꝑtes cum quidā berengarius tyrannice ytaliam inuasisset ecc̄ia vocauit ottonem primum regem saxonie qui dictum berengarium eiecit de regno & cum assensu ecclesie totam ytaliam sibi subiugauit Ex quo beneficio collato ecclesie predictus rex a leone sūmo pontifice cum toto clero ⁊ ꝑpl̄o xp̄iano impator est constitutus forma & modo

quo carolus magnus p adrianū constitutus fuerat sicut patet lxiij. di. c. in sinodo. & extunc imperium a grecis dicitur ad germanos eē translatum. ¶ Ad primum ergo ē dicendum q tempore caroli magni impium nō erat diuisum sed ipe impabat germanis et francis Sed postmodum deficiente genere caroli hugo dux aurelianens regnum francie sibi vsurpauit occisis illis et extirpatis qui erant de genere regio et de genere impiali vnde de dicto hugone ut ponitur descenderunt omnes reges francie vsq ad ista tempa nō de carolo magno. ¶ Ad scdm ē dicendum q sic dicit glosa ordinaria extra de elec. c. venerabilem. postq imperium constantinopoliranum sic defecit ut ecciam iuuare non possit impium pprie appellare non debuit. sed ille verus impator dicitur quem ecclesia assumit in suum auxilium & adiutorium. ¶ Ad tercium ē dicendum q impator dicitur rex romanorum non ratōne electōnis uel natōnis sed ppter dignitatē ratōne deriuatōnis quia inde deriuatum ē imperium & ratōne confirmatōnis & coronatōnis quia ibi debet confirmari & coronari.

AD quintum sic pceditur videtur enim q auctoritate ppe imperium non posset a germanis transferri ad alios quia papa non potest contra auctoritatem sacre scripture. Sed scribit puerb. xxij. ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt pres tui pp ergo statuta antiquor patrū mutare non potest. ¶ Preterea scribitur xxv. q. i. iusticia ac ratōnis ordo suadet ut qui a successoribus suis desiderat sua mādata seruari de successoribus suis pculdubio voluntatem & statuta custodiant. ¶ Preterea a grecis translatum est imperium ad germanos ppter defectum potentie grecor non potentiū iuuare ecciam. Sed in germanis non ē defectus potentie ergo a germanis non potest transferri ad alios ¶ In contrarium ē qd scribitur xxiij. q. iiij. c. displicet vbi auctoritate aug. dicit. q ecia p incremēta temporum semp maiori ptate vtitur. Si ergo ecia qnq fecit huiusmodi translatōnem in latino fortius nunc pot facere. ¶ Rnsio Dicendum q difficultas oritur sup electōne imperij plerunq quia conditio impatoris a tempe constantini multipliciter variata est. Nam tempore dicti constantini impatores eligebantur more antiquo siue a pplo siue a senatu siue ab exercitu & qnq de genere qnz vo nō. Qui modus seruatus ē vsq ad tempa michael impatoris & caroli

magni postea institutio imperij processit vsq; p successionem vsq; ad terciam generatōnem puta vsq; ad terciū ottonem qui fuit nepos primi & filius filij. De istis enim non inuenitur facta electio ꝫ sola quisio p sūmum pontificem quia otto veniens romam eccīaz multipliciter vexatam p quendam crescentiū patricium ab illa vexatōe ipam liberauit impij sui anno xj. Quo mortuo ad petitōnem est electus quidam eius consanguineus brunus nomine qui postea vocatus ē gregorius quintus qui conuocatis principibꝫ alamanie ordinauit electores impatores officiales ipius impialis curie. qualitercunq; tñ institutio impij sic variata nulli tñ dubium eē debet quin sūmus pontifex quem constantinus vicarium eē dei filij firmiter cōfessus ē impatorem possit eligere quemcūq; & vndecūq; sibi placet ī auxilium & defensionem eccīe. Ad primum ergo est dicendum q̄ termini antiquoz patrum non transgrediuntur qñ eorum intentōnes obseruantur sup vtilitate ⁊ p̄fectōne ecclesie quā intendentes sicut impatorem eligerunt de vna regione ita reliquerunt posterioribus posse de alia eligere eadem causa pensata. Ad scōm est dicendū q̄ pp̄ ita canonibꝫ auctoritatem prestat ut seipm nō subijciat eis sicut xp̄us qui sic legem quam dedit carnaliter impleuit ut cum se dominum legis oñderet qñ contra lr̄am legis leprosum tangendo curauit. Ad terciū est dicendum q̄ ad p̄fectōnem & defensionem eccīe non sufficit solū posse defensiōis nisi assit velle debite subiectōis & scire ordinate ognitōnis.

AD vj. sic p̄ceditur videtur enim q̄ auctoritate pp̄e non sit ordinandum studium sequi semp impialem ⁊ regalem militiam quia anima sedendo & quiescendo fit sciens & prudens ut scribitur vij. phisicoz. Sed militia impialis uel regalis consistit in quodam motu. nō ergo ipam debet concomitari studium. Preterea curiaz impialem uel regalem sequitur tumultus questionū generantium litem & discordiam. Sed seruum dei volentem studere non oportet litigare sed mansuetum eē ad omnes ut scribitur ij. ad thymo. ij. nō ergo militiam impialem seu regalem debet sequi seu concomitari studium. Preterea que studium impediunt studium concomitari non debent. Sed leges impiales impediunt studium. Vnde ordinatum est ut pisius nō leguntur vbi studium est ordinatum. In

contrarium est quia regalis et impialis milicia p̄mo fuit in egipto cum regnum assiriorū fuerit primum ut supradictum est, Sed circa egiptum mechanice artes primo inuente sunt quia ibi gens sacerdotum primo vacare dimissa est studio & doctrine ut dicit ph̄us p̄mo metha. ¶ Rn̄sio Dicendum q̄ impialem seu regalem militiā quatuor p ordinem consequuntur. et dico impialem uel regalem militiam iusticiam seruantem & defendentem quia remota iusticia imperia & regna nō sunt nisi quedā latrocinia ut dicit aug̃. iiij. de ciui. dei. Primum ē pacis vnitas quia finis impialis milicie pax ē non enim bellatur ut bellet̄ sed ut pax habeatur s̄m ph̄m. absq; enim r̄gali uel impiali p̄uidentia impossibile ē rebus pacem dare ut scribit̄ ij. macha. Scd̄m ē diuini cultus reuerentia & sanctitas vnde post carolum magnum militaris iusticia viguit in francia. ideo cultus dei miro modo extitit ampliatus. Tercium est rerum temporalium vbertas quia mercancie currere non p̄nt nisi vbi regalis milicia & iusticia seruatur. Quartum ē studij & doctrine veritas reuoluendo enim tam libros theologoꝝ q̄ꝫ ph̄oꝝ semp inueniamus studium concomitatum esse regalem miliciam et impialem iusticiam. fuit enim studium primo in egipto vigente milicia assiriorum tempe ioseph qui omnem terram egipti & cunctos ꝓpl'os subiecit pharaoni preter terram sacerdotum que a rege tradita fuit eis ad studium necessaria ut scribitur xlvij. di. Scd̄o fuit in grecia vigente milicia grecoꝝ tp̄e allexandri cuius tempe philosophati sunt socrates plato et alij q̄ fuerunt iudices ph̄oꝝ ut dicit aug̃. sup illo v̄bo psal. absorpti sūt iūcti petre iudices eorum. Tercio fuit rome vigente impio romanorū qn̄ tanta fuit pax ut de gladijs fierent falces & de lanceis vomeres & aratri. Quarto fuit in britania tempore regis arcuri vigente milicia anglicorum. Vltimo fuit in francia tempore caroli magni vigente milicia gallicoꝝ vbi stetit et stat vsq; in ista tempora. Sicut tn̄ īsurgente cupiditate tepuit et tepescit ibi iusticie equitas ita ibi multum et debilitatum studiū et doctrine veritas. ¶ D primum ergo est dicēdum q̄ s̄m diuersitatem actuum distinguunt̄ actōes. vnde ideo milicia regalis ul' impialis ē necessaria studio et doctrine quia ex illi⁹ motōne malos ꝯpescente fortificatur actio studij et doctrine que magis consistit in quiete q̄m in motu. ¶ Ad scd̄m est dicendū q̄ studiū

non sequitur regalem militiam ꝓpter tumultum questionum gene
rantium litem & discordiam. Sed ꝓpter vigorem iusticie generantis
pacem quia finis iusticie pax. fructus enim iusticie in pace seminat̃
ut dicitur ysa. vj. ¶ Ad terciũ ẽ dicendum ꝙ nõ loquimur d̃ studio
cuiuscunq; doctrine humanitus acquisite. sed de studio theo. que ẽ
finis & dña omniũ scientiarũ & de illis scientijs que ip̃i theo. ãmi-
niculantur. tales enim scientie etsi ꝑ leges imp̃iales ꝓpter tumultum
questionum impediantur tñ ꝓpter obseruatõez iusticie iuuantur &
ꝓmouentur.

¶ Questio xxxviij. de imp̃atoris confirmatõne.

Deinde considerandum ẽ de imp̃atoris confirmatõne c̃ca
qd̃ queruntur quatuor. Primo vtrum imp̃ator ꝑ ꝓp̃m ele
ctus debeat confirmari. Scd̃o vtrum imp̃ator ꝑ ꝓp̃m ele-
ctus debeat inungi & consecrari. Tercio vtrum ꝑ ꝓp̃m imp̃ator ele-
ctus debeat coronari. Quarto vtrum ꝓp̃e imp̃ator electus debeat fide
litatem iurare.

Ad primum ergo sic ꝓceditur videtur enim ꝙ ꝑ ꝓp̃m imp̃ator
electus non debeat confirmari quia imp̃ator est caput in tp̃ali
bus sicut ꝓp̃ in sp̃ualib⁹. Sed ꝓp̃ beneficium confirmatõnis non re-
cognoscit ab aliquo in sp̃ualib⁹ ergo imp̃ator beneficiũ confirmatõ-
nis in temporalib⁹ nõ debet ab aliquo sup̃iori recognoscere. ¶ Pre-
terea multis p̃latis conceditur ꝙ ip̃a eoꝝ electio sit confirmatõ. mul-
to ergo magis tale beneficium intelligitur esse concessum imp̃atori.
¶ Preterea ꝓp̃ gerit vicem beati petri. Sed p̃tas data petro per illa q̃
scribuntur math. xij. Tibi dabo claues regni celorum intelligitur so
lum sup̃ sp̃ualia non temp̃alia. in temporalib⁹ ergo beneficium cõ-
firmatõnis nõ debet recognoscere imp̃ator ab ip̃o. ¶ In contrariũ
ẽ qd̃ scribitur extra de elec. c. venerabilem. ¶ Rñsio Dicẽdum ꝙ ad
illum ꝑtinet immediate imp̃atoris confirmatio ad quem ꝑtinet im-
perij immediata iurisdictio. Postq̃ enim constantinus cessit imp̃io
occidentali nulla sibi reseruatõne facta in ciuitate romana in ꝑtibus
est quia cui conceditur dispensatio maiorum conceditur dispensatio minor. Sed eps potest dispensare i piurio qd gauius peccatum e qm homicidium. ¶ Rnsio. Dicendum q differetia est int iudiciu iuris et iudicium iudicis. Nam iudicium iuris est inuariabile cum sit de vniuersalibus casibus. vniuersalia vero inuariabilia sut. iudiciu vero iudicis cu sit circa coditiones particulares oportet variari bm variationem circumstantiar occurentium. et sicut dictum est de iudicio ita dicendum est de dispensatone. quia sup his que conceduntur in iure vel prohibent non cadit dispensatio n per illu qui est conditor iuris In omnibus ergo casibus quorum dispensatio epo non intdicit ul non prohibet in iure canonico eps dispensare potest. Sed quando illa q non prohibent bm aliquas circumstantias variant. eps tanqm iudex ordinarius potest in eis dispensare & non dispensare bm variatioez circumstantiar occurrentiu. vnde i simplici homicidio consueuit eps dispensare. Consuetu est similit ut homicide ad sedez aplicaz mittant aut ppter enormitatem delicti aut ppter terrorem aliorum aut propt maiorem penam ipor. ¶ Ad. i. ergo est dicendu q homicidiu ponit inter casus quoru dispensatio interdicitur epo non vniuersaliter. sed homicidium enorme vel homicidium clericor cuius dispensatio pape relinquit ppter causam dictam. ¶ Ad scdm est dicendun q qauis p quodlibet homicidiu homo sepetur a tota ecclesia militanti. ista tame sepatio potest fieri uel ex causa aggrauante peccatum uel alleuiante Vnde quando occurrit circustantia aggrauas dispensatio relinquit pape quando vero non potest eps dispesare. ¶ Ad. iij. est dicendum q illud decre. intelligitur de homicidio clericor cum enim sacdotes & vniuersalit in sacris constituti homicidium comittut quia ipo facto irregularitatem incurrut cum talibus non solum eps verum etiaz ipe papa consueuit cum difficultate dispensare. Et quia dispensatio talis in iure phebit soli ppe qui e iuris coditor tal dispesatio relinquit.

AD. iij. sic procedit Videtur enim q pp non possit dispensare ut homo occidens alium ne occidat ab eo excuset ab homicidio. qa ius natale nunqm potest esse iniustum. Sed de iure natali est vim p vim reppellere ut dicit ysidor. et ponit. i. di. c. ius natale. ¶ Pretea quicqd homo iuste potest pro vita sua conseruanda iuste potest face et iuste facit si facit. Sed Aug. i. de libero arbitrio dicit q iusta est

lex que dat potestatē viatori ut latronem occidat ne ab eo occidat̄ Si ergo in tali casu latro iuste occidat̄ nō ꝯmittit̄ homicidiū. ¶ Preterea ~~primus~~ homo tenet̄ diligere se ex caritate q̄ꝫ proximū. supposito ergo ꝙ quis nō possit saluare vitam ꝓximi cū sua vita. potius debet pimere vitam ꝓximi q̄ꝫ suam. ¶ In ꝯtrariū est apl's ad Ro. xij. dicens nlli malū pro malo reddētes. et petr⁹ dicit ī canonica sua ꝙ meli⁹ ē si velit voluntas dei nos pati bn̄faciendo q̄ꝫ malefaciendo. ¶ Rn̄sio Dicēdū ꝙ homo aliqn̄ occidit̄ nocendi vel vlciscendi cupiditate Et talis permittit̄ vniuersaliter Exo. xxij. maleficos ne patieris viuere Aliqn̄ aūt ineuitabili necessitate. Et ista ꝑmittit̄ Exo. xij. vbi latronem nocturnum lex permittit interfici et non diurnū. q̄a ſm aug⁹ ibidem de nocturno ꝓbabilit̄ nescit̄ an ven̄it ad rapiēdum solū vel ad occidendū. Cum ergo permissio fiat de minori malo ꝓpt̄ euitationem maioris mali vt dicit aug. j. de libero arbitrio. Ideo puto ꝙ culpa sit hominē occidē ne ipe occidat̄. quacunq̄ ineuitabili necessitate hoc fiat quia aīaꝫ ꝓximi plus teneor diligere q̄ꝫ corpus ꝓꝓum qd̄ me inuito possū perdē. Planū est aūt ꝙ aīa ꝓximi perdit̄ exquo ī actu iniuste me occidentis ꝑ me occidit̄. Ad hoc est auct̄s aug. in pl'ib⁹ locis. Primo de li. arbit. dicentis. Lege inculpata illi homines q̄ alios occidunt ne ipi occidant̄ quomodo inculpati esse queant non video Et assignat rationē predictā dicēs, Quicquid erepturus erat ille q̄ occiditur totū ī potestate nr̄a non est quia vita aīe nullo pacto aufert̄ dum hoc corpus interimitur. quapropter legem quidem non reprehendo que tales permittit interfici. sed quo pacto illos defendam qui interficiūt nō inuenio. Idē Aug⁹ ad Publicolam in quadam epl'a. Et ponit̄ xxiij. q. v. vbi dicit. Sic de occidendis hominibus ne ab eis quisq̄ꝫ occidat̄ non michi placet consiliū nec valet dictū quorundam dicentiū ꝙ aug. loquit̄ in casu quo quis interficit volentē eum interficere ex euadendi euitabili necessitate. et ex vite pn̄tis inordinato amore occisurus eum etiā si non crederet licere. quia aug⁹ vniuersaliter dicit. ꝙ qualiter inculpati esse queant occidentes alios ne ipi occidant̄ non video. et qualiter excusari possint a culpa non inuenio. ¶ Ad Primū ergo est dicendū. ꝙ glo. ad Ro. xij. exponit illud verbum ꝙ liceat vim per vim repellere. quia inferenda est vis motui ~~nr̄o~~ cum mouet̄ ad illatas iniurias repellendas Hoc enim est

occisio vl̄iter ꝓhibet̄ exodi xx cū dicit̄ nō occides Aliqn̄ vero iustitie equitate 2 tl̄is occisio

cū mlī

de iure naturali talem vim inferre animo nostro ut non moueatur contra ordinem fraternitatis illatas iniurias repellere ꝺm naturã ^nō
ſenſituam in qua cõmunicam⁹ in brutis·ꝺm enim illam verum eſt ꝙ inclinam⁹ per vim repellẽ vim·ꝯ ꝺm naꝝam intellectuaꝫ diuina iuſticia ⁊ caritate formatã ꝺm quã inclinamur plus diligẽ animaꝫ proximi q̃m corpus ꝓpꝝum qꝺ inuite poſſumus perꝺẽ· ¶ Ad ſcꝺm ẽ dicendum ꝙ quicꝙ homo iuſte poteſt iuſticia ſuadente ⁊ p̃cipiente debet facere pro vita ſua conſeruanda ſed non quicꝙ poteſt iuſticia permittente latronem vero a viatore occidi lex permittit non autem iubet·vnde dicit Aug⁹· in libro ſup̃dicto legem quidez ſatis video eẽ mirabilem contra huiuſmodi accuſatõnem que in eo ꝑſo quem regit in moribꝫ maleſactis ne maiora cõmitterent dedit licentiam · multo enim minus malum eſt occidi eum qui aliene vite inſidiat q̃m eum qui ſuam tuetur vitam· ¶ Ad·iij·eſt dicendum ꝙ licet ~~prius~~ homo ^plus teneatur diligere animam ſuam q̃m proximi·plus autem tenet̃ diligere animam proximi q̃m ꝓprium corpus · Planum eſt autem ꝙ occiſio volentis me iniuſte occidere non eſt ſine piculo damnationis anime proximi ideo nõ ſolum pfecto viro verum etiaꝫ cuilibet ꝑuate perſone magis expedit pmittẽ ſe occidi q̃ occidẽ·

Ad·iiij·ſic procedit Videt̃ enĩ ꝙ ꝑſ poſſit diſpenſare ut homo interficiens ſeip̃m non incurrat culpaꝫ homicide· Dicit enĩ apl⁹ i·Chor·ix·Melius eſt michi mori q̃m vt gloriam meã quis euacuet meli⁹ ergo eſt vt homo ſeip̃m occidat q̃ ꝙ perdat gloriã ſue innocẽtie ¶ Preterea dicit Iero⁹· ⁊ ponitur·xxiij·q·v·non eſt noſtruꝫ arripere mortem ſed oblatam libenter ſuſcipere·vnde in proſecutionibꝫ nõ licet propria pire manu abſq; eo ubi caſtitas pclitatur· ante igit̃ homo deberet ſeip̃m interficẽ q̃m caſtitatẽ perdẽ· ¶ Preterea null⁹ homicida inter ſanctos nũatur ꝯ multi qui ſeip̃os interfecerunt nũantur inter ſanctos licet ergo ꝙ homo ſeip̃m interficiat abſq; eo qꝺ homicidium incurrat· ¶ In contrium eſt glo·ſup illo verbo Exo·xx·non occides te nec aliũ· ¶ Rñſio· Dicendum ꝙ iſtam queſtionẽ mouet Aug⁹·i de ciui·dei·vbi ait aliquos ſenſiſſe non licere hominem occidẽ ꝯ ſeip̃m licebat qꝺ probabant ꝑ multa exempla· Primo quia ſampſon ſeip̃z interfecit· Quedam ſimiliter femine volentes fugere eos qui volebant eaꝫ pudiciciam violare in rapturum ⁊ necaturũ fluuiũ ſe ꝓiecerũt·

Narrat etiam ibi de Lucrecia romana que cũ violent̃ esset oppressa a filio regis hoc eius viro et cuidam consobrino suo viris fortissimis primo indicauit et constrinxit iuramẽto ut vindictam facerẽt post modum tanq̃ federis ꝓmissi trãsgressa seip̃am occidit. Silr̃ Catho seip̃m occidit Et omnes iste persone in veñabili habẽtur honore ab ecc̃ia Ad qd̃ respõdet aug̃ · ꝙ Sampson et Iepte non alit̃ excusant̃ nisi qꝛ iussu spũs sc̃ti hoc fecerũt · et si persone alie sup̃ noĩate tali iussu spũs sc̃ti se occiderũt in memoria debẽt celebrari aliter non. Vñ cõcludit ibi aug̃ · ꝙ nec ꝓpter maloꝝ et persecutoꝝ vltionem sicut Sãpson nec ꝓpter alioꝝ peccatoꝝ vitationem · sicut virgines timentes deflorari · nec propter pc̃toꝝ p̃teritoꝝ desperationem sicut iudas · nec ꝓpt̃ melioris vite acquisitionẽ sicut multi heretici faciũt. Om̃ibꝫ eniꝫ istis modis non potest dispensari per hoĩeꝫ · ut homo seip̃m occidens culpam homicidij non incurrat. Nam homo tenet̃ sp̃ seruare salutẽ aĩe ne auferat̃ siue ab alio siue a se. Salutem vero corporis tenetur homo seruare ne auferatur a se sed non tenet̃ ꝑuare eam ne auferat̃ ab alio dũmodo expediat ꝓ salute aĩe salutẽ corporis morti exponẽ.

¶ Ad primũ ergo est dicendũ · ꝙ meliꝰ est homini mori q̃ gloriam sue innocentie perdere · non tñ ideo debet se occidẽ ꝫ ꝑmittẽ se priꝰ occidi ab alio. ¶ Ad · ij · ẽ dicendũ · ꝙ dictum Hiero · exponit glo q · supradicta dicẽs ꝙ ly absq̃ eo intelligitur inclusiue · ac si diceret nec ĩ istis in quibꝫ magis videt̃ puta in perditione castitatis vel virgĩtatis licet alicui se occidere · ꝑm quẽ modũ exponit̃ Cant̃ · iiij · Pulchre sunt gene tue absq̃ eo qd̃ intrinsecus latet. ¶ Ad Terciũ patet soluti per ea que dicta sũt in corpore questionis.

ca et

AD Quintum sic ꝓceditur Videt̃ enim ꝙ papa dispensare possit ꝙ pat̃ occidẽs filiam in adulterio dep̃hensam non incurrat culpam parricidij · quia qd̃ iusta lege concedit̃ fieri potest absq̃ culpa ꝫ lex ꝯcedẽs patri ut filiaꝫ in adulterio dep̃hensam possit occidere iusta est aliter enĩ lex dicenda non esset iusta ut dicit aug̃ · i · de · li · ar ·

esset n̄ scm

¶ Pret̃ea lex diuina lex sancta est et mandatũ ~~diuinũ~~ · ad Ro · vij · ꝫ Deut̃ · xxij · pro inobedientia et adulterio parẽtes poterãt prolem suã morti tradere · ergo dispensabile est ꝙ pat̃ filiam occidat in adulterio dep̃hensaꝫ abq̃ culpa parricidij. ¶ Pret̃ea iurisconsultꝰ dicit ꝙ ideo patri non marito mulierẽ ~~vl̃ virũ ꝑmissũ adulterũ~~ est occidere · quia

et oem̃ adulterũ ꝑmissũ

plerunq; pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. Mariti vero calor & impetus facile adulterantis refrenandus fuit. Indultuz est ergo patri non marito q mulier in adulterio deprehensa interficiat. filie

¶ In contrarium est quia quicunq; non dimittit minus malū ꝓpter euitationem maioris mali nō excusat a culpa nec a pena debita illi culpe. ꝑm enī Grego. & ponit. xiij. di. c. nerui testiculoꝝ. semp minus malum dimittendum est per euitatōnem maioris mali. Sed maius malum est homicidium q̄m adulterium qd patet quia per vitanduz homicidium deus permisit vxoricidium. non ergo pater interficiens filiaz in adulterio excusat a pena parricidij. ¶ Rñsio. Dicendum q sicut dicit Augus. i. de libero arbitrio. lex in malefactis minoribus ne maiora cōmitterentur dedit licentiam. Planum est autem q minus malum est adulterium q̄m q mulier in adulterio deprehensa sic per patrem interficiatur. naz melius est q tale quid impunituz dimittat q̄m post interfectionem eius pat interficiens pena parricidij puniat presertim cum paterna pietas que semper consilium capit pro liberis liberandis potius q̄ interficiēdis nō sine inconsulto dolore & magno incitatiuo ad interfictōnez adultere filie moueatur. Quāuis tamen lex penaz non apponat a culpa tota parricidij excusari non pot ꝓpt duo. Primo quia lex diuina que principaliter precipit non occides humanis legibus astricta non est ideo talis tanq̄ transgressor legis diuine pene ecclesiastice ē subijciendus tanq̄ parricida licet eius culpa posset excusari seu alleuiari & aggrauari ꝑm conditionem circūstantie occurrentis. Secundo quia ꝑm promissionem legis magis oñdit q pater interficiens filiam adulteram ex dolore ⁊ ira vindicte ⁊ iniurie in eam irrogate q̄ ex zelo iusticie fecerit ꝑm quem modum non solum ꝑuata persona verum etiā minister legis interficiēs maleficū a culpa homicidij non excusatur. non enim lex permittit patri filiaz adulteram occidere nisi quatuor conditionibus appositis. Primo q in ipo actu ⁊ operatōne adulterij eā occidat. Secundo q simul interficiat adulterū cū adultera. Tercio q nō ubiq; ꝫ solū ī domo quā īhabitat ul ī domo mariti ipaz occidat. maiorē enī iniuriā putauit legislator q ī domo patris aut mariti ausa fuit filia adulteriū ꝯmittē. Quarto q ī cōtinēti incōsulto dolore ⁊ dum est ī actu acerbi doloris filiam adulterā occidat. Planū ē aūt q oēs iste ꝯditōes ꝑm q̄s ꝑmittit patri

adulterā filiā occidē ostēdūt qp talis occisio nō sit zelo iusticie ꝫ magis dolore illate iniurie ac per consequēs culpa parricidij carere nō pot

Ad primū ergo est dicendū qp sicut dicit aug⁹ lex humana iusta ē multa tñ permittit et multa impunita reliquit que per diuinā legē puniunt. Ad secundū ergo est dicendū qp sic dicit x Ethycorum Pater non habet pātem coactiuā sup liberos ꝫ monitiuam tātum. Vñ licet lex mandauerit filiū proteruū pro rebellione patris esse lapidandū et filiā similiter fornicātem in domo patris. Nō tñ illud debebat fieri iudicio patris sed debebāt ipi parētes apprehendere filiā vel filiū et ducere ad seniores ciuitatis et ad portā iudicij ut p iudices qui illo tpe erāt tale iudiciū fieret non dolore illate iniurie sed zelo iusticie. Nec contra illud lex humana potest aliquid statuere precipiendo sed solum permittendo non taxando penā. Ad tercium dicit qp paterna pietas consiliū capit pro liberis extra passionē cessāte dolore sed inconsulto dolore dū in actu adulterij filiā cū adultero occidit sm quem modū sibi a lege pmittit consiliū capere nō potest. Vñ licz pp magnū incitatiuū pena a lege nō taxat in foro tñ eccliastici iudicij puniēdus est. Viro vero permittit adulterū vxoris occidere non tñ oportet sicut patri ꝫ talem qui sit seruilis et humilis conditionis quia motiuū videtur maioris contemptus vel talem qui per legem Iuliam impune possit occidi ut iurisconsultus dicit.

Questio Quinquagesimatercia. De dispēsatiōe sexti pcepti.

Ulterius considerandū est de dispensatione sexti precepti. Circa quod querunt quing. Primo Vtrum papa possit dispensare qp vnus homo habeat plures vxores. Secūdo Vtrū fuerit aliqñ humana auctoritate dispēsatū plures vxores hre. Tercio Vtrū papa possit dispensare qp vna mulier possit esse vxor pluriū virorū. Quarto Vtrū papa possit dispensare qp simplex fornicatio non sit peccatū mortale. Quīto Vtrū papa possit dispensare in omni gradu consāguinitatis.

Ad primū ergo sic procedit. Videt enim qp papa possit dispēsare qp vnus homo habeat plures vxores. in eo enim qđ non est contra ius naturale papa potest dispensare. ꝫ Ysidorus dicit ius naturale esse qđ est cūe omni nationi. Cū ergo homines multarū nationū

vxorꝝ pluralitate vtantur non erit contra ius naturale vxorꝝ pluralitatē
habere. ¶ Preterea ꝑꝑ possit dispensare ꝙ vnus homo vtatur pluribꝫ
cibis. ergo potest dispensare ꝙ vnus homo copuletur pluribꝫ vxoribꝫ.
Quod enim facit cibꝫ ad salutē hominis conseruatiue. facit cōcubitꝰ
ad salutem generis multiplicatiue. ¶ Preterea ꝑꝑ potest dispensare ī
eo qđ potest assuefieri ⁊ consuetum fieri. nam qđ est cōtra naturam
nunqꝫ assuefieri potest. Si enim ꝓiicit lapis sursum nunqꝫ assuefiet
sursum ascendē ut dicit Phs. ~~viij phicorꝫ~~. ꝫ habere plures vxores pt̄
assuefieri & aliquando fuit consuetum. Cadit ergo in eo dispensatio
¶ In contrarium est q̄a apl's dicit Ad ephe. vi. ut viri diligāt vxores
suas sicut corpora sua ꝓpa. Sed contra naturam est ꝙ vnus hō habeat
duo corpora. ergo etiam ꝙ habeat duas vxores. ¶ Rn̄sio. Dicendū
ꝙ papa nō potest dispēsare in his q̄ sunt contra diuinaꝫ institutiōeꝫ
contra nature ordinationeꝫ & contra diuini precepti obligatiōeꝫ. habē
autem plures vxores simul est contra omnia ista. Primo quidē contra
diuinam institutionem. Sic enim institutum est matrimoniū ut vir
et vxor debeant esse vna caro. iuxta illud Genes. ij. Adherebit homo
vxori sue & erunt duo in carne vna. Qui enim plures vxores habet
cū pluribꝫ diuidit carnem suaꝫ & facit directe contra matrimonium
a deo ꝑmariam institutionem. Secundo est contra nature ordinatiōeꝫ
Ordo nanqꝫ nature non includit impossibilitatem. Cum igitur natura
matrimonij talis sit ut vnus ꝯiugum alteri ꝑtatem sui corpis tradat
sicut imposibile est vnum hominē vna hora pluribꝫ vxoribꝫ debitū
petentibꝫ reddere. sic imposibile est vnum hominē ꝫm nature ordinem
plures vxores habere. Tercio est contra diuini precepti obligationē
Nam ꝑceptum legis nature datū homini Math. vij. sic ligat ut nemo
faciat alteri qđ sibi nolit fieri Planum est aūt ꝙ homo diuidēs carnē
suaꝫ cum pluribꝫ vxoribꝫ facit vxori qđ sibi nollet fieri. nullus enim
vellet ꝙ sua vxor cum pluribꝫ carnem suam diuideret. vnde plures
vxores habere ē directe contra dictamē ratōnis naturalis. ¶ Ad. i. ergo
est dicendū ꝙ ius naturale esse cōmune omniū natōnum pt̄ intelligi
dupliciter loquendo etiaꝫ de iure naturali nō cōmuniter sumpto ꝫm quē
moduꝫ dicimꝰ ꝙ ius naturale ē qđ natura omnia animalia docuit
sed de iure specialiter accepto ⁊ singulariter naturaliter hominū iudicio ꝫm
quē modū dicit ysidorꝰ ꝙ ius naturale ē qđ ī lege & euāgelio ꝯtinetur

Primo quantũ ad obligationẽ. Et sic tale ius ꝯũe est omniũ nationum habentiũ rationalem aĩaꝫ. Scdo quantũ ad obſuationẽ habẽ ergo plures vxores est contra ius naturale ut est ꝯũe omi nationi. qꝛ omnes nationes ligat. non tñ sic est ꝯũe ꝙ ab omnibus obseruetur

¶ Ad scdm est dicendũ. ꝙ non est simile quia ꝑ vsũ scdi cibi nllm fit ꝑiudiciũ primo. ꝫ per vsũ scde vxoris fit preiudiciũ prime. hominis nanqꝫ ad cibũ quẽ ꝯsumit nulla contrahit obligatio. ꝫ homis ad vxorẽ ꝑpetua obligatio contrahit. ¶ Ad terciũ est dicendum ꝙ eẽ aliquid naturale potest intelligi dupliciter vel a natura sola sine actu aĩe ut motus lapidis et tale non potest assuefieri in contrariũ. vel a natura cum actu aĩe. et tale potest assuefieri in contrariũ. Vñ aues docentur hominũ voces articulatas forte :-

AD Scdm sic procedit. Videt enim ꝙ aliqñ auctoritate humana fuit dispensatũ plres vxores hre. quia ĩ illis que nõ sũt cõtra naturam nec cõtra mores nec contra dei precepta auctoritate humana dispensari potest. ꝫ dicit glo. aug. Gen. xxix. ꝙ plitas vxorũ iacob nõ fuit contra naturam nec contra mores nec contra dei ꝑcepta. ergo in hoc auctoritate humana dispensatũ fuit. ¶ Pretea Amb dicit ꝙ Abraham qñ plres vxores habuit nõ cõmisit aliquid contra legem ꝫ preuenit legem, In omi aũt eo qd nõ est cõtra legem diuinã dispẽsari potest auctate hũana. ¶ Pretea dispẽsatio cadit sup eo qd non est contra legem nate. ꝫ ꝯseruatio speciei humane quã natura omnium aĩalium dictat in suo gñe securiꝰ et certius potest fieri per pluralitatem vxoꝝ qꝫ aliter. solũ ergo auctoritate humana in hoc cadit dispensatio. ¶ In ꝯtrariũ est quia humana auctoritas non se extendit dispensare in eo qd est contra naturã et contra mores. Sꝫ glo Gen. iiij. dicit ꝙ primꝰ contra naturam et mores ꝯmittẽs adulteriũ fuit Lamech qui accepit duas vxores. ¶ Rñsio Dicendum ꝙ ſm aug. duo precipue ostẽdunt solũ dei auctoritate dispensatũ esse ĩ plitate vxoꝝ. Primũ est diuini cultus ampliatio. Scdm est sanctorum patrum deuotio. In successione nanqꝫ sanguinis sicut dicit aug erat successio religionis in qua colebat deus. Vnde quia gentis fidelium distincte ab infidelibus primꝰ pater fuit abraham. Ideo in eo ꝑmo factum est priuilegiũ scte dispensationis de plibus habendis vxoribus et sic successiue omibꝫ posteris eius ĩ qbꝫ fuit eadẽ causa ꝓpagationis

fidelis ꝓpl'i Secundo hoc ostendit sanctorum patrum deuotio. Contr̄-
hebant enim ꝑm Aug⁹. sancti patres cum pluribꝫ vxoribꝫ nō ducti
libidine ꝫ ducti pietate quia vtebant̄ cōiugibus pluribꝫ castius q̄m
nunc vna quilibet istoꝝ in quibꝫ videmus qd̄ ꝑm veritatem concedit
apl's qui attestat̄ eorum meritū. ait enī ꝙ sicut nō fuit impar meritū
patientie in Petro qui passus est ⁊ in Ioh̄. qui passus non est. sic nō
fuit impar meritum continētie in Ioh̄e qui nullas exptus ē nuptias
et in abrahā qui filios gn̄auit. nam illius celibatus & istiꝰ cōnubiū
pro temporꝝ distributione xp̄o militauerunt. Quāuis enim castitas
celibum melior sit q̄m castitas nuptiaꝝ. abraham tn̄ ambas habuit ⁊ vnā
habitu & vnam solam in vsu. ¶ Ad primum ergo est dicendum ꝙ
plures vxores habere nō fuit contra nat̄aꝫ in antiquis patribus q̄a
non fuit ꝓpter affectū libidinis ꝫ officiosum. vnde nō erat cont̄ legē ⁊ osū
nature exquo sciebant int̄na inspiratōne ⁊ angelica reuelatiōe ip̄m
deum hoc velle. Quāuis enim ratio nat̄alis absolute dictet non esse
accipiendam rem alienaꝫ dn̄o rei inuito conditionalit̄ tamen potest
dictare contr̄rium puta dn̄o volēte. Exquo ergo sancti patres sciebāt
deum velle non erat contra dictamen legis nature sic conditionaliter
sumptum nec contra morē. qꝛ illo tempore sic fiebat. nec cont̄ p̄ceptuꝫ
qꝛ nulla lege scripta adhuc istud erat ꝓhibitū. ¶ Et ꝑ hoc patet rn̄sio
ad scd̄m quia abraham p̄uenit legem mosaycam scriptam non autē
preuenit legem nat̄e que licet absolute dictaret pluribꝫ vxoribꝫ non
esse cōmiscendum volente tn̄ deo et inspirante dictabat contrarium.
¶ Ad. iij. est dicendū ꝙ ratio nat̄alis in homine dictat cōseruatiōeꝫ
speciei ꝑm ratōnem possibilē. pluralitas autē vxoꝝ talē possibilitatē
rationabilem excludit. vnde non recipit dispensationem nisi in casu
et diuina auctoritate ⁊c̄.

AD. iij. sic proceditur Videt̄ enim ꝙ ꝓp̄ possit dispensare ꝙ vna
mulier possit esse vxor plurium viroꝝ. Dicit enim Aug⁹. in li.
de decem cordis ꝙ plus peccat homo q̄m mulier adulterās. magis g°
est dispensabile ꝙ vna mulier habeat plures viros q̄ꝫ ꝙ vnꝰ homo
habeat plures vxores. ¶ Preterea aliquādo de facto dispēsatum est ꝙ
hō pl'es vxores habeat. g° de facto dispēsabile ē ꝙ vna mulier habeat
pl'es viros. ¶ Pret̄ea ph̄s dicit. i. ph̄icoꝝ ꝙ sic femīa appetit mascu-
lū sic̄ materia formā. ꝫ materia pt̄ pluribꝫ formis īformari. g° mulier

pt̄ pluribꝫ viris copulari. ¶ In cōtrariū ē qꝛ illō nō ē dispēsabile qd̄ ī nulla lege legit̄ cē factū vel dispēsatū. ꝫ nusq̄ legit̄ lege diuina fuisse dispēsatū nec in aliq̄ natiōe quantūcunq̄ barbara legit̄ esse consuetū ꝙ vna mulier habeat plēs viros. non est ergo hoc dispensabile.

¶ Responsio dicendum ꝙ in copulatione viri et vxoris quatuor includunt̄ Primo nat̄alis subiectio. Sic enim dictū est vxori Gen̄. ij. Sub viri pt̄ate eris et ip̄e dn̄abit̄. Scd̄o perfecte amicicie copulatio Est enī nat̄alis amicicia perfecta et primaria int̄ virum et vxorem. Tercio prolis generande affectio quia ꝓpt̄ hoc facta est in adiutoriū viri ut dicit aug̃. Quarto eius nutritio et educatio, Ista enī quatuor destruerētur si mulier eēt vxor pluriū viroꝝ. Remoueret̄ enī nat̄alis subiectio quia contra ordinem nature est ut aliq̄ persona eque per se pluribus subijciat̄, Scd̄o remoueret̄ amicicie copulatio. Perfecta enī amicicia non nisi ad vnū esse potest. Et cū hoc induceret̄ doloris afflictio. que est principiū discordie. quia quilibet tristat̄ cū impeditur per alterū in vsu sue rei delectabilis. Tercio remoueret̄ prolis affectio. Quāuis enim vnus vir possit fecundare multas feminas vna tn̄ mulier cōmunit̄ pluribus viris fecūdari nō potest, Vn̄ meretrices que pluribus viris se supponūt ꝯuīt̄ steriles sūt. Quarto remoueret̄ nutritio et educatio. quia certitudo prolis est causa sollicitudīs habēde circa eius nutritiōez et educationē. que nulla ē qn̄ vna muliē pluribus viris copulat̄, Indispensabile ergo est ꝙ vna mulier sit vxor pluriū viroꝝ, ¶ Ad primū ergo et scd̄m est dicendū. ꝙ intētio aug̃. ē ī libro p̄allegato maiꝰ pct̄m est adulteriū vxoris q̄ viri. pro tanto quia ad adulteriū vxoris concurrit Primo furtū ī eo ꝙ hereditas debita filijs mariti dat̄ extraneis. Scd̄o concurrit frequēter homicidiū ꝓpter qd̄ vitandū Moyses permisit adulteria permittēdo libellum repudij. Expresse eniz dicit glo. Deut̄. xx. Vide inq̄t quantū malum est homicidiū. Pro q̄ vitādo multa adulteria tollerant̄. Tercio concurrit ibi sacrilegiū quia omnis mulier adulterans ſm omne tēpus ē vniūsalit̄ p̄uaricatrix legis diuīe. Nō aūt sic hō. cū aliqn̄ fuit dispensatū ꝙ vnus homo posset plibus vxoribus ꝯmisceri. plus tn̄ peccat homo adulterās q̄ mulier quia deo est ꝓpinquior. Est enim caput eius. Est in complexione fortior. et in ratione prestantior, Ista enim duo simul stant ꝙ mulier adulterans maius pct̄m ꝯmittat q̄

vir et tñ plus vir peccat q̄ vxor quia maiꝰ pcm̄ referť ad opatiōez et actū pcī· ꝫ plus peccare referť ad ꝺditionem et statum peccātis.

Ad terciū est dicendū q̄ sicut contra naturam est q̄ matia simł in eodē modo plibꝫ formis informet sic contra naťz est q̄ vna mł simul matrimonialiť plibꝫ viris copuleť Successiue vero mortuo viro potest alteri nubere sicut in matia ex corruptione vnius fit generatio alterius,

AD iiij sic ꝓceditur Videť enī q̄ ꝑ possit ꝺispensare q̄ simplex fornicatio non sit pcm̄ mortale· quia ille qui facit qꝺ est de iure naťe nō peccat. Sed ysidorus dicit de iure naťali esse maris et femine ꝺiuīctionē· Nō ē ergo pcm̄ mortale simplex fornicatio. Preťea Abraham cognouit ancillā suā de consensu vxoris et cū ibi fuit fornicatio simplex non tñ ei imponiť q̄ peccauerit mortaliť. Preťea vbi possūt assignari bona matrimonij sine pcō fieri potest· ꝫ in cōcubitu fornicario possūt assignari ꝑpetuitas fidei· gn̄atio prolis et sacramentū ergo sine pcō mortali fieri potest. In contrarium est q̄ nullus excluꝺiť a regno celesti nisi pro peccato mortali, Sed apł's ꝺicit ad Ephe· v· Q̄ omnis fornicator aut īmūꝺus aīe habet hēditatē in regno xp̄i et ꝺei. Rñsio ꝺicendū q̄ quibusꝺā visū est fornicatōz simplicem non esse peccatū mortale· q̄ Gen̄ p̄mo inꝺrn̄t oībꝫ ꝺicit Crescite et multiplicamini et replete terram, Similiter lex ciuilis ꝺicit quod in nullis bonis est concediť occupāti sed mulier soluta careť in nullius bonis ē· Occupāti ergo licite concediť vti etiam re ad vsū ad quem facta est· nullū videť esse pcm̄ et maxime vti re sua· ergo q̄ quis vtať ancilla sua ad actū generationis cū ad hoc mulier facta sit nō videť eē pcz morle. Ad hm ergo rñdet aug̃ ī li· ꝺe decē cordis ꝺicēs simplicē fornicatōz eē ꝺr̄ ius naťale q̄ ē ꝺr̄ istꝺ p̄ceptū legis naťe· qꝺ tibi nō vis fieri alī ne facias· qꝺ qꝺez preceptū ut ait extēꝺit se ad ꝺilectionē dei et ꝺilectionē ꝓximi· Nō enī homo debet facē ꝓxīo qꝺ sibi nollet fieri et mł̄to magis nō ꝺebet facē ꝺeo qꝺ sibi nollet fieri· aliť ut ait carior esset homī ꝓximꝰ q̄ ꝺeꝰ· Sz ideo aꝺulteriū est pcm̄ morle q̄ hō facit ꝓxīo qꝺ sibi nollet fieri corrūpit enī vxorē eius et tñ suam nollet ab aliquo corrūpi ergo eodē modo fornicatio simplex est pcm̄ mortale q̄ facit hō ꝺeo qꝺ nollet sibi fieri· Nā corrūpit ꝺomū et templū ꝺei et tñ ꝺomū et tēplū suū nollet ab aliquo corrupi et ꝺeturpari

(vnio)

nō /

/ ut mſula nati ī mā q̄ ī nullius bonis ē greca corrūpti

Q vero dicitur · Crescite & multiplicamini etc · dictuz est hoc post fornicationem eue & institutōnem matrimonij & si ante dictum est fuit propt operum sex dierum cōtinuatōnem · non ꝓpter p̄cepti executionē Q autem subdit occupanti conceditur qd non est in bonis alicuius intelligit de illis quorum dn̄ium fuit datum homini non de mulieribus ul hominibꝫ · similit vti re sua cuilibet licet nō tn̄ abuti · Ancilla aūt nō est deputata hōi ad vsū fornicatōis ꝫ ad alia obseq̄a · ¶ Ad · i g° ē dicēduz ꝙ vsꝰ viri cū femina q̄cunq; natalis dicit a nata gn̄ali non autē speciali que est cum ratōne & discretōnis vsu · Vnde postq̄ ysidorꝰ dixit de iure natali esse cōiunctōnem maris et femine addidit q̄m nos matrimoniū appellamꝰ · ¶ Ad scd̄m est dicendū ꝙ abrahaz non fuit fornicatꝰ cum ancilla sua quia ut scribit Gen̄ · xvi · ancilla fuit sibi vxor & pro vxore assignata · Cum enim diceret abrahaz habuisse duas vxores si ancilla nō fuisset sibi matrimonialit copulata ¶ Ad Tercium est dicēdum ꝙ ꝓpetuitas fidei non seruat ī cōcubitu fornicario · eo ꝙ de consensu alterius uel vniuscuiusq; ꝓpetuitas illa diuidi potest nec bonum prolis cum nō sit ad prolē affectꝰ matrimonialis et multo minus · nec est hic bonum sacramenti · ꝓpter qd error ē dicere fornicatōnem simplicem non esse peccatum mortale ·

AD · v · sic procedit Videtur enim ꝙ papa non possit dispensare ī quolibet cōsanguinitatis gradu quia ius positiuum cuius ꝓp̄ est conditor non potest tollere ea que sunt de iure nate · Sed vinculū consanguinitatis qd est aptum natuz impedire matrimoniū est vinculum natale · ergo nullo statuto ecclesie hoc potest tolli · ¶ Preterea manēte causa semp manet effectus · Sed causa quare ꝯsanguinitas impedit matrimonium est bonum prolis repressio concupiscentie & multiplicatio amicicie · manēte ergo tali causa semp manebit effectꝰ vt ꝙ non dispenset in gradibꝫ consanguinitatis · ¶ Preterea ꝓp̄ non potest facere ꝙ vna & eadem actio sit in genere peccati incestus et in genere sacramēti · Sz si aliqua contraherēt in tercio gradu cōsāguinitatis absq; ꝓp̄e auctoritate talis contractio esset peccatum incestꝰ · Si vero talis contractio approbat p papam esset verum matrimonium Et sic vna et eadem actio esset peccatū et sacramentū · ¶ In contriū est quia non minoris auctoritatis est ꝓp̄ q̄m impator qui ē conditor iuris ciuilis · Sed qn̄q; ius ciuile determinabat g̃dus cōsanguinitatis

matrimonij impediētes et nō ipediētes ergo multo fortiꝰ ī talib⁹ po-
test dispēsare ꝑp̄. ¶ Ad⁹ ·do· qꝫ ī mr̄imo⁹ tria possumꝰ dsiderare· Prīo
eq̄lez eq̄pollētiā· vir enī ⁊ vxor nō ad īparia iudicāt· sūt enī eq̄les ī
actu matrimoniali. Scdo carnal' copl'e ierubescētiaz. Tercō ipiꝰ prol'
diligētiā · ꝑp̄t carētiā i⁹ eq̄lis eq̄pollētie sp̄ pr̄ & mr̄ fúunt a mr̄imo⁹
excluſi in oī lege. Si enī filia copl'aret pr̄i assumēt eā ī socīā ⁊ non
remanēt ī ea filial' sbiectō et eodē modo si filiꝰ copl'aret mr̄i· vñ statī
ī p̄mordio ꝓductōis hoīs pr̄ et mr̄ a mr̄imo⁹ fúunt excluſi iuxt̄ illud
gen· ij· ꝑp̄t hoc reliquet hō pr̄ez et mr̄ez q̄rū derelictio nō p̄ ītelligi q̄n
tū ad habit⁹ patiōz vl' necessarioꝝ subuētionē qz tūc eēt ctr̄iū illi p̄ce-
pto honora patrē tuū et mr̄ez tuā mtelligit ergo tal' derelictio q̄ntuz
ad mr̄imonialē diūctōez· ī hoc igit nll'a dispēsatio cadit · qz ꝑ istitutō
matrimonij sacm̄eto has duas psonas excepit· ī cet̄is aūt nll'az nll'i
diugij sacm̄etū federādū ꝓhibuit ut dicit hugo· ij· li· de sacm̄etis· ꝑ-
ter carētiā ꝙ hōestatis pudicicie excluſi fúunt ī lege moꝝsi a matri-
monio ille psone q̄ ī vna domo ad iuicē dsueuerūt hītare· q̄ꝫ vnus
altiꝰ honestatē et pudicicīā suare teneꝰ. Sz ꝑp̄t carētiā pl' diligētie
quā parētes tenēꝰ natural'r hr̄e excluſi sūt a ctr̄actōe mr̄imonij· q̄nq̄ ꝑ
ecc̄iaz vsq̄ ad sextū et septimū gr̄aū nūc ꝙ excludūt solū vsq̄ ad· iij·
ex vna pte et q̄ntū ī alia· ī alijs ꝙ ifirmitatib⁹ gradib⁹ sine dispēsatōe ec
clesie ctractō mr̄imonial' fieri nō p̄· sic enim rñdet greg' requisitꝰ ab
aug⁹ āglox epō q̄rēti ī q̄tta gnatiōe fideles debeāt copl'ari dispēsato-
rie iq̄t· q̄daz lex romana ī repu· ꝑmittit ut siue fr̄ siue sox seu duox
fr̄m gmanox vl' duaꝝ soroꝝ filiꝰ et filia misceāt sic expimēto didicīꝰ
ī tali diugio sobolē nō posse sbsbē vñ nōe ē ut iā ī q̄rta vl' q̄nta gna
tiōe fidles licent sibi iūgāt. Ad· j· g⁹ dō· qꝫ licz dsāguītas sit natale
vīculū nō tñ tollit mr̄imoniū ipediēdo carnālē copulā n̄ bm determiatū
gradū quē determiare spectat ad ecc̄iaz ī q̄ gr̄au copl'a tal' carnal' sit lici
ta et ī q̄ illicita. Ad· ij· ē dō qꝫ nō sp̄ manz eadē causa, Qz enī vno
tp̄e ꝓhibet mr̄imoniū ī gr̄adib⁹ dsāguītatis ꝑp̄t causas supꝰ dictas.
alio tp̄e ꝑp̄t alias causas occurētes salubr̄it decdit. Ad· iij· ē dicēd
qꝫ si fiet ctractio matrimonial' in gradu dsāguītatis ꝓhibito ab ec-
desia bm quem modum esset in genere pcī inceſtꝰ nō fieret sacmen-
talis illa actio ratione illiꝰ prime ctractionis seꝺ habita dispensati-
ope noua ctractio esset sacramentalis et matrimonialis.

¶ Questio · quinquagesima quarta de dispēsatiōe septimi p̄cepti ·

Nunc considerandum est de dispensatione septimi p̄cepti · Circa quod querunt̄ quatuor / Primo · Vtruz papa possit dispensare in furto q̄ non sit peccatum mortale / Secundo Vtrum p̄p̄ possit dispensare in furto in causa p̄p̄e necessitatis / Tercio Vtrū p̄p̄ possit dispensare in furto in casu paupt̄atis aliene / Quarto Vtrum papa possit dispēsare ut res furtiue sublata non restituatur

Ad · i · ergo sic proceditur Videt̄ enī q̄ p̄p̄ possit dispēsare in furto q̄ non sit peccatum mortale · quia nullum peccatum cadit sub diuino precepto · deus enim nulli mandat impie agē ut scri' Ecc̄iast · xv · Sed deus inuenit̄ precepisse furtum · Sicut enim scribit̄ Exo · xij · Fecerunt filij ysrahel sicut p̄ceperat domin⁹ moysi & exspoliauerunt egiptios · ¶ Preterea papa potest dispēsare in eo q̄d non est ius de iure nat̄e nec de iure diuino · Sed appropriatio rerū non est de iure nat̄e · Dicit enim Aug⁹ · & ponitur · viij · di · Tolle iura impatoris ⁊ quis audet dicere hec villa est mea & ista domus est mea · Nullum ergo furtum cōmitti pot̄ · exquo nulla res magis est p̄p̄a vni q̄m alteri · ¶ Pret̄ea papa ē vicarius dei · ꝫ de⁹ est domin⁹ omniū rer̄ · iure nanq̄ diuino domini est terra ⁊ plenitudo eius · Potest ergo papa dispēsare ut nulla res uel possessio attribuat̄ vni magis q̄ alteri · ¶ In contr̄iū est q̄ papa non potest dispensare in diuinis preceptis · ꝫ non furari nūat̄ int̄ diuina precepta Exo · xx · ¶ Responsio · Dicendum q̄ sic̄ gratia est quedā lux · ita peccatum mortale q̄d gratiam tollit quedā tenebra est · Per fructus autē lucis & tenebre potest cognosci peccatum q̄d luci gratie opponit̄ · iux̄ illud Math · vij · A fructib⁹ eorū cognoscetis eos · Fructus autez lucis est triplex ut dicit apl's ad Ephe · v · Primus est caritatis bonitas · Secundus iusticie eq̄tas · Terci⁹ est manifestatiōis veritas · Opponit̄ aūt fructus caritatis bonitati p subtractā a p̄ximo indigentiam · Opponit̄ iusticie equitati per uiolentam retentam eius substantiā · Per ~~fructum~~ furtū enim non reddit̄ vnicuiq̄ q̄d suum est · Sed violent̄ inuito dn̄o eius substātia retinet̄ · Et opponit̄ manifestatiōi veritatis p occultam fraudulentiā · Vnde furtum ex his tribus habet q̄ sit peccatum mortale nec mi eo auctoritate humana dispensari potest

¶ Ad primum ergo est dicendum q̄ sicut dicit Aug⁹ · in li · lxxxiij · q · ~~ix~~ · nullum decipere sūma virtus est · quēlibet vero decipe sūmū viciū

est. hostem aūt decipere ꝓpa volūtate malū est. ꝫ diuina auctoritate est bonū. Filij ergo israhel nō expoliauerūt egiptios ꝓpa volūtate. ꝫ diuina auctoritate. nec deus hoc precipiēs fuit deceptor qd̄ credē nepharium est, Sed fuit meritorum et personarum iustissimus distributor. nec filij israhel furtū ꝯmiserūt ꝫ magis qd̄ debitū erat eis acceperūt. Vñ scribit̄ sap. x. ꝙ multi tulerūt spolia impioꝝ, ¶ Ad. ij. dd̄ ꝙ sicut dicit iurisconsultus Cū aliquid iuri diuino vel nat̄ali addit̄ vel subtrahit̄. ius ciuile efficit̄. Cōmunitas ergo reꝝ ꝓ tanto attribuitur iuri nat̄ali nō ꝙ ius nat̄ale dictet oīa esse possidēda ꝯuīt̄. imo dictat contrariū. Vñ ph̄s nat̄ali ratione reprobat opinionē illorū qui dixerūt vxores et oīa alia esse ꝯuīt̄ habēda Sed qꝛ ꝑm ius nat̄ale nō est facta distinctio vel appropriatio reꝝ. ꝫ magis hoc factū ē ꝑm ius positiuū. ideo appropriatio rerū non dicit̄ esse de iure nat̄ali. sed de iure ciuili qd̄ nō est iuri nat̄ali contrariū ꝫ sæpadditū, ¶ Ad terciū est dicendū ꝙ sicut deus qui habet principale omniū rerū dominium ꝑm suā prouidētiam ordinauit tp̄ales res ad corporalē hominum sustētationē. eis ꝙ nat̄ale omnium rerū dn̄ium quantū ad potestatem vtēdi concessit. Sic papa eius vicariꝰ hunc ordinē dei prouidentia obseruare tenet̄ nō immutare.

AD. ij. sic ꝓceditur Videt̄ enī ꝙ ꝓp̄ nō possit dispensare ī furto in casu ꝓpe necessitatis. quia magis consonū esse videt̄ nat̄e fornicari q̄ꝫ furari. ꝫ nunq̄ꝫ pro ꝑuanda ꝓpa vita papa potest dispensare ꝙ licēt homini fornicari. ergo multo minꝰ potest dispensare ꝙ liceat homini furari. ¶ Pret̄ea maiꝰ bonū ē ꝯꝑuatio speciei q̄ꝫ indiuidui. et maiꝰ malū ē furari q̄ꝫ fornicari ꝫ nō licꝫ ꝯmittē minꝰ malū puta fornicari ꝓ maiori bono ut ꝓ ꝯꝑuatiōe speciei. ergo multo minꝰ licꝫ facere maiꝰ malū scꝫ furari ꝓ mīori bono ut ꝓ ꝯꝑuatōe indiuidui ¶ Pret̄ea sic̄ fit appropatio mulierū ꝑ matrimoniū. ita fit appropatio rerū ꝑ dn̄iuꝫ. ꝫ nunq̄ꝫ licet rape mlierē iā alteri appropatā ꝑ matrimoniū. ergo nūq̄ꝫ licꝫ rape rem iā alteri appropatā ꝑ dn̄iū. ¶ In contrarium est qꝛ papa potest dispensare ꝙ homo absoluat̄ a restitutione rei aliene in casu necessitatis. Ergo similiter potest dispensare in casu nc̄citatis ꝙ rem alienā possit homo accipere. ¶ Rn̄sio dicendū ꝙ sicut dicit aug̃ et ponit̄ viij di. Aduersū nat̄ale ius nulli q̄cq̄ꝫ agē licet. Est enim ius nat̄ale idem et īmobile apud omnes. Ius

vero positiuum est multiplex et multipliciter mutabile quia quam-
diu ꝯsonat iuri naturali seruandum ē qñ vero discordat ꝑuādū nō est
Planum est autē ꝙ conseruatio vite est de iure naturali appropriatio
vero et distinctio rerū ut dictum est facta est ꝑ ius positiuū. qm̄ ergo
appropriatio rerū conseruatione vite nō obuiat seruanda ē vbi v̄o
obuiat cessat. ita ꝙ necessitas vite ꝯseruande est aliter releuabilis q̄ꝫ
per acceptiōez rei alteri appropriate non ē dispensabile ut rē alteri ap
propriatā ꝓ conseruanda vita sua homo accipiat qꝛ ius positiuum
in tali casu non obuiat naturali Si v̄o nō est releuabilis dispensabile
est ut homo rem alteri appropriatā ꝓ conseruanda vita sua accipiat
qꝛ in tali casu ius positiuū opponit̄ naturali cessat enī ex necessitate re
rum appropriatio et fiūt om̄ia ꝯmuīa ¶ Ad primū ergo est dicendū
verum esse ꝙ actus fornicatiōis magis est consonus nature q̄m furti.
materia tñ circa quā est furtum in casu nc̄itatis aliter se ht̄ quā ma
teria circa qm̄ est fornicatio. qꝛ in casu nc̄itatis materia furti fit ydo-
nea ad accipiēdū eam eo ꝙ de ꝓpria fit cōmuīs. ꝫ materia circa quā
est fornicatio nunq̄m fit ydonea ad coeundū cum ea semꝑ enim ma-
net fornicatio in sua rōne quia nunqm̄ fit coīs ¶ Ad scd̄m est dicen-
dum ꝙ licet maius bonum sit conseruatio speciei qm̄ indiuidui ho-
mo tñ magis tenet̄ ad conseruationē indiuidui qm̄ speciei et ideo il-
lud ꝑ qd̄ conseruat̄ indiuiduū fit licitū ut ꝓprium fiat rōe in casu ne
cessitatis ꝫ illud ꝑ qd̄ conseruat̄ spēs nō facit licitū qꝛ nō facit mulie-
rem ꝯmunē ¶ Ad tercium est dicendū ꝙ non est sil̄e qꝛ appropriatio
mulierum perpetua est eisdem ꝑsonis manentibꝫ non autē sic est ap
propriatio rerū qꝛ qd̄ ē ꝓpriū fit ꝯūe in casu necessitatis sicut dictū est
Ad terciū sic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ ꝓpa nō possit dispensare in fur-
to in casu aliene paupertatis. qꝛ maius pc̄tm ē furari qm̄ mēti-
ri. ꝫ ꝓpa non potest dispensare ꝙ ꝓ vita alteriꝰ conseruanda liceat
alicui in aliquo casu mentiri ergo multo minꝰ furari ¶ Preterea ꝓp
non pt̄ dispensare ꝙ ꝓ salute anīe alterius liceat alicui furari. ergo
multo minꝰ nō pt̄ dispensare ꝙ liceat alicui furari ꝓ salute corporis
¶ Preterea apl'us dicit Ro. iij. ꝙ iusta est illoꝝ damnatio q̄ dicūt
faciamꝰ mala ut veniant bona nō est g° dispensabile ꝫ damnabile
ꝙ quis furet̄ ut subueniat pauperi indigenti in casu nc̄itatis ¶ In-
contrariū est qꝛ saluator excusauit ~~dicēdo~~ q̄ panes ꝓpositionis dedit

pueris suis in casu necessitatis quos non licebat comedere nisi sacer-
dotibus sicut habet lu. vj. Sup quo verbo dicit glo. q̄ nc̄citas non
licitū facit licitū. ergo furari et indigēti subuenire in nc̄citatis articl'o
si hō non hē per se q̄ sibi subueniat. licitū est, ¶ Rn̄° . dd̄ q̄ aliqui
dicūt p̄sonam a qua furtiue aliquid accipit aut publicā esse et de sti
pendijs cōuitatis viuē. vel p̄uatam. Et si est publica. duplicit. q̄a
vel habet dn̄iū tirannicū. vel iusto titulo acquisitū, Vtroq̄ modo di-
cunt q̄ licitū est furari a p̄sona publica in casu necessitatis p̄p̄e vel
aliene. quia nō est contra legē nat̄e tirānū spoliare. quē honestū est
necare ut dicit Tulli⁹ iij. de offi. Similit̄ licitū est furari de bonis pu
blice p̄sone hn̄tis dn̄ium iusto titulo acquisitū quia bona eius stipē
dia cōuitatis sunt. Sed de bonis p̄uate persone non licet furari. imo
potius vt dicūt debet se vel alter̄ p̄mittē mori q̄ contra legē nat̄e facē
furtū Furtū aūt lege nat̄e prohibet̄ ut dicit aug̃. li. ij. cōfes. Oīa aūt
ista non vident̄ eē bene dicta quāuis enī hostē vel tirannum spolia
re licitū sit auctoritate supioris. non est tn̄ licitū p̄p̄a volūtate ut di.
aug̃. Bona v̄ publice persone hn̄tis dn̄ium iusto titulo acquisitum
licet sint stipēdia cōuia sunt tn̄ sibi appropriata p̄ cōui administrati-
one quam ~~sibi~~ exercet. Vn̄ ea ratione non est licitū furari de bonis
eius qua ratione non est licitū furari de bonis p̄uate persone. Nec ē
contra legem nat̄e rem alteri appropatā accipe ī nc̄citatis articl'o ad
subueniendū sibi vel alteri quia hoc non est p̄p̄e furtū ī lege nat̄e p̄
hibitū quāuis videat̄ esse simile furto. cū in casu nc̄citatis illud qd̄
p̄p̄um est fiat cōue, Puto ergo eē dicendū sicut sup̄ dictū est q̄ vl' ne-
cessitas p̄ximi potest aliter releuari q̄ per acceptionem rei alteri ap-
propate et tunc non licet rem alienam accipere. Vel non est aliter
releuabilis. et tunc licet, Nam s̄m aug̃. iij. li de vera religiōe, Ista ē
regula caritatis p̄ximo optare bona que sibi homo optat, Sicut g°
de iure nat̄ali quilibet tenet̄ cōseruare vitam suam. ita et vitam pro-
ximi. In eo ergo casu in quo dispensabile est ut homo rem alienam
accipiat pro conseruanda vita sua ¶ In simili casu dispensabile est
ut homo accipiat rem alienam pro conseruanda vita proximi sui.
¶ Ad Primū ergo est dicendum q̄ quāuis furari magis peccatum
sit q̄m mentiri tn̄ mendacium importat insepabiliter prauam intē
tionē agētis puta intentiōez fallendi ideo nunq̄m pt̄ bn̄ fieri. furtū

autem sic nõ importat. ¶ Ad scdm est dicendum· q̃ non est simile q̃ salus anime aliter pt̃ conseruari qm̃ p subuentiõez rei tp̃alis sal⁹ aũt corporis non, Non enim res tp̃alis sic ordinat̃ ad salutem anĩe sicut corporis. ¶ Ad tercium est dicendum q̃ rem prius alienam accipere et pauperi tanquã suã dare in necessitatis articulo non ẽ malum neq̃ ꝓprie furtum quãuis videat̃ furto simile. Nam furtũ ꝓprie dictum est cum accipit̃ res aliena manens aliena & inuito dño manente dño et intentione fraudulenta puta animo celandi et retinẽdi alienum In tali vero casu nõ manet res aliena eo q̃ necessitas facit cõmunẽ· neq̃ manet idem dñs rei· quia accipiendo et vtendo in necessitate sua efficitur nec accipit̃ fraudulenter ꝫ simpliciter vnde non fit malum ut eueniat bonũ sicut supponebat̃.

AD quartum sic ꝓceditur videt̃ enim q̃ ꝓp̃a possit dispensare ut res furtiue sublata non restituat̃ q̃ ꝓp̃a est dñs oĩm ergo pt̃ rẽ vnius alteri concedere absq̃ eo q̃ illi restituat̃· ¶ Preterea papa est vicarius dei ꝫ deus mandauit ut filij israhel furarentur bona egiptiorum non reddituri eis illa bona que furati eis fuerant ut dicit Augustin⁹· ergo sil'r hoc papa facere pt̃ ¶ Preterea scribitur extra de furtis Siquis p necessitatem famis uel nuditatis furatus fuerit cibaria vestem uel peccuniam peniteat p tres ebdomadas· indulget ergo ꝓp̃ q̃ res furtiue sublata non restituantur, ¶ Preterea mitior debet eẽ lex diuĩa qm̃ lex humana· ꝫ non taxatur pena mortis ꝓ furto semp in lege humana· ergo lex diuina nec penã damni taxare debz exquo mitior est. ¶ In contrariũ est q̃ non furari cum sit p̃ceptum diuinũ indispensabile est. ¶ Responsio dicendũ q̃ res pt̃ aufferri ab aliq̃ quinq̃ modis quantũ ad pñs primo p illius cui⁹ est ignorantiã· et sic ꝓprie nominat̃ furtũ a furtio vel a fusco eo q̃ noctis tp̃e accipitur nesciente dño rei ut dicit ysidor⁹. Scdo p violentiã et sic ꝓprie vocat̃ rapina sicut tiranni & mali principes violentiã inferentes rapiunt aliena de quib⁹ dicit scriptura Om̃es principes tui q̃i vrsi rapientes predam· Tercio per iniusticiam et sic vocat̃ latrociniũ tales enĩ sunt rectores qui condunt iniustas leges ad extorquendum peccunias pauper̃ remota enim iusticia regna et regimina non sunt nisi quedam magna latrocinia ut dicit aug̃· iiij· de ciui· dei· Quarto ꝓpt̃ sacre rei illatam irreuerentiam et sic vocat̃ sacrilegiũ. Nam ꝑm Ysidorũ

sacrilegus dicit eo q̄ legit vel furat rem sacram. Quinto per neglectam maliciam. Et sic est retentio mercedis opariorum. Qui enim nō reddit mercedē suis operijs planū est q̄ tenet ad restitutionem Oīa enim ista nomine furti prohibētur. et ideo in oīmb istis non cadit dispensatio. ut res his modis sublata nō restuat nisi ī casu nēcitatis et p̄ reipu. administratione. vel fidei defensiōe seu p̄ illoz de quib⁹ accipitur bonoz confiscatione. et p̄ illoz qui accipiūt indigētie releuatione et impossibili redditione. Ad Primum ergo est dicendū. q̄ papa est dominus omnium per tuitionem. et iusticie obseruationez Vnde nō puto q̄ possit rem vnius concedē alteri nisi forte casibus supradictis. Sz nunq̄ si aliquis recipiat de bonis confiscatis per papam tenet ad restitutionē. Puto q̄ si iniuste confiscata sunt non tenet. m. ut dicit aug⁹. in li. lxxxiij. questionum. solus deus nouit vel certe longe excellētius et sincerius atq̄ certius q̄ homines noscant q̄ quisq̄ pena vel p̄mio dign⁹ sit puto q̄ tutius sit talia bona quātūcunq̄ confiscata restituere q̄ tenere. Ad Secundū est dicendū. q̄ papa est vicarius x̄pi et minister eius non q̄ mediāte eo aliquis decipiatur. ꝫ potius q̄ a deceptione liberetur. Dicit enim aug⁹ in li. supradicto. Q̄ deus expoliauit Egiptios et decepit. Non quidem p̄ seipsum. quia ipse per seipsum neminem decipit cum sit pater et spiritus veritatis. dignis tamen digna distribuēs. Nec per angelū bonum cui non conueniebat persona fallacie. nec per talem hominem qui custodire et obseruare intendit illud quod scriptum est. Sit sermo vester est est non non. Sed per talem angelum qui pro sue peruersitate infimis nature gradibus ordinatus est ad vindictam malefactorum et exercitiū atq̄ pugnationem iustorum. aut per tales homines qui nondum huius mundi cupiditatibus se exuerunt Iudei nanq̄ per q̄s egiptij expoliati sunt et decepti nō iam erāt tales quib⁹ diceret. Diligite inimicos vr̄os. ꝫ tales quibus dici oportebat. Dilige proximum tuum. et odio habebis inimicū tuum. Ad Terciuz est dicendū q̄ illa decretal' intelligit ī casu nēcitatis p̄p̄e vel aliene ī q̄ rē alienā accipe nō omittit p̄p̄e furtū licz videat sile furto ut dicz est vel loq̄tur de furto p̄uarum rerum que non accipiantur animo ferendi magnum nocumentum proximo. Talia enim que minima sunt. intellectus accipit quasi nichil. Vt dicit Phs̄ secō Phisicorum.

¶ Ad quartum est dicendū ꝙ pro quolibet furto non infertur pena mortis nisi aggrauaretur ex aliqua circumstantia vel ex parte eius qđ furtiue aufertur ut siquis furabat̄ hominē mortis pena puniēdꝰ erat exo·xxi uel ex parte modi furandi ut siquis furatur rem sacram uel rem cōmunē uel in loco ꝯmuni puta in balneo vel in foro vbi nulla est in custodia muri uel familie ī talibꝫ enim ꝓ custodia legislator dedit minas mortis,

¶ Questio lv·de dispensatiōe octaui p̄cepti.

Deinde considerandum est de dispēsatiōe octaui p̄cepti Circa qđ querunt̄ quatuor Primo vtrum p̄pa possit dispensare ꝙ falsum testimonium nō sit peccatum mortale Scđo vtrum papa possit dispensare ꝙ mendaciū non sit peccatū. Tercio vtrum papa possit dispensare ꝙ liceat mentiri mendacio officioso uł iocoso. Quarto vtrum papa possit dispensare ꝙ inferendo testimonium non interueniat iuramentū.

Ad primum ergo sic ꝓceditur videtur enim ꝙ papa possit dispēsare ꝙ falsum testimoniū non sit peccatum mortale·qꝛ mendacium qđ ~~vni~~ nocet & alteri ꝓdest peccatum non esse videtur·ꝫ qn̄q̄ aliquis falsum testimonium ꝑhibet ut aliquē a morte liberet et fl'a sentencia & ~~temp~~ intentata sibi ꝑ falsos testes uel per iudicis ꝑuersitatē g° tale testimonium fl'm dispensabile est ꝙ non sit peccatum mortale, ¶ Preterea aliquis fert testimonium de aliquo homine ꝙ sit castus et castum eum credit et tn̄ est adulter fl'm ergo testimonium ꝓfert et nichilominꝰ nō peccat mortalit̄ ꝟm augu· ¶ Preterea veritas que est virtus moralis requirit veritatem ꝟm omnes circumstantias · ꝫ difficile est ꝟm omnes circumstantias considerare factum de quo fert̄ testimoniū·graue est ergo dicere ꝙ om̄e falsum testimonium sit mortale peccatum, ¶ In contrariū est quia transgressio diuini p̄cepti peccatum mortale est Sꝫ papa nō potest dispensare in diuinis p̄ceptis ergo non potest dispensare ut falsum testimoniū non sit peccatum mortale. ¶ Responsio dicendū ꝙ falsum testimoniū ex hoc dicit̄ esse mortale peccatū qꝛ est contra dei iusticiam et contra iustum iudiciū Scribit̄ enim Roma·i·ꝙ cum iusticiam dei cognouissent non intelligentes ip̄am ꝫ potius contra eam agentes digni sunt morte· Istud autē contingit tripliciter Primo quando homo profert fl'm testīoniū

ꝯ dei iusticiā ut qn̄ qđ dicit fl'm testīoniū — [illegible]

Ad. ij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enim q xp̄s pfectum modū diligendi po-suerit sub p̄cepto nō sub pfectiōis cōsilio quia pfecte deū diligē est eum diligē ex toto corde. ꝫ hoc ponit̄ sub p̄cepto luce. x. Diliges do-minum deū tuū ex toto corde et ex tota mēte tua ⁊ ex omnibꝫ viribus tuis. ¶ Preterea pfectus modꝰ diligēdi ē diligē inimicos. Vnde sal-uator Math. v. cū dixisset. Diligite inimicos vestros. statim subdidit Estote vos pfecti sicut et pater vester celestis pfectus est. Sed diligere inimicos ponit̄ sub p̄cepto eodem capl'o. Ego autē dico vob̄ diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt vos. ¶ Preterea non est pfectior modus diligendi q̄ꝫ ꝓximo animā ponere iux̄ illud Ioh. xv Maiorem caritatē nemo habet ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Sed talis modus diligendi ponit̄ sub precepto. i. Ioh. iij. in hoc cognouimus caritatē dei quoniā ille pro nobis animā suam posuit et nos debemꝰ ꝓ fratribꝫ animā ponere. ¶ In contrium ē glosa sup illo verbo. i. Cor. iij. Ego autē libētissime impendam et sup inpēdar ego ip̄e ꝓ aīabꝫ vestris. ¶ Rn̄sio. Dicendū q aliq̄s ē modꝰ diligēdi

qui ꝓponit̄ homini in p̄nti vita in p̄cepto · Aliquis vero ꝓponit̄ hoī
solum in consilio · Aliquis autē modus diligendi qui nec in p̄cepto
nec in cōsilio sibi ꝓponit̄ ut ad ip̄m attingat̄ · ꝫ solū ut ad ip̄m medi-
ante modo diligēdi vie ꝑueniat̄ · Est enī diligendus deus · Ex toto
corde ꝑ intentiōez · Ex tota mēte ꝑ cogitatiōez · Ex tota anima ꝑ affec
tionem · Et ex omnibꝫ viribꝫ ꝑ executiōez · Talis autē modꝰ diligēdi
triplicit̄ ꝟm ꝑfectiōez potest variari · Primo ut homo sic ex toto corde ·
mente · aīa · et fortitudine · deum diligat ut nichil sibi desit ad diuinam
dilectionē ꝙ actu uel habitu in deum nō referat tanq̄ in finē · et iste
modus ꝑfectus diligendi datur homini ī p̄cepto · ita ꝙ nichil homo
acceptet qd̄ sit diuine dilectiōi contrarium · Scd̄o sic ex toto corde · mente ·
anima · et fortitudine deū diligat ut etiā abijciat a se illa quibꝫ licite
vti posset · quatinꝰ liberius deo vacet et dilectiōis feruorē ī seip̄o aug
mentet · et talis ꝑfectus modus diligendi ꝓponit̄ homini in consilio ·
Tercio ut sic ex toto corde · mente · anima · et fortitudine hō deū diligat
vt quicq̄d est in omnibꝫ p̄dictis totum actualit̄ conuertat̄ in deum · et
talis modus diligendi cum sit cōprehensoꝝ et nō viatoꝝ non ꝓponit̄
adtinctionē homini sub p̄cepto ul' in ꝯsilio ꝑ attractiōez ꝫ solū ꝑ imitatiōez modo
quo dicebat apl's phil' · iij · Non ꝙ iam accepim aut ꝙ iam ꝑfectus
sim sed sequor si quo modo cōprehendā in quo et cōprehensus sum a
xp̄o hiesu · ut solum in ea claritate xp̄m videam in q̄ apparuit michi
in via quādo me cōprehendit ut glosa exponit · ¶ Ad primū ergo est
dicendū ꝙ in diligendo deum sicut dictum ē · Est multiplex gradus
ꝑfectionis · potest enī esse vnus gradus ut sic · deꝰ diligat̄ quatinꝰ oīa
referant̄ in ip̄m actualit̄ uel habitualiter et nichil acceptet̄ qd̄ sit eius
dilectioni contrarium · Alius gradus ē ut abijciant̄ omnia illa q̄ possūt
hominē impedire a dei dilectiōis feruore · et vterq̄ modus diligendi
ꝓponitur homini in via · ꝫ vnus ī consilio & alter ī p̄cepto · ¶ Ad · ij
est dicendum ꝙ teneri ad dilectiōez inimicoꝝ potest intelligi duplicit̄
Primo tentiōe cōmuni qua quis diligens proximos · inimicos a tali
dilectiōe nō excludat · et talis modꝰ diligēdi inimicos ē de necessitate
p̄cepti · Scd̄o tentiōe speciali ꝙ actualit̄ mens hoīs ferat̄ in dilectionē
inimici p̄ter necessitatis casū · et talis modꝰ diligēdi ꝑtinet ad ꝑfectiōz
consilij · Dico autē · p̄ter necessitatis casum quia in casu necessitatis
hō ī speciali actualit̄ tenet̄ inimicū diligē bn̄faciēdo sibi ex necessitate

p̄cepti puta si fame moreretur uel in aliquo alio necessitatis articulo
¶ Ad· iij· est dicendū q̄ anima viuificat̄ a deo spūalit̄ per gratie in
fusionem et viuificat corpus vita naturali per ei⁹ informationem·
Quantum ergo ad p̄mam vitam nō tenet̄ homo animā ꝓ fratribꝫ
ponē nō enī tenet̄ homo peccādo vitam anime ⁊ se ꝯtemnē ut ꝓximū
saluet· ꝫ q̄ntum ad secūdā vitam tenet̄ homo ꝓ fratribꝫ animā ponē
quia pl⁹ tenet̄ diligere salutē anime ꝓximi q̄ꝫ corpalem vitam suā
etiam ex p̄cepto · ī necessitatis articulo· Puta si quis videret aliq̄ꝫ
ab infidelibꝫ seduci teneret̄ se mortis piculo exponē ut eū a seductiōe
liberaret ꝫ extra casum necessitatis pro salute ꝓximi animam ponē
pertinet ad pfectionem consilij·
AD·iij·sic ꝓcedit̄ videt̄ enī q̄ ad pfectum modum diligendi xp̄i
aliquis pfectionis status possit attingere quia status pfectiōis
vltimatus diligendi ꝯsistit in hoc ut anima pro amicis ponat̄ sicut
scribit̄ Joh·xv· Sed multi talem modū diligendi p effectū habuerūt
vt apl̄i & martires· ¶ Pretea de⁹ nō potest amplius diligi q̄ꝫ ex toto
corde·ꝫ multi sc̄ti viri sic deū diligūt corde pleno ⁊ pfecto· ¶ Preterea
non est pfectior modus diligēdi deum q̄ꝫ ip̄m deum comp̄hendē·Sed
apl̄s p dilectiōez deum comp̄hendē nitebat̄ iux̄ illud phil·iij·sequor
autē si quo modo cōprehendam · ¶ In contrium est quia xp̄us fuit
simul viator & cōprehensor· Sed mod⁹ diligēdi viatoꝝ nūq̄ꝫ potest
attingere ad modū diligēdi cōprehensoꝝ·ergo ad modum pfectū dili-
gendi xp̄i nullus pfectionis status potest attingere· ¶ Rn̄sio· Dicēdū
q̄ triplex est pfectus modus diligendi deum·vnus est diuinoꝝ· Ali⁹
est beatoꝝ· Tercius ē viatoꝝ· Cum enī de⁹ sit infinitū bonum pfecte
diligit̄ quando infinita virtute ⁊ infinita caritate amat̄·et quia in
nulla creat̄a est virtus infinita uel caritas infinita·ideo talis pfectus
mod⁹ diligendi est ꝓp̄us psonis diuinis solū ut vnaq̄q̄ꝫ psona tātū
diligat se q̄ntum diligibilis est ꝓpter qd̄ dicit aug⁹·xv· de trini · Qd̄
sp̄ūs sanctus non est patris solius·nec filij solius·ꝫ est amborū· ideo
cōmunē q̄ se ad inuicem diligūt·nob̄ insinuant caritatē· Modus aūt
pfectus diligēdi beatoꝝ ꝯsistit in actuali fruitione diuinitatis ut to-
tum cor ip̄oꝝ actualit̄ ferat̄ in deum p intentiōez ⁊ mens eoꝝ actualit̄
ip̄m cognoscat p ītuitam visiōez· Tota eoꝝ anima diuina dilectiōe
actualit̄ repleat̄ p affectiōez·et oēs vires eoꝝ ī deū actualit̄ cōuertant̄

p actualem executionē. ut ~~ideo~~ omnium exterioꝝ actuum nō sit aliud q̄ dei dilectio. Sed modus pfectus diligendi viatoꝝ ꝯsistit ī abiectiōe illorū que possunt hominē a feruore diuine dilectionis impedire eo modo quo dicebat apl's. Que retro sūt obliuiscāt̄. ad ea vero q̄ p̄ora sunt seip̄m extendēs currēs ad destinatum brauium supne vocatiōis Iste autē triplex modꝰ pfectus diligēdi fuit ī xp̄o diuinꝝ. cōprehensoꝝ et viatoꝝ. Et ad nullū istoꝝ modoꝝ aliquis pfectiōis statꝰ potest attingere. non ad modum pfectū diuinoꝝ quia nullꝰ potest esse deꝰ sic ip̄e fuit. nō ad modū pfectū ꝯp̄hēsoꝝ quia nullus potest esse viator simul et comp̄hensor sicut ip̄e fuit. Nec ad modū pfectum viatoꝝ q̄ ip̄e habuit quia nulli potest dari gratia capitis et non ad mēsuram sicut sibi data est ut simul sit caput & singularis homo sicut ip̄e fuit ¶ Ad p̄mum est dicendum q̄ hoc ip̄m martires ⁊ apl'i nō habuerūt ex se q̄ animam ponerent ꝓ salute ꝓximoꝝ ꝫ p gratiam xp̄i capitis de cuiꝰ plenitudine omnes recipent gratiam ꝓ gratia ut dicit̄ Joh. i vnde augꝰ. exponens illud verbum protexisti me domine a conuētu malignātium dicit. iam ip̄m caput nostrum intueamur Nā multi martires passi sunt talia ꝫ nichil sic elucet quomodo caput nostrum ibi melius intuemur qd̄ illi expti sunt. ¶ Ad. ij. est dicēdū q̄ multi diligunt deum ex toto corde p dilectionem tn̄ deriuatam a xp̄o capite Vnde in xp̄o fuit modus diligendi pfectus quia caritatē in tota sua excellētia habuit nō ꝑm aliquā det̄minatam mēsuram. ꝫ quilibet aliꝰ ex toto corde potest diligere deum ꝑm modū pfectū. q̄ntum ad aliquē terminum p̄ fixum sibi a xp̄o. iux̄ illud ad hebr. iiij. vnicuiq̄ nostrū data est gratia ꝑm mēsuram donationis xp̄i. ¶ Ad. iij. est dicēdū q̄ comp̄hendere deum p dilectionem potest intelligi duplicit̄. vnomodo p ip̄iꝰ cōprehensi inclusionem uel t̄minatiōez ⁊ sic deus incōprehēsibilis est omni creature. Scd̄o p ip̄iꝰ visionis ꝯsecutiōez & sic potest cōuenire creature ꝑm quem modum dicebat apl's. Sequor autē si quo modo cōprehendam exponēdo sicut expositū est sup̄.

Questio. Septuagesimaoctaua de xp̄i pauptate.

Vlterius considerandum ē de xp̄i pauptate. circa qd̄ q̄rūt̄ quatuor Primo. Vtrum xp̄s elegerit statum paupertatis Secundo. Vtrum pauptas fecerit in xp̄o pfectionis statū Tercio. Vtrum xp̄us sic fuerit paup q̄ mendicaret hostiā Quarto

Vtrum xp̃s sic fuerit paup q̃ manib⁹ laborauerit.

AD p̃mum ergo sic ꝓcedit videt enim q̃ xp̃s nō debuerit assumē statum pauptatis. Scribit enī ecc̃iastici. vij. vtilior est sapiētia cum diuicijs et magis ꝓdest quia sicut ꝓtegit sapiētia sic ꝓtegit pecunia. Sed xp̃s fuit sapiētia dei patris. i. Cor. i. Predicam⁹ xp̃m dei virtutem et dei sapientiam magis ergo debuit eligere statū diuitiaꝝ q̃ paupertatis. ¶ Preterea q̄ est materia delinquendi xp̃s nō debuit assumere. Sed scribit ecc̃iastici. xxvij. q̃ ꝓpter inopiam multi deliq̃runt. ergo talem statum xp̃s non debuit assumere. ¶ Preterea statū in quo homo constituit in periculo anime xp̃s assumere non debuit Sed in statu paupertatis constituit homo in periculo anime. ꝯa paupertas hominem ad furtum inducit. sicut habundātia diuiciarū inducit hominē ad dei cōtemptum vnde Salomō a deo inspirat⁹ neutrum petijt. prouerb. xxx. Mendicitatem et diuicias ne dederis michi sed tribue tantū victui meo necessaria. ¶ In contrium est quia statū illum xp̃s debuit assumere quem p̃mo verbo beatificauit et eius consilio firmauit. Sed statum paupertatis primo beatificauit Math. v. Beati paupes spiritu et consilio firmauit Math. xix. Si vis perfect⁹ esse vade et vende omnia que habes et da paupib⁹. ¶ Rn̄sio. Dicēdū q̃ Crisost. sup Math. triplicē distinguit pauptatē. vna ē simulatoria Alia coacta et necessaria. Tercia spūalis et voluntaria. Illi autem sunt paupes simulatorie qui et si expoliant se bonis tp̃alib⁹ non tn̄ expoliant se supbia et arrogātia ꝫ magis sūt supbi ꝺtemnēdo tp̃alia quoniam diuites ī seculo diuitias possidēdo ut dicit aug⁹ in speculo clericoꝝ. Scḋa vero pauptas coacta et necessaria quāuis ī scriptura non damneť non tn̄ laudať q̃ sit merito uł p̃mio digna quia sicut nullum inuoluntariū posset esse pecatum et dignum damnatiōe sic nullum inuoluntariū potest esse meritoriū et dignū p̃miatiōe. Sed tercia pauptas spūalis et volūtaria p xp̃m est beatificata et laudata et merito. quia habet annexam tp̃alium volūtariā abiectiōez. cordis humiliationē. et celestium ꝺtemplatiōez. hanc autē paupertatē xp̃us assumpsit dicēte apl̃o. ij. Cor. viij. Scitis enī gratiam domini nostri hiesu xp̃i quoniam ꝓpter vos egenus factus est in mundo. cum esset dines ī sua maiestate. sicut glosa exponit. ut illi⁹ ĩopia vos diuites essetis. et in hoc consilium do ut ad imitationem illi⁹. paupib⁹ detis

quia plus est vtile facienti q̃ cui fit. ut glosa dicit. ¶ Ad primum g° est dicendum q̃ illud verbum salomonis verificat̃ s̃m regulam positam a ph̃o ij. ethi. q̃ maximum bonum cõiunctũ minimo bonoꝝ ẽ eligibilius q̃ ꝑ se positum. Vnde si sapiẽtia q̃ numerat̃ int̃ maxima bona est per se eligibilis eligibilior ẽ cum diuicijs q̃ numerant̃ inter minima bona. Cum ergo pauꝑtas que est de perfectione euangelica excedat omnes diuitias eligibilior erit sapientia cũ pauꝑtate tali q̃z cum diuicijs q̃ sunt minima bona. ¶ Ad. ij. ẽ dicendũ q̃ illud intelligitur de pauꝑtate inuoluntaria que habet de necessitate desiderium diuiciaꝝ adiunctum. ideo statĩ subdit̃. q̃ q̃ querit locupletari auertit oculum suum. subaudi interiorẽ a timore dei ut glosa exponit. tales enim pauꝑes coactiue non voluntaria electiõe quãuis sint crucifixi mundo ꝑ temporalium carentiam. ip̃i tñ mundo crucifixi non sunt per affectatam opulentiã. ¶ Ad iij. est dicendum q̃ stat⁹ pauꝑtatis nõ est periculosus illis q̃ voluntarie assumũt carẽtiã tp̃alium. tales enĩ dũmodo habeãt alimẽta et quib⁹ tegant̃. cõtenti sũt s̃m doctrinã apl̃i. Illis autem est periculosus pauꝑtatis status qui cũ egestate reꝝ temporaliũ cupiũt saturari cũ quadã insatiabili auiditate. diuitias appetendo. tales enim cupientes diuites fieri incidunt in temptatiõez et laqueum dyaboli. & desideria inutilia ut dicit apl̃s. i. Thi. vi. q̃ videt̃ significare voluisse salomõ quãdo dixit ne forte saturatus alliciar ad negandũ ⁊ dicam quis ẽ dominus.

AD. ij. sic ꝓcedit̃ videt̃ enim q̃ pauꝑtas fecerit in xp̃o ꝑfectionis statum quia qd̃ fecit ad ꝑfectionem status discipl̃oꝝ hoc fecit ad perfectionem xp̃i a quo eoꝝ perfectio deriuata ẽ. Sed relinquẽ omnia et dare pauꝑib⁹ fecit ad perfectiõez stat⁹ discipl̃oꝝ Math. xix. Si vis perfectus esse vade ⁊ vende omnia q̃ habes et da pauꝑibus ⁊ veni sequere me. ergo pauꝑtas similit̃ fecit ad perfectiõez stat⁹ xp̃i. ¶ Preterea xp̃s perfectionem posuit in vita ꝯtemplatiua luce. x. Optimã ꝑtem elegit maria q̃ non auferet̃ ab ea. Sed xp̃s maxime contemplationis fuit ergo pauꝑtas q̃ vite ꝯtemplatiue deꝑuit faciebat ad ei⁹ ꝑfectiõis statum. ¶ Preterea electio nõ ẽ nisi de ꝑfectiori. Est enĩ electio duob⁹ p̃existẽtib⁹ vnũ p̃ altero eligẽ ut damas. dicit. Sed xp̃s elegit pauꝑes magis q̃z diuites iux̃ illud Ia. ij. Nonne deus elegit pauꝑes in hoc mundo diuites autem ĩ fide. ergo pauꝑtas fecit ad ꝑfectiõis ei⁹ statũ

¶ In cōtrarium est quia qđ nō diminuit de pfectiōis statu ī abrahā qui fuit purꝰ viator · nō poterat diminuē de pfectiōis statu uel augē in xp̄o qui fuit viator et comp̄hensor · Sed habundātia diuitiaꝝ nō diminuit de pfectionis statu ī abraham q̄ existēs ī opulētia diuitiaꝝ nō diminuit de pfectiōis, sed pfectꝰ fuit iux̄ illud gen̄ · xvij · Ambula coram me et esto perfectus · ¶ Rn̄sio · Dicendum ꝙ pauptatē fecisse ad pfectionis statum ī xp̄o duplicit̄ potest intelligi · Primo ꝙ fecisset ad sue pfectionis augmentum · Scđo ꝙ faceret ad nostre imitatiōis exemplum · p̄mo modo nō poterat facē ad xp̄i pfectionis augmentū perfectum enī est qđ attingit terminū · xp̄i autē pfectio siue loquamur de perfectione gratie vniōis · siue loquamur de pfectione gr̄e diuine fruitionis ab instanti cōceptionis xp̄s fuit in termino · vn̄ nō potuit augmētari p aliquid aliud qđ faceret ad perfectionis statū · Sed scđo modo fecit ad perfectiōez q̄ntū ad nostre imitationis exemplū · Dicit enī augꝰ ī libro de cathezizandis rudibꝰ · ꝙ t̄rena oīa bona ɔtempsit homo factꝰ dominus hiesus ut cōtemnēda nob̄ mōstraret · et omnia terrena mala sustinuit q̄ sustinēda p̄cipiebat · ut nec in illis queretur felicitas · nec ī istis infelicitas timētur · Nā natꝰ ē de matre q̄ quāuis a viro intacta permāserit tn̄ fabro despōsata erat ī quo omnē tipum carnalis nobilitatis extinxit · Natus est ī betlehem ciuitate q̄ int̄ oēs ciuitates iudee erat exigua exquo noluit quēq̄ de t̄rene ciuitatis sublimitate gloriari · Pauper factus est cuius sūt omnia · ne quisq̄ cum in eū crederet de t̄renis diuitijs auderet extolli · Noluit rex ab hoībus fieri quia humilitatis ostendebat viam · esurijt q̄ omnes pascit · sitiuit per quem omnis potꝰ causat̄ · ab itinere fatigatus est qui seip̄m nob̄ viam fecit in celū · Crucifixus ē q̄ cruciatus nostros sustinuit · mortuꝰ est qui mortuos suscitauit · ¶ Ad p̄mum ergo ē dicendū ꝙ pauptas faciebat ad perfectionem discipuloꝝ eo ꝙ diuitie habēt hominē impedire a ɔsecutiōe beatitudinis ⁊ alioꝝ bonoꝝ spiritualiū ꝓpt̄ tria · p̄mo ꝓpter nimiam sollicitudinē ⁊ attētionem · Scđo ꝓpter insatiabilem affectiōz · Cū enī auget̄ cupiditas diminuit̄ caritas s̄m augꝰ · Tercio ꝓpter mentis elationem · xp̄s autē sicut non poterat esse pecati capax ita p̄dicta non poterant in eo facere ad pfectionis uel impfectiōis statum ¶ Ad · ij · est dicendum ꝙ sicut xp̄s ab instanti cōceptiōis fuit diuine fruitionis ɔtemplator et comp̄hensor · ita fuit in cōtemplatiōis statu

perfectus· ut in se non indigeret aliquo retractiuo· uel ãminiculo al's
~~vinculo~~ aliquo inductiuo ad sue cõtemplatiõis pfectiõez· ¶ Ad· iij·
est dicendum q xp̃s paupes elegit ut nemo ex sua pauptate se ɔtem-
neret· securior est enĩ pauper ĩ cella q̃ diues ĩ purpura ut dicit Jeroꝰ
Paupes ergo xp̃s elegit diuites nõ reprobando ut nec ĩ diuicijs pu-
taretur esse felicitas nec in pauptate timeret infelicitas· sicut dictũ est
per Augꝰ· Neutrum tñ fecit ꝓpt sui status pfectiõis augmẽtum sed
ꝓpt nostre imitationis exemplum·

AD· iij· sic ꝓcedit videt enĩ q xp̃s non sic pauper fuerit q mẽdi-
cauerit hostiatĩ· Qd enĩ fuit ĩ lege ꝓhibitũ xp̃s facẽ nõ debebat
cum ipe non venerit legem soluere ꝫ ad implere Math· v· Sed deutro
xv· scribit· Omnino indigens et mẽdicus nõ erit int vos· ¶ Preterea
mendicans excludit ut nõ sit semẽ xp̃i iusti iux illud psal· Iunior fui
etenim senui et nõ vidi iustum derelictum nec semẽ eiꝰ querẽs panẽ
xp̃us ergo cuius semẽ panẽ nõ petit mendicare nõ debuit· ¶ Pretea
quod sacra scriptura imp̃cat in vindictam iniustoꝝ xp̃s non debuit
facere ꝫ mẽdicare sacra scriptura imp̃cat ĩ vindictã maloꝝ iux illud
psal· Nutantes transferant filij eius ⁊ mẽdicent et eijciant de habita
tionibꝰ suis· ¶ Preterea quod habet verecũdiam annexam aliquid
turpitudinis videt habere· quia verecũdia nõ ẽ nisi de turpi· ut phs
dicit· Sed mendicare habet verecũdiam annexam ergo tale quid xp̃z
facere nõ decebat· ¶ In contrium ẽ quia qui nullum habet hospiciũ
necessariũ ẽ ut sibi hospiciũ mẽdicãdo acquirat· ꝫ xp̃s nullũ hospici-
um habuit· ut patet math· viij· Vulpes foueas habẽt ⁊ volucres celi
nidos filius autẽ homnis nõ habet vbi caput suũ reclinet· ¶ Rñsio
Dicendũ q sic Crisoꝰ· dicit sup illo verbo Ioh· xx· Multa fecit hiesus
in cõspectu discipuloꝝ suoꝝ q̃ nõ sunt scripta ĩ libro hº· multa hiesus
fecit q̃ non solum Iohes imo nec alij euangeliste omnia dixerũt· Sz
illa tradiderũt q̃ erant sufficiẽtia attrahẽ audiẽtes ad fidem· quãuis
ergo ĩ euãgelio expresse nõ habeat q xp̃s mẽdicauerit sub vocabulo
mendicantis habet tñ expresse q victum petebat luce· xix· vbi scribit
q sufficiens hiesus dixit zachee festinans descende quia hodie ĩ domo
tua oportet me manere· sup quo verbo dicit glosa q ⁊ si xp̃s nõ vocẽ
inuitantis audierat· vidit tñ affectum· Planum ẽ autẽ q victũ
petere aut inuitationem non est aliud q̃ mendicare glose tñ sanctoꝝ

in diuersis locis libri psalmoꝝ expresse dicunt ꝙ xp̄s nō solum paup
fuit sed mendicꝰ. nā sup illo verbo. Ego autē mendicꝰ sum ⁊ paup
dominus sollicitus est mei glosa exponit ī psona xp̄i sic loquētis. De
me hoc dico quia mendicus sum ꝑm ꝙ homo. Nā mendicus erat q̄a
ab alio petebat. paup vero q̄a sibi nō sufficiebat. Et sup illud. Ego
vero egnus & pauper sum deus adiuua me. glosa exponit in psona
xp̄i dicentis. Ego sum egenꝰ petens. et pauper ī sufficiēs michi. quia
mundanas copias non habebat. et intus. vbi diues erat ambibat de
siderabat & accipiebat. Et super illud persecutꝰ ē hominē inopem &
mendicum & cōpunctū corde mortificare glosa exponit de xp̄o ut sit
sensus persecutus est hominem inopem ⁊ mendicum puta xp̄m Nā
persequi paupes sola seuitia est. Alij vero pro diuitijs et honoribꝰ ī
terdum psecutiōes huiusmodi patiunt̄. ¶ Ad p̄mum ergo ē dicēdū
ꝙ non ꝓhibet̄ ibi ꝙ aliquis nō sit in statu mēdicitatis et pauptatis
cum in eodem capl'o statim subdat̄ paupes in terra ~~sua~~ tua nūq̄ deerūt
ꝫ ꝓhibet̄ ne ita ab alijs homo derelinquat̄ ut ī talem statū inducat̄
in quo eum oporteat ex necessitate mendicare. vnde nō ꝓhibet̄ men-
dicitas sed p̄cipit̄ misericordia. ¶ Ad. ij. est dicendū ꝙ glosa exponit
illud verbum de pane spūali ut sit sensus. Non vidi iustū derelictū
nec semen eius querēs panem spūalem eo enim ip̄o ꝙ iustus ē verbū
dei ⁊ spūalem cibum semp habet p̄ntem. Si vero de pane naturali ī
telligit̄. sensus est. ꝙ iusti nō querūt talē panē quasi a deo derelicti. cū
eis dicat̄ ad hebre. vltimo. Sint mores vestri sine auaricia ꝯtenti p̄n-
tibus. ip̄e enim dixit. nō te deseram neq̄ derelinquam. ¶ Ad. iij. ē di-
cendum ꝙ nullū est incōueniens ut illud qd̄ alicui in penā infligit̄
alteri in iusticiam vertat̄. multi nanq̄ ꝓpter peccata que committūt
rebus tp̄alibꝰ spoliant̄. et tn̄ tp̄alibꝰ spoliari ꝓpter xp̄m ad pfectionē
iusticie ptinet. mēdicitas ergo in penā malefactoribꝰ a deo inducit̄.
et tn̄ voluntarie assumpta a xp̄o in nostrum exemplū ad perfectionē
iusticie ptinebat. ¶ Ad. iiij. est dicendū ꝙ erubescētia et verecūdia sp
ē de turpi ut pulchro opponit̄. Est aūt duplex pulchritudo vna spūa-
lis que consistit in debita ordinatiōe et affluētia bonoꝝ spūaliū. Vn̄
omne qd̄ ꝓcedit ex defectu spūalis boni turpitudinē habet annexam
Alia est pulchritudo corpalis exterior q̄ consistit in debita ordinatiōe
corpis ⁊ affluētia reꝝ tp̄aliū ⁊ qd̄ ꝓcedit ex defectu tal' pulchritudīs

no turpitudinē habet diunctam. Vnde sic quelibet pulchritudo desiderat ita quelibet turpitudo habet verecundiā et erubescētiā annexā. verū tamē turpitudo interior spūalis boni est vitupanda. Sed turpitudo exterior boni tp̄alis uel corpalis ꝓpter xp̄m voluntarie assumpta. est laudanda. Quantūcūq; ergo mēdicitas verecūdiam habet annexā voluntarie tñ assumpta per xp̄m in nostrum exemplum laudanda est et predicanda.

AD. iiij. sic ꝓcedit. videt enim q̄ xp̄us sic paup fuerit q̄ manib⁹ laborauerit. Maioris enim p̄fectiōis fuit xp̄s q̄ paulus. Sed p. fectiōis fuit ī paulo laborare manib⁹ cum tñ licite posset de stipēdijs ecclesie viuere iux̄ illud. ij. thessolo. vltimo. Nocte ⁊ die operantes ne quem vestrum grauarem⁹ nō quasi nō habuerim⁹ p̄tatem ꝫ ut nos metipos formā daremꝰ vob⁹ ad imitandū nos. Preterea xp̄s assūpsit carnem exsemine abrahe descēdentem quā nusq̄ angelos apprehendit ꝫ semen abrahe ad hebre. ij. Sed ꝑmo hominū in pona omniū victū est gen. iij. In sudore vultis tui vesceris pane tuo. Preterea p̄ceptū legis nat̄e xp̄s tenebat̄ obseruare. Sed p̄ceptum legis nat̄e videt̄ esse manib⁹ laborare. Si enim cadet̄ sub cōsilio solum ap̄ls nō dixisset. i. ad thessolo. iiij. Operemini manib⁹ vestris sic̄ p̄cepim⁹ vob⁹. In contrium ē quia sup illo vbo Mathe. viij. Mulieres multe ministrabāt hiesu de facultatib⁹ suis. Dicit Iero⁹. q̄ ꝺsuetudinis iudaice fuit. ut mulieres de substantia sua victū atq; vestitū p̄ceptoribꝫ uel p̄dicatoribus ministrarent. vnde domino de sua substantia ministrabāt ut meteret eaꝝ carnalia. cuius ille spūalia metebant. Rñsio. Dicēdū q̄ dei filiꝰ humanā nat̄am assumpsit ut vite exēplo ⁊ vbo doctrine homines ad celestia ꝓuocaret. vnde luce. v. scribit̄. Q̄ cum turbe eū vellēt detinē ne discedet̄ ab eis dixit eis quia ⁊ alijs ciuitatib⁹ oportet me euangelizare regnum dei quoniam ideo missus sum. Super quo verbo dicit glosa. q̄ poterat xp̄us in eodem loco manēdo oēs attrahē ad se. hoc tñ nō fecit prebēs nob⁹ exemplū. ut p ambulando req̄ram⁹ pereuntes sicut pastor ouem p̄itam. et medicus accedit ad infirmū vna enim anima recupata poterit aliquis (alijs) mille delicta abolere. Sic autem euangelizare regnum dei xp̄s tenebat̄ usq; ad exitum mortis sue p seip̄m et p alios usq; ad finē mundi. vnde sup illo vbo Iob. xi Me oportet opari opera eius qui misit me donec dies est. dicit glosa

q̄ opera patris q̄ xp̄s sua eē mōstrauit erāt infirma saluare· debilia roborare· homines illuminare· que xp̄m optebat operari donec vita hec consistit· ¶ Ad ista autē opera exequenda laborare manibꝫ xp̄s nō poterat iuuari· ꝫ magis impediri· quia artes mechanice habēt ī tellectum a sua operatiōe distrahere· Et quāuis hº ī xp̄o nō habuissꝫ locū eo q̄ simul ip̄e erat viator ⁊ comp̄hensor· et non poterat ex aliq̄ in sua contemplatiōe retardari· in exemplum tn̄ alioꝝ qui verbo predicationis debebant insistē non decuit eum manibꝫ laborare ad cibū vl' vestitum q̄rendum maxime post inceptū ab eo p̄dicatiōis officiū Vnde sup illo verbo Io· iiij· Quādo discipulis dicentibꝫ nūq̄d aliq̄s attulit ei manducare· Rn̄dit· meus cibꝫ est ut faciam voluntatē eiꝰ qui misit me ut p̄ficiam opus eius· dicit glosa· Considerandum est q̄ cibos ab alijs oblatos dn̄ꝰ suscipe solebat· non q̄ alieno mīsterio indigeret qui dat escam omni carni· ꝫ ut deferētes meritū ꝯsequerent̄ simul q̄ formam tradens· nō erubescē paupꝛtatem· neq̄ graue putare ab alijs nutriri· ꝓp̄ꝛum enim est et necessarium doctoribꝫ alios habere ꝓcuratores ciboꝝ· ut ip̄i de nullo curantes v̄bi ministratiōeꝫ ꝓcurēt sollicite· ¶ Ad p̄mum ergo ē dicendum q̄ p̄fectiōis opus ē attingē finē sicut ergo diuersimode finis potest attingi ita diuersimode potest variari p̄fectionis status· finis ergo ad quem xp̄s venit erat humani generis salus· quā melius poterat ꝓcurare predicatiōis v̄bo laboris manualis exemplo· Paulus autē hunc eundem finē in casu in quo fecit· magis ꝓcurauit manibꝫ laborādo q̄ sūptus ab alijs recipiēdo ¶ Ad· ij· ē dicēdū q̄ ibi labor accipit̄ cōmunit̄ ꝓ omni pena peccati ſm quem modum dicit Iob q̄ homo ad laborem nascit̄· xp̄s ergo nō solum labores ꝫ penas imo vltimam penaꝝ suscepit· quia assumpsit mortalitatē & q̄uis non laborē manuum tanq̄ nō cōuenientē fini ad quē venerat· alios tn̄ labores suscepit· Vn̄ sup illo v̄bo Iohis· iiij· Hiesus autē fatigatus ex itinere sedebat sic sup fontem· dicit Crisoꝰ q̄ sedebat nō ī trono aut in puluinari· ꝫ simplicit̄ ut ꝯtingebat sup terram· Nam sessio ꝓpter laborem facta est· et ꝓpter estum refrigerans corpꝰ sedebat apud fontē· ¶ Ad· iij· est dicēdū q̄ laborare manibꝫ ē p̄ceptum nature ī casu naturali et sp̄uali· Naturali quidem ut si hō nō haberet aliunde necessaria vite· teneret̄ sibi victū ꝑ suum laborē ꝓcurare· In casu vero sp̄uali triplicit̄· Primo ꝓpt̄ furta nō cōmittēda

Secūdo ꝓpter aliena non concupiscenda. Tercio ꝓpter ocia vitanda Primo modo laborem manuum precepit apl's ad ephe. iiij. Secūdo prima thessolo. iiij. Et tercio. ij. thessolo. vltimo.

Questio. Septuagesimanona de xp̄i ꝓpetate.

Deinde videndū est de xp̄i ꝓpetate. Circa qd̄ querūt̄ q̄tuor Primo. Vtrum xp̄s habuerit aliq̄d ꝓpum. Scd̄o. Vtrum xp̄s aliquid habuerit in cōmuni. Tercio. Vtrum xp̄s res sibi oblatas posset cōuertē in ꝓpum vsum. Quarto. Vtrum rerum sibi concessaꝝ habuerit dominiū et nō vsum tantū.

Ad p̄mum ergo sic ꝓcedit̄ videt̄ enim ꝙ xp̄us habuerit aliquid ꝓpum. Super illo enim verbo luce. ij. Reuersi sunt ī galileam ciuitatē suam nazareth dicit glosa. ꝙ ī nazareth erat ꝓpum habitaculum xp̄i marie et Joseph. habē autē ꝓpam domum est habē aliq̄d ꝓpum. Pretea sicut xp̄s in hereditate patna succedebat patri iux̄ illud luce. iij. Nescitis ꝙ in his q̄ patris mei sunt oportet me esse. sic in hereditate matna succedebat matri. ꝫ mater aliq̄d ꝓpum habebat cū ex stirpe regali orta g° similit̄ xp̄s. Preterea anteqū xp̄s incipet p̄dicare non poterat de elimosinis viuere. quia exquo spūalia nō seminabat non poterat de iure carnalia metere. ante ergo. xxx. annos xp̄s aliq̄d ꝓpum habuit. quia ante tale tempus p̄dicare non incepit In contrium est quia xp̄us incepit facere qd̄ docuit. Sed Math. x Mandauit non esse possidēdū aliq̄d ꝓpum nō aurum nō argētum non pecuniam in zonis. Rn̄sio. Dicendum ꝙ ꝓpum potest q̄ntū ad presens duplicit̄ accipi. Primo ut opponit̄ fraterne caritati. Scd̄o vt opponit̄ vite cōmunitati. p̄mo nanq̄ modo habere aliq̄d ꝓprium est auaroꝝ. Scd̄o modo habere aliq̄d ꝓpum est laicoꝝ. Primo nanq̄ modo accipit Aug⁹. ꝓprium luce. xvi. sup illo verbo. homo quidam erat diues qui induebat purpura et bisso. dicens. ꝙ diues ille non ē damnat⁹ ꝙ rapuerit aliena. ꝫ q̄a sua ꝓpa lazaro paupi nō erogauit Secundo modo accipit̄ ꝓprium Act̄. iiij. vbi dicit̄. ꝙ nec quisq̄ eoꝝ q̄ possidebat ꝓpriū aliq̄d. suū esse dicebat. ꝫ erant illis omnia cōmunia neutro autē modo xp̄s habuit aliq̄d ꝓprium q̄a pauptatē elegit ī ei⁹ ingressu ī eius ꝓgressu. Et in eius egressu. Ab exordio enim introit⁹ eius in mundum. paupculam elegit matrem. paupiorem patriam.

vñ ī capl'is ephesini ꝺcilij sic scribit̄ · Exponat tibi venerabile p̄sepe paupum ꝫ habitaculum xp̄i q̄ ditat celum vide p̄sepe sedētis super cherubin · vide pannis involutum qui pelagus arene cōiunxit · vide deorsum pauptatē · diuitias eiꝰ sursum considera · In eiꝰ ꝺ ꝓgressu seruauit pauptatē sup illo verbo Math · viij · Vulpes foueas habent ꝺicit Crisoꝰ · Aspicite qualit̄ paupertatē quam xp̄s decuerat per opa demōstrauit · non enī erat ei mensa · non domus · nō candelabrū · nec quicq̄ taliū · In eius vero egressu crucis insignia eiꝰ pauptatē ostēderunt · in qua exterioribꝫ rebꝫ p̄uatus est · usq; ad corpis nuditatem iuxt̄ illuꝫ psal · Diuiserunt sibi vestimēta mea ꝫ sup vestē meam miserunt sortem · Ad p̄mum ergo ē dicēdū illuꝫ q̄ habitaculum nō erat xp̄i nec Marie ꝫ fuit Ioseph sic̄ ꝺicit glosa Math · i · sup illo verbo voluit occulte dimittere eam · nam sup illo verbo Math · viij · vulpes foueas hñt · expresse ꝺicit Ieroꝰ · Quid me ꝓp̄t diuitias et seculi lucra cupis sequi cū tantę sim pauptatis ut nec hospiciolū habeam q tecto vtar non meo · Ad · ij · est ꝺicēdum q̄ poterat xp̄s matrem multas possessiōes habentē eligere · ꝫ hoc nō fecit quantūcunq; essꝫ ex regali ꝓgenie orta · ꝫ pauperculam ꝫ domum ꝓp̄am nō habētem in qua eū pareret · vnde ꝺicit Crisoꝰ · sup illo verbo Math · ij · Inuenerūt puerū cum Maria matre eius · Inuenerūt inq̄t mariā nō ꝺiademate coronatam · aut in lecto aureo recūbentē ꝫ vix tunicam vnam habētem non ad ornamētum corpis · ꝫ ad tegumentū nuditatis · qualē habere poterat carpentarij vxor peregre constituta · Ad · iij · est ꝺicendū q̄ sicut xp̄s ab infantia fuit plenꝰ gratia ꝫ sapiētia · sic semper habuit ius recipiendi carnalia ꝓ seminatiōe spūalium · nec nō dominium ꝺispensandi alijs in q̄ntum deus non tñ antę p̄ꝺicatiōez et ꝺiscipulorꝫ vocationez legit̄ q̄ ab alijs sibi fuerit in necessarijs ministratū · nisi a suis parētibꝫ tantū p eius et eorꝫ ꝓp̄am ꝓcuratiōez · et ꝓpriū laborē · vnde sup illo verbo luce · iij · Descēdit cum eis et venit nazaret · q erat subditꝰ illis · ꝺicit glosa · q̄ xp̄s ab ipa p̄mena etate parētibꝫ obediēs quēlibꝫ laborē corporeū humilit̄ q reuerent̄ sustinuit · Quāuis enim pentes eius honesti ꝫ iusti essent egenorꝫ tñ ꝫ necessariorꝫ penuriam patiebant̄ tęste p̄sepi ministro venerāꝺi partꝰ · Vnde manifestum ē q̄ sudores corporeos ꝺtinue frequētabāt · necessaria vite sibi q̄rentes quibꝫ hiesus obediens erat ut scriptura tęstat̄ · cū sustinendo labores

pauperiē

subiectionem plenariam ostendebat.

AD. ij. sic ꝓcedit videt enī ꝙ xp̄s non habuerit aliq̄d in cōmuni Dicit enī Crisoꝰ. Ioh. xiij. sup illo v̄bo. loculos habebat, iudas. ꝙ nimirū nullus discipuloꝝ pecunias afferebat super hoc qd̄ dicebat loculos habebat iudas. occulte insinuat. ꝙ quedam mulieres eum de suis facultatibꝫ nutriebant nō g° habuit aliq̄d ī cōmuni. ¶ Preterea ille nō habuit aliq̄d ī cōmuni cui semp ministrabant necessaria ab alijs. Sed Ieroꝰ. dicit luce. viij. ꝙ mulieres ministrabant dn̄o de sua substantia et discipulis eius ī victu et vestitu nō erat ergo necessariū aliquid ī cōmuni seruare. ¶ Preterea ille qui hostiatim mēdicat nō cogit aliquid in cōmuni seruare. Sed xp̄s mēdicabat ab alijs petēdo vt sup̄ dictum est. non ergo tenebat aliq̄d habē in cōmuni. ¶ Preterea quod ē maioris pfectiōis. xp̄o attribuendū ē. Sed maioris pfectiōis est nō habē ꝓpriū et nō habē aliquid ī cōmuni q̄ habere. q̄a remotior fit homo ab omni sollicitudine temporaliū ergo xp̄o attribuēdum ē ¶ Prerterea qui p̄cipit nichil ī crastinū seruari. nō debet aliq̄d ꝑuare ad cōmunem ꝓuisionē. Sed xp̄s Math. vij. p̄cipit nichil in crastinū seruari. non ergo xp̄s aliquid habuit in cōmuni. ¶ In contrarium est qd̄ scribit Iohis. xiij. loculos habebat Iudas. sup quo v̄bo dicit augꝰ et ponit. xij. q. i. habebat dn̄ꝰ loculos a fidelibꝫ oblata ꝯseruans sibi et suis necessitatibꝫ et alijs indigentibꝫ tribuebat. ¶ Rn̄sio Dicēdū ꝙ phs. i. pollit. duo gn̄a diuitiaꝝ distinguit natales & artifitiales. Si ergo querit an xp̄s habuit aliq̄d in cōmuni ī diuitijs naturalibꝫ vt in possessionibꝫ domibꝫ et armētis planū ē ꝙ nō. Dicit enī Ieroꝰ Math. xvij. super illo verbo vade ad mare et mitte hamū et eū piscē qui p̄mo ascēderit tolle. et staterē ī ore eiꝰ inuentum da eis ꝓ me ⁊ te h° verbū simplicit intellectū edificauit auditoriū. dū audis dominū tante fuisse pauptatis ut vnde tributa ꝓ se et aplo reddē nō habuit Et idē Ieroꝰ. dicit math. xxi. sup illo v̄bo relictis omnibꝫ abijt foras hic intelligendū est. ꝙ dn̄s tante fuit pauptatis ⁊ ita nulli adulatꝰ ē vt in vrbe maxima nullum hospitem nullam inueniret mansionē. Congruum autē fuit xp̄m qui ꝓpter nos pauper factus est etiā tales diuitias natales in cōmuni cum suis discipulis maxime nō habere eo ꝙ possessiones tales maximam sollicitudinē mētis requirunt. ut nedum ecc̄iastici viri diuino cultui vacantes. imo laici vitā secularē

agentes ad executiōz ipaꝝ vix sufficiunt. Sed si querat an xp̄s aliq̄d habuerit ī cōmuni. ī diuitijs artificialibꝫ. et in his q̄ pn̄t nūmismate mensurari. Planū ē ꝙ sic. dicit enī glosa Iohis. xiij. ꝙ xp̄s cui angeli ministrabant loculos habuit in sumptꝰ paupum ꝯdescendēs necessitati infirmoꝝ. Qualit̄ enim discipuli abijssent in ciuitatem ut cibos emerēt nisi pecuniā habuissent ut scribit̄ Iohis. xiij. vbi dicit augꝰ. ꝙ iuerunt discipuli emere cibos. et emerūt. et xp̄o obtulerūt dicētes. rabi manduca. ¶ Ad p̄mum ergo est dicendū ꝙ glosa illa intelligēda ē. xp̄m nō repleuisse loculos quos habebat. ex possessionibꝫ uel domorū pensionibꝫ seu ex alijs nat̄alibꝫ diuitijs. ꝫ magis ex his que a sāctis mulieribꝫ et a xp̄i fidelibꝫ sibi administrabant̄ exquo nō infringitur determinatio superiꝰ facta ꝫ magis ꝯfirmat̄. ¶ Ad. ij. est dicendum ꝙ mulieres non erant semper in comitatu xp̄i ꝓuidentes sibi in victu et vestitu. vnde necessarium erat aliq̄d in cōmuni seruare ad ꝓuidēdum eoꝝ necessarijs. sicut patuit. quando iuit ī ciuitatē samarie vbi necessarium fuit discipulos mittē ad emēdum cibos. ¶ Ad. iij. est dicendum ꝙ qui mendicat petendo ab alijs ita potest petē pecuniā sic alia necessaria. Est enim ip̄e denariꝰ fideiussor ꝓ omnibꝫ necessarijs habēdis. ut ph̄s dicit. vnde pecunia ī loculis seruata poterat esse mēdicando acquisita. et voluntarie a xp̄i fidelibꝫ oblata. exq̄ habita nō erat de vineis uel agris seu de alijs redditibꝫ. ¶ Ad. iiij. est dicēdum ꝙ xp̄s nō solum ꝑsonam ꝑfectoꝝ verum etiam infirmoꝝ assumpsit in quoꝝ ꝑsona dicebat. Tristis est anima mea usq̄ ad mortē. vnde quia p̄uidit infirmos futuros. et ista tp̄alia quesituros. eoꝝ ꝑsonam suscipiens loculos habere voluit. nō tn̄ ex possessionibꝫ et naturalibꝫ diuitijs repletos. ꝫ a xp̄i fidelibꝫ replēdos. in hoc sollicitudinē tp̄aliū remouens. et eoꝝ infirmitati condescēdens. ¶ Ad. v. est dicendum ꝙ Augꝰ. soluit argumentū Iohis. xiij. dicēs. ꝙ tūc quādo xp̄s loculos habuit. p̄mum ecc̄iastice pecunie forma ē instituta. ut intelligeremus qd̄ p̄cepit esse cogitandum de crastino nō ad hꝰ fuisse p̄ceptū ut nichil pecunie seruetur a sanctis sed ne deo propter ista seruiatur et propter inopie timorem iusticia ~~desideratur~~. deserat

AD. iij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enim ꝙ xp̄s res sibi oblatas in ꝓprium vsum non posset conuertē. Dicit eim Ieroꝰ. Math. xvij. Si q̄s obijcere voluerit quomodo xp̄s tributum soluē nō poterat. cū Iudas

in loculis pecuniam portaret. ¶ Rñdebim⁹ q̄ res paupum ī vsus
suos cōuertere nephas putauit nob̄ q̄ idem tribuit exēplū. ¶ Preterea
Iob̄is .xiij. dicit Crisos. q̄ xp̄s qui non peram nō virgam nō aurū
non argentum iubet deferre. loculos ipe ferebat ad inopum mīsteriū
nō ergo in ꝑ̄pum vsum conuertē poterat. ¶ Preterea qō nō licet facē
epo ꝓpter pfectionis statū. multo fortius nō licebat xp̄o. Sed scr̄ .xij.
q.i. nō licet epos res ecc̄ias ī ꝓprios vsus cōuertē ergo multo magis
non licebat xp̄o. ¶ In contrium ē. scribit enī Iob̄is .iij. q̄ discipuli
abierant ī ciuitatē ut cibos emerēt. pecuniā ergo a xp̄i fideb̄ oblatā
in ꝑ̄pum vsū ⁊ sui ⁊ suoꝝ discipulorꝝ cōuertebat. ¶ Rñsio Dicendū
q̄ ordo caritatis requirit ut rex cōmuniū dispēsatores h⁹ ordine dispē
sent. ut p̄mo sibi ⁊ suis suiētib̄ ī necessarijs ꝓuideāt. ⁊ postmodū
paupib̄ ⁊ vsib̄ fidelium sub miniſtrēt. Vnde scribit .xij. q.i. c. signo
Q̄ licet res ecclesie ommb̄ debeāt esse cōmunes p̄mū tñ sibi subaudi
prelat⁹ et sue ecclesie deseruiētib̄ necessaria subminiſtret. et reliq̄ que
supsunt fidelium vsib̄ dispenset. hunc autē ordinē xp̄s de reb̄ sibi a
fidelibus oblatis seruabat. quia p̄mo de eis sibi ⁊ suis discipulis in
necessarijs ꝓuidebat. deinde alia paupib̄ erogabat. ¶ Ad p̄mū q⁹
est dicendum q̄ xp̄s iam ꝓbauerat se nō teneri ad tributum soluēdū
cū ipe esset rex et filius regis eterni. solū ergo ꝓpter scandalū passiuū
vitandum. tributum soluit. nephas ergo putauit illud qō debebatur
paupib̄ conuertē in vsum. ad quem ipe nō tenebat. Sic etiam ī hoc
dat exemplū p̄latis ecclesie. ut res distribuēdas paupib̄ nō conuertant
in alios vsus ī ꝑ̄pos ul̄ singularis vtilitatis. ad q̄s ille res ordinate
nō sunt. nō enim res quas a fidelib̄ xp̄us recipiebat ordinauerat ad
tributi solutionem cōuertēdas. ꝫ ad paupum sustentatiōez. ¶ Ad .ij.
est dicendū q̄ loculos habebat xp̄us. ꝓpter sumptꝰ paupum et ipē et
apl̄i eius paupes erāt. vnde sibi et suoꝝ necessitatib̄ et postmodum
alijs indigentib̄ erant oblata distribuenda. ¶ Ad .iij. est dicendū q̄
illud decretū intelligit̄ ne epi res mobiles uel immobiles accipiāt de
subiectis eoꝝ plebib̄ ⁊ alijs pijs locis assūmant in ꝓprium vsum. et
in ꝓpriam vtilitatem maioris ecclesie. ne ex hoc maiores enormit̄ lo-
cupletentur. et minores ex tali facto pauperes inueniant.

AD .iij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enim q̄ xp̄s rex sibi concessam habuerit
dñiū non vsum tantū. xp̄us enī habebat pecuniā in communi

qnia loculos portabat iudas ut scribit Iohis. xiij. Sed ī pecunia trāsfert dominiū rei cum vsu al's vsura non esset peccatū. si in pecunia vsus posset haberi retento dominio eius. ergo xp̄s habuit dominium rerū sibi a fidelib⁹ concessaꝝ non vsum solum. ¶ Preterea in reb⁹ cōsumptibilib⁹ dn̄iū non potest separari ab vsu. In talib⁹ enī nec vsus iuris nec vsus facti separat̄ a rei ꝓpetate. In pane enī vino ⁊ carnib⁹ ac omnib⁹ ꝯsūptibilib⁹ q̄ habēt vsum facti & iuris habent dominiū Sed xp̄s nō nisi res cōsumptibiles habebat sibi a fidelib⁹ oblatas g° habendo vsum habebat dominiū. ¶ Preterea concedē vsum rei nō ē concedē actum vtendi. ꝫ ius vtēdi. qui enī cōcedit equum alicui nō concedit sibi actum equitandi. ꝫ ꝙ actum illum ī equo valeat exercē et sic concedit ius vtendi qd̄ quidē ius uel dominiū in reb⁹ ꝯsumptibilib⁹ non separat̄ ab vsu habendo. ergo xp̄s in reb⁹ sibi oblatis vsū habebat ius ⁊ dominiū. ¶ Preterea p̄lati ecclesiaꝝ nō hn̄t dominiū et ꝓpetatem ī reb⁹ ecclesie ut omnes canones clamant. vnde nec eas possunt alienare nec de eis testamētum condē. dominium g° tp̄aliū reꝝ si aliquis debet habere non nisi pp̄ qui est vicarius xp̄i. xp̄s ergo p̄ncipalit̄ habuit dominiū bonoꝝ ecclesie p̄ntium ⁊ futoꝝ non solum vsum. ¶ Preterea religiosi paupe~~res~~ tatis nō habēt aliqd̄ ꝓpum nec habēt aliquas possessiones in cōmuni et tn̄ cōmedūt et bibūt de elimosinis eis oblatis a xp̄ifidelib⁹. Si ergo ī talib⁹ nō habēt aliqd̄ ꝓpum ~~dn̄ij~~ (domini) nisi vsū solum apud aliquē residet. dn̄ium p̄dictoꝝ. nō nisi apud pp̄z qui est vicari⁹ xp̄i. xp̄s ergo nō solum vsum imo dominium habuit in reb⁹ sibi concessis. ¶ In contrarium est quia habē dominium rei ē habere possessiōz rei. Sed xp̄s ꝓhibuit Math. x. Non esse possidēdū aurum nō argentum nō pecuniā in zonis ergo xp̄s reꝝ sibi cōcessaꝝ solum vsum habuit nō dominium. ¶ Rn̄sio. Dicēdū ꝙ possumus distinguere q̄ntum ad p̄ns triplex dn̄ium ut dicamus q̄d ē dominiū vsus rei ē. Dominiū rei. Et dominiū dispēsandi ul' administrandi rē Dominiū igit̄ vsus rei in reb⁹ ꝯsumptibilib⁹ quaꝝ vsus est ip̄aꝝ cōsumptio non separat̄ ab vsu eius. In rebus vero stabilib⁹ quaꝝ vs⁹ non est eaꝝ ꝯsumptio dominiū potest separari ab vsu. Sed dominiū dispēsandi ⁊ distribuēdi rem potest separari ab vtrisqz. Nā qui habet dominiū administrandi ul' dispēsandi res aliquas eo modo dispēsat quo nat̄a rei dispēsabilis uel administrabilis req̄rit. Quando ergo

dispēsat uł administrat res ɔsumptibiles quaꝝ vsus ē eaꝝ ɔsumptio
administrando uel dispēsando vsū admīstrat dominiū vsus illis cū
quibꝫ dispēsat uel administrat retento sibi dominio sp̄ dispēsandi uel
admīstrandi. Sed quādo administrat uł dispēsat res stabiles quarū
vsus nō ē earū ɔsumptio potest admīstrare uł dispēsare cū aliquibꝫ
concedendo dominiū et vsum et potest sic dispēsare ut cōcedat vsum
illarū rerū retento sibi dominio ip̄arū simul cū dominio dispēsandi
vel administrandi. Dominiū g° dispēsandi omnes res c̄atas effectīe
p̄ncipalit̄ resedit et residet apud xp̄z. tam ɔsumptibiles quā stabiles
vnde illud verbū psal. Nō accipiā de domo tua vitulos. glosa expoīt
in p̄sona xp̄i sic dicētis. Nō accipiam de domo tua quia nō sunt tua
ꝫ mea. Cum ergo queram a te qd̄ meū est q̄ creaui. Nam mea sūt q̄
nō possides ut indomita q̄a mee sunt omnes fere siluarū et domita
q̄ tu nutris et possides quia mea sunt iumēta in montibꝫ et boues et
h° q̄ntum ad res stabiles. Quantū vero ad res ɔsumptibiles subdit
Si esuriero nō dicā tibi q̄si dicat nō dicā tibi ut pascas me q̄a si aliq̄
datis ad pascendū. forsitan me esurire putatis qd̄ ē insania. Non g°
queras quid michi des quia sine labore habeo qd̄ volo meꝰ ē enī orb̄
et plenitudo eius loco autē xp̄i in terra dispēsator est p̄p̄. Vnde puto
q̄ dominiū dispēsādi omnes res tam stabiles q̄ꝫ ɔsumptibiles apud
p̄p̄m residet efectiue p̄ncipalit̄ vice xp̄i. Administratiue ꝟ instrumen
taliter dominium talium residet apud xp̄i fideles q̄ similiter eo ordīe
admīstrāt ecc̄isticis viris religiosis uł clericis res tp̄ales ꝓ seminatiōe
sp̄ualium quo ip̄e res sunt apte nate administrari. quia res stabiles
quādoq̄ admīstrant ɔcedendo vsum. retinēdo dominiū. Res vero cō
sumptibiles quaꝝ vsus ē eaꝝ ɔsumptio sic admīstrant. ut cōcedendo
vsum concedant dominiū vsu. retēto semper dominio admīstrandi.
cristus ergo reꝝ sibi concessaꝝ habuit vsum et dominium vsus simul
cū dominio dispensādi effectiue p̄ncipalit̄. admīstratiue tn̄ instrumē-
taliter dominiū talium apud illos residebat a quibus sibi talia neces
saria admīstrabant̄. Ad primum ergo est dicendum. Q̄ quicunq̄
admīstrat uel dispēsat pecuniā alicui retēto. sibi dominio dispēsādi
vel administrandi non cōmittit vsuram quia concedit sibi vsum et
dominium vsus. Dominiū enim dispensādi uł admīstrandi non est
sup̄ rem concessam si res cōsumptibilis est. et si est res cū qua simul

sit transferibile dominiū cum vsu ex nata rei · Secō est sup res alias a quibus ille res concesse cōsumptibiles uel transferibiles originem sumpserunt q̄ntum ad mīstrantes · uel est sup p̄tatem concedendi uel recipiendi q̄ntum ad sūmos pōtifices dispēsantes · Ad · ij · ē dicēdū q̄ quicunq; dispensat uel administrat rem dsumptibilē dcedēdo vsū concedit dominū vsus q̄a nata rei sic requirit · Ad · iij · eodē modo q̄ cōcedēdo ius vtēdi in re dsumptibili cōcedit dñium vsus · Secus autē est in re stabili cuius vsus nō est dsumptio eiꝰ · In hꝰ enī dñiū potest separari ab vsu ex nata rei · Ad · iiij · ē dicēdū q̄ hug · notat xij · q · i · c · expedit · duplicem modū dicēdi de dominio rex ecciaꝝ Vnus est q̄ dominiū talium rex est ipiꝰ ecclesie puta ipiꝰ loci sacrati cōclusi in parietibꝫ ecīe qui in nullius bonis est · Nam res sacre et religiose in nulliꝰ bonis sunt · Alius modus dicēdi est q̄ dominiū talium rex sit ipiꝰ xp̄i · eo q̄ talia bona deputata sunt dericis et paupibꝫ ad vsū eoꝝ · In quoꝝ psona dicit fieri xp̄o q̄ eis fit · et hoc verum puto effectiue p̄ncipaliꝫ · Administratiue tñ ministerialiꝫ apud illos residet a quibꝫ dericis et paupibꝫ administrant · Sicut enim in p̄latis ecclesie residet ius petendi vsum necessariorꝝ q̄ntum ad dominiū iuris et q̄ntum ad dominiū facti iuxꝫ illud Math · vi · Precepit eis · ne quid tollerēt ī via nisi virgā tantū · sup q̄ verbo dicit aug⁹ · q̄ p̄tas recipiēdi necessaria noīe virge sigmficata est · Sic apud laicos semper residet dominium administrandi · quia sic eis licet tp̄alia possidē quantū ad dominiū ꝛ ꝓpetatē · vnde possunt ipa alienare ꝛ de eis testamētum condē sic tali iure et tali dominio retēto tenent dericis necessaria ministrare ī rebꝫ stabilibꝫ uel dsumptibilibꝫ cū cōditiōe ipaꝝ rex · Ad · v · est dicēdū q̄ res dsūptibiles quibꝫ vtunt religiosi ad vsū necessitatis eoꝝ nō sūt eoꝝ q̄ntum ad dñiū dispēsandi uel administrandi · tale enī dominiū est illoꝝ a quibꝫ eis dispēsant uel administrantur ·

Questio · Octuagesima de xp̄i vite communitate ·

Nunc considerandū ē de vite xp̄i communitate · Circa qđ querunt tria · Primo vtrū mod⁹ viuēdi xp̄i seruādo aliq̄d in dūi diminuerit de eiꝰ pfectiōis statu · Scđo Vtrū mod⁹ viuēdi xp̄i dūis ī observatiōe derogauerit eiꝰ pfectiōis statui · iij · vtrū mod⁹ viuēdi xp̄i dūis ī victu ꝛ vestitu statui pfectiōis eiꝰ ꝺueniret

/ qz qđ impedit homin̄ ꝛ instrad fundat dimit de ꝓfōis statu /

Ad ꝑmum ergo sic ꝓceđit videt enī qz modꝰ viuēđi xp̄i fuan đo aliquid in cōmuni diminuerit de eiꝰ ꝓfectionis statu. Sed scr̄ deuꝰ. xvi. Non accipies ꝑsonam nec munera quia munera excecant oculos sapientum et mutant verba iustoꝝ non ergo erat decēs ut xp̄s ī cōmuni pecuniā seruaret. ¶ Prēterea pecunia ī omuni fuata ꝑ xp̄z erat petēđo acquisita. Sed scribit Act̄. xx. Memēto v̄bi dñi hiesu beatius est enī magis dare q̄ accipere. Maioris g° ꝓfectiōis fuisset in xp̄o de suo dare q̄ de alijs accipiēđo đseruare. ¶ Prēterea esse diuitē diminuit de ꝓfectionis statu quia difficile est diuitem regnum celoꝝ intrare ut scribit Math. xix. Sed plus facit hominem diuitē pecunia et diuitie artificiales q̄ nat̄ales. Nō erat g° ꝓfectiōis statꝰ pecuniā ī cōmuni seruare. ¶ In contrium est quia ille q̄ alijs ostēđit ꝓfectiōis statum non potest a ꝓfectione deuiare. ꝫ xp̄s alijs ostendit ꝓfectiōis statū Math. xix. Si vis ꝓfectꝰ esse ergo nō poterat a ꝓfectiōe deuiare

/ mint /

¶ Rñsio Dicendū qz ul̄ loquit̄ de perfectione status xp̄i inq̄ntū erat deus uel ut erat caput ecclesie. Primo modo nichil poterat esse in xp̄o qđ eius ꝓfectiōis statū augeret uel diminueret cū ipe esset ab instanti conceptionis in t̄mino a ꝙ intimꝰ et verus comphensor. Illud autē potest augeri ꝛ minui in ꝓfectiōe qz distat a fine & a t̄mino ꝓfectiōis Sed scđo modo cum xp̄s esset caput ecclesie iuꝝ illud ad ephe. i. Ipm dedit caput sup omnem ecclesiā q̄ est corpꝰ eiꝰ sic̄ capitis ē singulis q̄ membris suam ꝓfectionem tribuere ꝫm capacitatē ipoꝝ. Sic modus viuendi xp̄i talis esse debuit ut cōueniret statui ꝓfectoꝝ et infirmoꝝ In persona igit̄ perfectoꝝ mandauit Math. x. non esse possidendum aurum neq; argentū neq; pecuniā ī zonis. Sed ī persona infirmoꝝ loculos recōmendauit iude Iohis. xiij. sup quo verbo dicit Crisoꝰ. qz qui non peram nō virgam iubet deferre loculos ferebat ad inopum mīsterium. ꝑsonam infirmoꝝ suscipiens. multa enī ut ait xp̄s agebat dispensans ad nostram doctrinam. ꝓfectior ergo fuit modꝰ viuendi in xp̄o aliquid in cōmuni seruare q̄ nō seruare. nō quidem respectu sui ꝫ respectu suoꝝ membroꝝ quoꝝ ꝑsonā ipe tā q̄ caput suscipiebat ꝓpter tria q̄ Crisoꝰ. ponit Math. x. Primo ꝓpter remouendā a ꝑdicatoribꝫ veritatis omnez malā suspitiōez ꝙa si apl̄i habuissent pecuniā vel aliqua seruassent nō videbāt causa salutis hominū ꝫ causa lucri ꝑdicare. Scđo ꝓpter remouendam ab eis omnem sollicitam tp̄alium

attētiōez ut remoti ab omni temporalium sollicitudine vacatiōez oēz tribuerent verbo dei. Tercio ut in deo ponerent omnez eoz ꝓuisionez contenti de pñtib⁹ & de futuris euentib⁹ sperantes in illo qui dixit ad hebre. xiij. nō te deseram neq; derelinquā. Ad ꝓmum ergo ē dicēdū ꝙ pecunia duplici intentiōe potest seruari. vno modo ad possessiōes augēdas et ogregādas et talis receptio mūnez oculos cordis excecat ⁊ a iusticia declinare facit eo ꝙ ex cupiditate ꝓcedit Talib⁹ enī dicit̄ ysa. iiij. ve qui diungitis domū ad domū. et agrum agro copulatis vsq; ad terminū loci ꝙ iustificatis impium ꝓ muneribꝫ et iusticiam iusti aufertis ab eo. Alio modo potest seruari ad necessitatē victꝰ. et talis mūnez acceptio cupiditatē nō habet annexā neq; excecat oculos sapiētum neq; mutat verba iusticie in psona quoz dicit̄. i. thi. vltio habentes alimenta et quib⁹ tegamur his contēti sumus. Ad. ij. ē dicendum ꝙ quāuis dare b⁹m se sit laudabilioꝰ ꝙ accipere eo ꝙ actus liberalitatis magis ē in dādo ꝙ in recipiēdo nō obstante ꝙ liberalis det et recipiat. Nōne tñ alicuius adiuncti pfectioꝰ et beatioꝰ ē quādoq; recipere q̄m dare. Si nanq; in paupe nichil consideret nisi receptio elimosine tantū beatior et perfectior ē diues qui dat elimosinas q̄m pauper qui recipit. Sed talis potest esse causa recipiendi ꝙ magis meret recipiens ꝙ dans utpote si se in tali statu ostituat volūtarie i quo nō coactus ꝫ voluntarie paup effectus sit ꝓpter xp̄m beatius est sic recipe q̄m dare vnde dicit glosa super dicto verbo. Non illis qui relictis omnib⁹ secuti sunt dominū diuites elimosinarios ꝓponit. Sed illos maxime glorificat qui cūctis ꝙ possidēt in semetipis renūciātes nichilominus laborant opando manib⁹ ut habeant vnde tribuant necessitatē patienti. Ad. ij. est dicēdum ꝙ seruando pecuniam ex possessionib⁹ & redditib⁹ ogregatam. facit hominē diuitē sollicita attentione. supba elatione. et spūalium suffocatiōe. Vnde adolescēs cui dictum ē vende omnia ꝙ habes & da paupib⁹. abijt tristis. Erat enī multas possessiones habens. Sed seruare pecuniā ad necessariozꝰ sustentatiōz et sui et paupum ꝓuisionem nō facit hominē diuitē habē annexam auaricie cupiditatem sed pfectiōis caritatē.

Ad. ij. sic ꝓcedit̄ videt enim ꝙ modus viuendi xp̄i cōmunis in cōseruatiōe derogauerit eius pfectionis statui. Quod enim erat causa blasphemandi deum diminuebat de pfectionis statu in xp̄o sed

cõuersatio eiꝰ cum hominibꝫ erat causa blasphemãdi deum Iohis. x
De bono ope non lapidamus te ꝫ de blasphemia. et quia tu homo cũ
sis facis teipm deum. ¶ Preterea illud diminuebat de pfectiõis statu
in xpo qd diminuebat de fide eius diuinitatis. Sed non est ꝓpum dei
conuersari cum hominibꝫ iux illud dañ. ij. Sermo enĩ quẽ tu queris
rex grauis ẽ nec reperiet quisqꝫ q iudicet illũ exceptis dijs quoꝝ nõ ẽ
cũ hominibꝫ ꝯuersatio. ergo ꝯuersatio xpi cũ hominibꝫ diminuebat
de fide diuinitatis eius et per ꝯsequẽs de eiꝰ perfectiõe. ¶ Preterea in
sollicitudine nõ in cõuersatiõe ecclesia pascit ~~status perfectiõis~~ a xpo.
iux illud Apoc. xij. Mulier fugit ĩ solitudinẽ vbi habet locũ paratũ
a deo. ut ibi pascat illam diebꝫ. M. cc. lx. magis ergo in solitudine qꝫ
in cõuersatione ꝯsistebat xpi status perfectio. ¶ In contrarium est qd
scribit Math. xvij. Cõuersantibꝫ autẽ eis in galilea. Et Baruch. iiij
Post hec in terris visus est et cum hominibꝫ cõuersatus est. ¶ Rñsio
dicendũ ꝙ xps venit ĩ hũc mundũ ad sanctoꝝ ꝯtemplatiõez Iohꝫ. x.
Ego veni ut vitam habeãt et habundantius habeant. sup quo vbo
dicit augꝰ. ꝙ xps venit ut sãcti vitam habeãt ingredientes per fidẽ
q̃ per dilectiõem operat ⁊ habundantiꝰ habeãt egrediẽtes quãdo veri
fideles moriunt. acquirũt enĩ tũc vitam habũdantiꝰ vbi nũqꝫ deinde
moriant ⁊ ad peccatoꝝ conuersionem. i. thi. i. Venit enĩ xps in hũc
mũdum pctores saluos facere quoꝝ primus ego sum. ideo vite ꝯtem
platiue qua viuũt sãcti. et vite actiue qua cõmunit viuũt homines
exempla xps monstrare debuit. qd sic fecit. quia quãdoqꝫ monstrauit
exempla vite ꝯtemplatiue eligẽs quãdoqꝫ solitudinẽ ad orãdum ad
quiescẽdum ad humanũ fauorẽ vitandũ. Nã de oratiõe dicit luce. vi
illis factum est in diebꝫ exijt in montẽ orare et erat pernoctans ĩ oratiõe
dei. De quietatiõe vero dicit Math. vi. Venite seorsũ ĩ desertũ locũ
et requiescite pusillũ. Sed de fauoris mũdi remotione scri Math. v
Videns hiesus turbas ascendit ad montẽ sup quo verbo dicit Crisoꝰ
ꝙ nõ ĩ ciuitate. nõ in foro. ꝫ in solitudine sedebat erudiẽs nos per hº
turbꝫ nichil ad ostentatiõez facẽ ꝫ potiꝰ a tumultis discedẽ cũ de necessarijs
disputare oportet. Exempla vero vite actiue mõstrauit math. ix. qñ
factũ ẽ discũbẽte eo ĩ domo. Ecce multi publicani et pctores veniẽtes
discũbebant cum eo et discipulis eiꝰ. qd verbum exponẽs Ieroꝰ dicit.
videant publicani a peccatis ad meliora cõuersum locũ ĩ venisse

penitentie et ex hoc ipi salutē nō desperēt. ¶ Ad primū ergo ē dicēdū
q̄ ꝯuersando cum hominibꝫ nō dabat xp̄s causā blasphemādi deum
q̄a ut glosa ibi dicit. quāuis sacramentū nati hominis intelligentiā
diuine natiuitatis impediret tn̄ quia diuina natiuitas omne opus
sub mīsterio assumpti hominis exequebat̄. ideo faciēs opa dei patris
in assumpta humanitate opibꝫ demonstrabat q̄d de eius diuinitate
esset credēdū ꝓpt̄ q̄d dicebat. Si nō facio opa patris mei nolite credē
Si autē facio et si michi non vultis credē opibꝫ tn̄ credite. ¶ Ad. ij.
est dicendū q̄ sicut dicit damas. xp̄s q̄ erant hoīs sup̄ homnē opabat̄
q̄uis ergo ꝯuersando cum hominibꝫ mōstraret solum humanitatē
agendo tn̄ sup̄ humanitatē q̄ hominis erant monstrabat diuinitatē
vnde ī ꝯuersando cū homībꝫ nō diminuebat̄ fides de eiꝰ diuinitate ꝫ
potius augmētabat̄. ¶ Ad. iij. est dicendū q̄ sicut ibi dicit glosa toto
tempore q̄ subsistit pn̄s ecclesia p̄dicatiōe xp̄i tribꝫ annis ꝛc dimidio
facta pascit̄ et nutrit̄. Predicatio autē xp̄i non est facta inp̄uato ꝫ in
publica ꝯuersatiōe iux̄ illud Iohis. xviij. Ego palam locutus sum
in mundo et in occulto locutus sum nichil.

AD. iij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enim q̄ modus viuendi xp̄i cōmunis in
victu et vestitu statui pfectionis eiꝰ nō ꝯueniret. Q̄d enim fuit
pfectionis in Ioh. baptista pfectiōis erat in xp̄o. Sed modꝰ viuēdi
Iohis. in cibo et potu non erat ꝯmunis cū alijs exquo iudei inducti
sunt ut Crisoꝰ. dicit. nolle habere xp̄m ī doctorem ꝫ magis Iohēz nō
solum ꝓpter generis nobilitatē quia xp̄s filiꝰ fabri Iohēs vero filiꝰ
pontificis imo ꝓpter vite sc̄titatem q̄a esca Iohis erant locuste et mel
siluestre. ¶ Preterea vti supfluitate vestimētoꝝ nō erat pfectionis in
xp̄o maxime cū mandasset luce. iij. Qui habet duas tunicas det vnā
non habenti Et ī pfectiōez Ioh. dicit̄ q̄ habebat vestimentum de pilis
cameloꝝ. Sed xp̄s plura vestimēta habuit q̄d patet Iohis. xix. q̄a oēs
milites habuerūt tunicam vnā excepta tunica q̄ vni sorte aduenit.
¶ Preterea illud opꝰ pfectionis debuit xp̄s ostēdē p q̄d eius pt̄as mō
strabatur in expulsione demonū. Sed scribit̄ Math. xvij. hoc genus
demonioꝝ non eijcit̄ nisi p oratiōz ꝛ ieiunium. ieiuniū ergo maxime
faciebat ad xp̄i pfectiōis statum. ¶ In contrarium est q̄d scri̅ Math. xj
venit filius hominis manducans et bibēs et dicunt ecce homo vorax
et potator vini publicanoꝝ et peccatoꝝ amicus. ¶ Rn̄sio. Dicendū

q̄ statꝰ pfectionis ꝯsistit in attinctiōe finis. Sicut ergo vnus et idem finis pt̄ attīgi diuersis vijs. sic humani generis salutē ꝓpter quā dei filius carnem assumpsit. alia via p se et alia p suum p̄cursorē Iohēz ꝓcurauit. vnde dicit Crisoꝰ. Math. xi. p contr̄iam viam venimꝰ ego et tu Iohēs. et idem fecimus. sicut si venatores p duas contr̄ias vias aliqd̄ animal insequant̄ ut in alteram incidat. Quare autē contr̄ia via incessit xp̄us a via Iohis. Crisoꝰ. assignat q̄tuor ratiōes. Prima ꝓpter iudeoꝝ inexcusatiōz. Erant aūt iudei proni calūpniare vtrāq̄ vitam solitariā et cōmunē. ideo vtrāq̄ p se et p Iohēz. voluit assumē ad eoꝝ cōfutatiōez. Secūda ꝓpter solitariam ꝯuersationem sicut enī pfectionis erat in iohe viuente vita solitaria abstinētiam seruare. sic pfectiōis fuit ī xp̄o viuente in ꝯūi ꝯuersatione hominū se modo ꝯūi ip̄oꝝ ꝯformare. Tercia ꝓpt̄ miraculoꝝ choruscatiōez xp̄o nāq̄ testimonium ꝓhibebat miraculoꝝ choruscatio. Iohi v̄ solū austeritas vite. Quarta ꝓpter iudeoꝝ admiratiōez. sicut enī ī iohanne iudei admirabant̄ vite austeritatē ꝛc tantā parcitatē. sic ī xp̄o admirabant̄ aliam pfectionem puta sapiētiam. Scribit̄ enī luce. ij. q̄ stupebant oēs sup doctrina et rn̄sione eius. ¶ Ad primum ergo est dicendum q̄ pfectio xp̄i et Iohis. erat in attinctione finis ut dictum est qui quidem finis poterat attingi p vitā cōmunē xp̄i et p austeritatē quā faciebat Ioh. Vnde sup illo verbo Math. xi. iustificata est sapiētia a filijs suis dicit Augꝰ. q̄ sancti apl̄i intellexerunt regnū dei nō esse in esca et potu ꝫ ī eq̄nimitate tollerandi quos nec copia subleuat nec depmit egestas. vnde dicebat paulꝰ. Scio habundare et penuriam pati. xp̄s ergo qui est sapiētia dei patris iustificatꝰ ē a suis filijs puta ab apl̄is qui erāt eius filij per adoptionem. ¶ Ad. ij. est dicēdum q̄ sicut dicit Crisoꝰ. Cōsuetudo palestīe patrie erat ut duos pānos obnectētes subtexerēt vnde per hoc qd̄ euangelista dixit. Erat tunica inconsutilis et desup cōtexta p totum occulte euāgelista insinuat vilitatē vestimentoꝝ xp̄i nō pluralitatē quia nō plures panni erant subtexti et ꝯiuncti adinuicem ad indumentum vnum pficiendum. ¶ Ad. iij. est dicendum q̄ xp̄us demones expellebat potētia diuinitatis cuius auxilium quāuis ieiunio. magis tamē oratione impetrat̄ Dicit enim Crisostomꝰ Math. xvij. q̄ nichil est homine decenter orāte potentius. vnde si tibi est infirmum corpus ad continue ieiunandū non sit tibi tn̄ infirmū

ad orandum Et si ieiunare nõ potes· potes tamen nõ lasciuire non enĩ est hoc paruum nec multum a ieiunio distans·

Questio· Octuagesimaprima· de xp̃i carnalitate·

Ulterius cõsiderandũ ẽ de xp̃i carnalitate· Circa qd̃ q̃runt̃ quatuor· Primo· Vtrum xp̃s seruãdo carnalitatẽ parẽtũ fuerit in ꝑfectionis statu· Scd̃o· Vtrum xp̃s seruando carnalitatem cõsanguineoꝝ steterit in statu ꝑfectionis· Tercio· Vtrum xp̃s seruãdo carnalitatem amicoꝝ recesserit a ꝑfectiõis statu· Quarto Vtrum xp̃s seruãdo carnalitatẽ bñficioꝝ tenuerit statũ ꝑfectiõis

Ad primum ergo sic ꝓcedit̃ videt̃ enĩ ꝙ xp̃s seruãdo carnalitatẽ parentũ nõ fuerit ĩ ꝑfectiõis statu· Omne enĩ peccatũ impedit statum perfectiõis· Sed parẽtes xp̃i quãdam vanam gloriã habebãt de xp̃o· Dicit enĩ Crisos· sup illo verbo Math· xij· Ecce mater eius et fratres stabãt foris querẽtes loqui ei· Manifestũ est ꝙ solum ex vana gloria hoc faciebãt cupientes ab hominibꝫ laudari ex carnalitate et ꝓpinquitate quã habebant ad xp̃m· Preterea qd̃ xp̃s docuit in alijs ꝑtinere ad statum ꝑfectiõis in se debuit seruare· Sed Math· x· loquẽs de statu ꝑfectiõis dicit· veni separe hominẽ aduersus patrem suum ⁊ filiã aduersꝰ matrẽ suã et inimici hominis domestici eiꝰ· Carnalitas ergo parentum impedit perfectiõis statum· Preterea in cõmendationẽ perfectiõis status beati Joh̃· baptiste dicit Ieroꝰ· in epl̃a ad rusticum monachum· Joh̃es baptista sanctam matrẽ habuit põtificis ꝙ filius erat et tñ nec matris affectu nec patris opibꝫ vincebat̃ ut in domo parẽtum cũ periculo viueret castitatis· carnalitas igit̃ parentũ nõ stat cũ perfectiõis statu· In contrarium est quia p̃ceptum xp̃i nõ repugnat eius consio· Sed carnalitas parentum est p̃ceptum nõ g° repugnat perfectiõis statui de quo est ꝯsilium· Rñsio· Dicendũ ꝙ xp̃us plene impleuit illud p̃ceptum honora patrẽ tuum ⁊ matrẽ tuã Nam ꝙ patrem honorauit patet Joh̃is· viij· Cum enĩ iudei dicerẽt ip̃m demonium habẽ· Rñdit ego demonium nõ habeo ꝫ honorifico patrem meum· Qꝫ vero matrem honrauit in quatuor p̃cipue fuit manifestum· Primo in eius adolescentia· Nam sup illo v̄bo luce· ij· Descendit cum illis et erat subditus eis· Dicit glosa ꝙ in sustinendo labores ꝛ sudores corporeos q̃s maria ꝛ Joseph ꝯtinue frequẽtabãt

necessaria vite sibi querentes xp̄us subiectiōez & reuerētiā plenariā eis exhibebat. Scd̄a ī alioꝝ p̄ntia. Dicit enī aug⁹. ī libro de simbolo sup̄ illo verbo Iohis. xx. vinum nō habēt. ꝙ temptauit illa femina in primo miraculo posse se iubē filio tanq̄m mat̄ et tāq̄m domina q̄ tn̄ prius se noīauerat ancillam. Ait enim vinum nō habent fac igit̄ vt aq̄ in vinum cōuertant̄. Ille autē ut ostendēt ꝙ in h° nō tenebat̄ ei obedire q̄a sup̄abat hūane nat̄e facultatē quā ab ea accep̄at dixit. Nondum venit hora mea in q̄ conditio humane nat̄e ostēdit̄ q̄ fuit hora passionis. Ne tn̄ in p̄ntia alioꝝ matrem ꝯfunderet & p̄ceptum eius ꝯtemnere videret̄ ad mandatū matris dicētis mīstris. Q̄dcūq̄ dixerit vob̄ facite ꝛc̄. et aq̄ in ei⁹ vinū ꝯuerse sunt. Tercio ī absentia nam Iohis. vltimo. Pendens ī cruce ꝛ relictur⁹ matrē p̄ntia corp̄ali ꝟm Crisoꝫ. nullius alteri⁹ cū multe alie mulieres astarent meminit nisi matris docens nos per hoc suo exemplo ꝙ a pijs filijs parentib⁹ cura ē impendēda. ita ut illud lignū vbi fixa erāt mēbra moriētis factum fuerit cathedra magistri docētis. Quarto ī funerali diligētia. Cōsueuerūt enī deuoti filij vt Iero⁹. dicit. funeralia honorabilia matri exhibē ꝙ nullo modo ē credēdū dei filium ī requie sue matris p̄termississe quinimo sibi tot⁹ festiuus occurrit. ¶ Ad primum ergo est dicendum ꝙ illa inanis gloria nō est referenda ad xp̄i matrem ꝫ ad fratres eius quos nō oportet nedum a pc̄to inanis glorie imo nec a peccato infidelitatis excusare cum scriptū sit Iohis vij. ꝙ nec fratres eius credebant in eum. Quare ergo virgo querebat sibi loqui et nō exspectabat finem p̄dicationis. Rn̄dit Crisoꝫ. ꝙ h° fuit ꝓpter alioꝝ importunam petitionez uel ꝓpter iudeoꝝ suspitiōz. Suspecta enī fuit ne insidie ei ponerēt̄ a iudeis et ita subito volebat eū ab eis reuocare vel ꝓpter eius ardentem dilectionem. non enī ip̄a poterat ad horam eius p̄ntia priuari, ¶ Ad scd̄m est dicendū. ꝙ sic̄ dicit Crisoꝫ. Mat. x. Si amor parentum dei amori compareť et nō possit vtrūq̄ saluari. odium. vel sep̄atio parentū est pietas in deum In illis ergo obediendum est parentib⁹ que non nocent pietati Si autez contra deum aliquid expetierīt non oportet eis assentire imo ex toto eos relinquere. ¶ Ad terciū ē dicendū. ꝙ xp̄s tanq̄ ī termino positus non pot̄at a perfectionis statu cadere pulsione alicuius pc̄ti Iohes autem baptista sic̄ pc̄tor poterat. ideo necessariū erat sibi dimittere illa q̄ poterāt

eum a perfectiōis statu reuocare. Vñ dicit grego· super illo vbo Jo·
xi· Quid existis in desertū vidē arundinē vento agitatā· Arundinē
quippe mox ut aura ɔtingit in partem flectit ꝑ quā carnalis animꝰ
designat̄ q̄ mox ut fauore uel detractiōe tāgit̄ ī partē aliquā declinat̄
Arundo ergo vento agitata Jo· nō fuit quē in deserto positū a statu
sue ꝑfectiōis nulla rerꝝ varietas ~~als feritas~~ inflectebat·

AD·ij·sic ꝓcedit̄ videt̄ enim ꝙ xp̄us seruando carnalitatē cōsan
guineorꝝ non steterit ī statu ꝑfectionis· quia in perfectiōeꝫ statꝰ
petri dictū est Mat·xvi· Beatus es simon bariona q̄a caro et sāguis
nō reuelauit tibi ergo qd̄ reuelat affectio carnis et sāguinis nō facit
ꝑfectiōis statum ¶ Preterea ex nat̄alibꝫ homo nō meret̄ nec demeret̄
nec ponit̄ in perfectiōis statu iux̄ illud Math·v· Si diligitis eos qui
vos diligūt quā merecedē habetis· nō g° ex carnalitate ɔsanguineorꝝ
xp̄s stabat in ꝑfectiōis statu· ¶ Preterea illud nō facit ꝑfectiōis statū
cui sacra script̄a imp̄cat̄ malū· Sꝫ hñtibꝫ carnalitatē ad ɔsanguine-
os imp̄cat̄ malum sacra script̄a Michee·iij· ve vobis qui edificatis in
consanguinibꝫ ¶ In contrarium est quia qui vocat ad ꝑfectiōis statū
in statu ꝑfectiōis subsistit· Sed xp̄s carnales ɔsanguineos vocauit ad
ꝑfectiōis statū puta ad apl̄atum· ergo· ¶ Rñsio· Dicēdū ꝙ sic̄ dicit
Crisoꝫ· xp̄us ī cōsanguineis carnalibꝫ quādoqꝫ eorꝝ ɔuicia humilit̄
tollerauit· quādoqꝫ vero eorꝝ virtutes magnifice exaltauit· Quādoqꝫ
vero eorꝝ obliquitates rectificauit sꝫ nunqꝫ eorꝝ vicia approbauit· Eorꝝ
nāqꝫ conuicia humilit̄ tollerauit Joh̄· vij· sup illo verbo· nemo q̄ppe
in occulto aliquid facit ⁊ querit ip̄e in palam esse· Dicit Crisoꝫ· ꝙ cō
sanguinei xp̄i de formidine ⁊ de amore inanis glorie eum notabant
nam ꝑ hoc ꝙ dicebant· nemo in occulto aliquid facit notabant eum
de formidine incusantiū et suspicantium simul ꝙ q̄ fiebāt ab eo non
vere essent facta· ꝑ h° vero ꝙ dicūt ⁊ querit ip̄e in palam esse amorē
inanis glorie in eo notant· vnde merito subdit̄ ꝙ neqꝫ fratres eiꝰ cre-
debant in eum· Consanguineū enim xp̄m habere poterant sꝫ credere
ī eū ip̄i ꝓpinq̄tate ꝛ carnalitate fastidierūt ut Crisoꝫ· dicit· Virtutes
eorꝝ magnifice exaltauit Math·iiij· vbi relictis omnibꝫ Jacobꝫ ⁊ Jo·
secuti sunt xp̄m ut dicit Crisoꝫ· ꝙ q̄a ip̄i reliquerūt affectiōꝫ carnalē
que intelligit̄ ꝑ rete· substantiā mūdialem q̄ intelligit̄ per matrem et
paternitatē socialē q̄ intelligit̄ ꝑ patrē· ideo meruerūt sic magnificari

et exaltari a xpo quia venientes ad ipm ista tria debent relinqre Eorū obliquitatem rectificauit Math. xx. ubi petentibꝫ fratribꝫ eius sedere a dextris & a sinistris xpi Rndit. Nescitis quid petatis. ac si diceret. Ego vocaui vos de sinistra ad partem dexteram & vos vestro ꝯsilio et vestra petitiōe curritis ad sinistrā. Sed nūqꝫ eoꝝ vicia approbauit et ꝑ hoc magnifice insinuat̄ p̄latis ecclesie ut sic in eoꝝ ꝯsanguineis diligant nat̄am a deo plantatam ut minime eorū vicia sustineant

Ad p̄mum ergo est dicendum ꝙ ante illam confessionē petrus & alij discipuli fuerunt ī ꝑfectiōis statu et tn̄ nō ꝯgnouerunt eum esse dei filium sed solum esse xp̄m puta vnitū. vel esse dei filium adoptiuū modo q̄ cognouerat nathanael. Rabi tu es filiꝰ dei. Sꝫ illa cognitio qua petrꝰ et alij apl̄i cognouerūt tunc xp̄m esse dei filium non solum transcēdebat carnis & sanguinis affectiōeꝫ imo omnē humani status ꝑfectionem solum enī hoc scibile erat patris reuelatione. Ad. ij. est dicendum ꝙ nat̄alis affectio xp̄i erga consanguineos vestita erat ne hesitaret caritate et v̄bi in carnati diuinitate ideo nō poterat distrahē eum a ꝑfectiōis statu. Ad. iij. est dicendū ꝙ illis imp̄cabat̄ malū ꝑ sacram scripturam qui edificant in sanguinibꝫ qui habent oculum in ꝓmotiōe & exaltatiōe ipoꝝ solū ad eoꝝ carnalē affectiōeꝫ. aīo aūt p̄ncipalit̄ ad ecc̄iasticoꝝ officioꝝ dignā executiōꝫ vl̄ admīstratiōꝫ.

Ad. iij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ xp̄us seruando carnalitatē amicoꝝ recesserit a ꝑfectiōis statu. Scribitur enī Math. viij. ꝙ volenti sepelire patrem suum ut sequeret̄ eum dixit dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Ioh̄. vero. xi. dixit. Lazarus amicus noster dormit sed vado ut a somno excitem eum. ex amicicia ergo ad mortuum accessit a quo p̄cipit discedē illum qui volebat statum ꝑfectionis acquirere.

Pret̄ea ostendē signa carnalitatis ad amicos nō sūt signa ꝑfectoꝝ nam in ꝑsona ꝑfectoꝝ. Dicit Augꝰ. iiij. de tri. ꝙ cum aliqd̄ eternū mēte capimus iam nō ꝯuersamur in hoc mundo. Sed xp̄s de amico suo lazaro lacrimatꝰ est Ioh̄. xi. qd̄ vidētes iudei dixerūt. Ecce q̄modo amabat eum. ergo hꝰ non erat ꝑfectiōis signū. Preterea amicicia fundata sup vtili uel delectabili non ꝑtinet ad ꝑfectiōis statum. Sꝫ amicicia xp̄i videbat̄ fundari sup vtili uel delectabili. Nam scribit̄ Ioh̄. xij. ꝙ post suscitationē lazari venit hiesus bethaniā et ibi fecerūt sibi cenam & marta ministrabat. nō ergo talis amicicia ꝑtinebat ad

pfectionis statum. ¶ In contrarium est quia non est maior pfectio quam animā ꝓ amicis ponē. Sz xp̄s animam suam ꝓ amicis suis posuit ergo amicicia uel carnalitas amicoꝝ nō traxit xp̄z ex pfectiōis statū ¶ Rn̄sio. Dicendū ꝙ ſm damaſ. iij. libro. c. xviij. xp̄m confitemur deum pfectū & hominē pfectū. Suscepit enī verbū diuinum animā ⁊ carnē quia totiꝰ hominis natam. in psone diuine vnitate coaptauit et vnicuiq; natē diuine et humane pmissum est agē qd̄ suum erat. ex potētia tn̄ diuinitatis quādoq; actus humānitatis suspēdebat. quādoq; vero sibiipi relinq̄bat. vn̄ dicit. Augꝰ. ꝙ quādo voluit esurijt & quando voluit sic uel sic affici erga amicos uel nō affici in eius ptate erat. Quicq̄d tn̄ dei filius p hominē quem suscipe dignatus est opari nob̄ disciplina morū fuit ⁊ ad nostram īformatiōez nō suā pfectiōez demonstrauit. ¶ Ad primū ergo ē dicendū ꝙ totū erat ad xp̄i gloriā et mortuum relinquē & ad mortuum accedē modo quo dicit apl's. i. Cor. x. Siue manducatis siue bibitis siue aliq̄d aliud facitis omnia in gloriam dei facite. ad mortuū ergo suscitādū amicū accessit. quia p hoc deus glorificabat. vnde dixit Marthe Ioh. xi. Nonne dixi tibi quoniā si credideris videbis gloriā dei. Sed a mortuo p̄cipit discedē vel quia mortuꝰ ille infidelis erat et ideo per infideles erat sepeliēdꝰ vt dicit Augꝰ. Vel quia per alios funeralia illiꝰ poterant expleri & illi non impediri uel retardari ad sequēdum xp̄m in q̄ sequebat sue perfectiōis statū ut dicit Crisoſ. ¶ Ad. ij. est dicēdū ꝙ xp̄s lacrimatꝰ est in suscitatione lazari amici sui ꝓpter tria. Primo ad monstrandā verā humanitatē. nō enī aliq̄d signū resurectiōis adhuc mōstrauerat vnde ad hoc videbat iuisse ut lacrimaturꝰ nō ut resuscitaturꝰ. Scd̄o ad ostēdendā veram pietatem quia enī fons pietatis erat ideo flebat ꝓ parte humanitatis quē resuscitare poterat per potētiā diuinitatis Tercio ad firmandam in nob̄ fratnam caritatem. nō enī recedit hō a pfectiōis statu si ꝓspera ⁊ aduersa suoꝝ caroꝝ ⁊ amicoꝝ sua putat imo magis in pfecta caritate firmat. modo q̄ dicit apl's. ad Ro. xij. Gaudete cum gaudētib̄ ⁊ flete cum flētib̄ illū ip̄m inuicē sentiētes. ¶ Ad. iij. est dicendū ꝙ sic dicit Crisoſ. xp̄s apud lazarum ⁊ sorores eius habitabat ut ibi maneret corpaliter ubi spūaliter repausabat Nam sanctoꝝ viroꝝ est ut ait. ꝙ non gaudeant. vbi epule large sūt. ſz vbi sāctitas floret. nō ergo causa p̄ncipalis amicicie xp̄i cuz lazaro

et sororibus eius erat in cena uel corpalis refectio · sed magis eorum sanctitas et spiritualis deuotio·

AD·iiij· sic ꝓcedit̄ videt̄ enim ꝙ xp̄s seruādo carnaltatē bn̄ficioꝝ non tenuerit perfectiōis statū· quia consentire blandicijs rogātium ꝑ retributione bn̄ficioꝝ est dimittē perfectiōis statū · Sed xp̄us consensit luce·vij·iudeis rogantibꝫ eum ꝑ centurione · quia dixerūt diligit enī gētem nostram ⁊ sinagogā ip̄e edificauit nob̄· ¶ Pretea luce·xxij·sup illo verbo qui p̄tatem habēt sup eos bn̄fici vocant̄ dicit glosa· ꝙ blandi sermones offerunt̄ a subditis illis a quibꝫ beneficia recipiunt̄ ꝫ hoc repugnat statui perfectiōis ergo carnalitas bn̄ficioꝝ mpediebat xp̄m in perfectiōis statu· ¶ Preterea qd̄ xp̄s imp̄catus est in penam non facit ad perfectiōis statum· Sed xp̄s phariseos lōgas orationes faciētes ad bn̄factrices viduas et eterno iudicio cōdemnauit Math·xxiij· Ve vob̄ scribe ꝛ pharisei qui comeditis domos viduaꝝ oratiōes lōgas orātes ꝓpt̄ h° amplius iudiciū accipietis· ¶ In cōtriū est q̄a licet Elizeus ꝓpheta ī statu perfectiōis erat ⁊ tn̄ mulieri apud quā hospitabat̄ dixit·iiij·ad Ro·iiij· Ecce sedule ī omnibꝫ mīstrasti nob̄· quid ergo vis ut faciam tibi· nunq̄d ergo habes negociū et vis vt loquar regi uel p̄ncipi militie ꝑ te· ¶ Rn̄sio· Dicēdū ꝙ in benefactoribꝫ tria possumꝰ considerare · Primo ip̄oꝝ meritū qd̄ p̄ncipalit̄ intendit̄· Scd̄o bn̄ficium qd̄ recipit̄· Tercio modus per quē acquirtur Planum ē autē ꝙ meritū ip̄oꝝ bn̄factoꝝ debet esse p̄ncipalit̄ intentū vt quis diligat recipe beneficia a bn̄factoribꝫ ꝓpt̄ meritū qd̄ inde cōsequit̄· Vnde Crisob̄·dicit Ioh̄·iiij·sup illo v̄bo. Nunq̄d aliq̄s attulit ei māducare cibos ab alijs oblatos dominꝰ suscipe solebat nō ꝙ alieno ministerio indigeret qui dat escam omni carni· Sed ut deferentes meritum ꝯsequerent̄ · In bn̄ficio vero qd̄ recipit̄ attendēda ē gratiaꝝ actio ut illi p̄mo referat̄ gratia per quē ꝓpositum bn̄ficia largiendi inspirat̄ et illis per quos instrumētalit̄ bn̄ficia dispensant̄· vn̄ scribit̄ ysa·lj·gratiaꝝ actio inueniat̄ in te ꝛ vox laudis sp̄ sit in ore tuo·vn̄ nō sūt ī culpande affectiōes et ꝯuersatiōes paupum cū diuitibꝫ nec reputande adulatiōes·ꝫ magis quedā ī ductiōes ad p̄standa bn̄ficia paupibꝫ sicut debent· et quedam gratiaꝝ actiōes ꝯgaudendo de eorū bonis operibꝫ· Dicit enim apl̄s·i·thi· vltimo· Diuitibꝫ huius seculi p̄cipe nō sublime sape neq̄ spare in merito diuitiaꝝ· ꝫ facile tribuere

atq; cõmunicare · et thesaurizare sibi fundamẽtum bonum ĩ futurũ · vt apprehendant vitam eternam q̃ fugitiua est ab eis nisi hoc faciant vt glosa dicit · Et signanter dicit p̃cipe q̃a de supfluo et suphabũdanti bñficia paupib⁹ dare est p̃cepti · De necessario vero est perfectionis et ꝺsilij · vnde dicit glosa sup illo verbo · 1 · Cor · viij · Et consiliũ ĩ hꝰ do subaudi ut paupib⁹ detis quia hoc vtile est plus facienti q̃ illi cui fit · Modꝰ ꝺ aq̃rendi si fiat causa religionis et honestatis pertinet ad sãctitatis perfectiõz · Si vero causa auaricie ꝛ cupiditatis pertinet ad supstitiõem et peruersitatẽ · ¶ Ad primum ergo est dicẽdum q̃ iudei vt Crisoꝰ · dicit q̃ modicis sumptib⁹ ad opus synagoge datis gratiã q̃ centurione postulabãt a xp̃o ¶ In modo simlit petendi dolositatem p̃tendebant quia volebãt ꝓpter inuidiã fidem centuriõis detegẽ · vñ non permisserũt ipm ad xp̃z venire · ne magnus aliq̃s esse putaret cũ p̃ces porrigebant · Ideo xp̃s nõ respexit ad eoꝝ rogamia nec ad sũptꝰ ad opus synagoge datos ꝫ ad fidem centuriõis in cunctis mortalib⁹ manifestandã · fidei ergo eiꝰ consensit ꝛ p suam virtutem seipm p̃n: cipalit exhibuit · ¶ Ad ij · est dicendũ q̃ blãdos sermones offerri bñ: factoribꝫ potest intelligi triplicit fieri · Primo ꝓpt eoꝝ deceptiõz · Scõo ꝓpter eoꝝ p̃corum emendatiõez · Tercio ꝓpter alicuius beniuolentie captationem uel alicuius tp̃alis bñficij ꝺsecutiõz seu piculi vitatiõz Primo modo puto q̃ sit peccatum mortale blandos sermões offerre quia talib⁹ iudicium eternũ ꝓmittit iuxt illud · ij · petri · ij · fictis vbis de vob⁹ negociabunt quib⁹ iudicium iaz olim nõ cessat et pditio eoꝝ nõ dormitat · Scõo modo simlit puto q̃ sit mortale quia sic laudat peccator indesideriꝫ anime sue et iniquus benedicit · Sz tercio modo Aug⁹ · dicit esse p̃cm veniale · Sic enĩ ait in libro de igne purgatorio Si amplius quis fuerit blandit⁹ q̃ oportet si cui q̃ maiori psone aut ex volũtate aut ex necessitate adulari voluerit ad minuta p̃cta ptinẽ non est dubium · ¶ Ad ij · ẽ dicendum q̃ phariseis xp̃s imp̃cat⁹ est penam ꝓpter tria ut Crisoꝰ · dicit · Primo quia iniqui erãt ꝛ cupidi · Scõo quia eoꝝ auariciã religionis colore depingebãt et quasi arma dei dyabolo p̃stabant dum iniquitas amabat q̃ pietas extimabatur Tercio q̃a p̃daz faciebãt ĩ psonis q̃ de facili decipiũt puta ĩ mulieribꝫ viduis q̃ eo ipo q̃ vidue de facili decipiũt nõ hñtes viroꝝ cõsiliũ · De facili silr bonis suis exspoliant nõ hñtes viroꝝ oñium ·

Questio. Octuagesima secunda. de xp̄i obedientia.

Deinde considerandum ē de xp̄i obedientia. Circa qd̄ querunt̄ quatuor. Primo. Vtrum ī xp̄o fuerit obediētia. Scd̄o Vtrū xp̄s fuerit obediēs homini ul' soli deo. Tercio. Vtrū obedientia in xp̄o fecerit pfectiōis statum. Quarto. Vtrum obediētia xp̄i fuerit voto ꝓmissa

Ad p̄mum sic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ in xp̄o nō fuerit obedientia q̄a obedientia importat quēdam famulatū ꝫ in xp̄o nō fuit famulatus. Dicit enī apl's ad hebre. iij. ꝙ moyses fuit fidelis in tota domo dei sicut famulus. xp̄s autē nō sicut famul⁹ ꝫ sic̄ verus fili⁹. Preterea vbi est obedientia ibi est subiectio ꝫ in xp̄o non est subiectio ad patrē donec fuerint sibi omnia subiecta iux̄ illud apl'i. i. Chor̄. xv. Cū aūt subiecta fuerint sibi omnia tūc ⁊ ip̄e fili⁹ subiect⁹ erit illi qui omnia sibi subiecit. planum est autē ꝙ nōdum videm⁹ omnia sibi subiecta vt dicit apl's ad hebre. ij. Preterea obedientia importat seruitutem: Sed damas. negat in xp̄o fuisse seruitutē ergo in eo nō fuit obediētia

In contrarium ē qd̄ scri' Phil'i. ij. humiliauit semetip̄z ꝓ nob̄ fact⁹ obediens. Rn̄sio. Dicēdū ꝙ necessariū est ponē in xp̄o fuisse obedientiam ꝓpter tria. Primo ꝓpter p̄mi peccati vitatiōez ⁊ satisfactiōz Peccatum enī quo totum humanū gen⁹ ē damnatum fuit p̄mi ade carnalis inobedientia. ergo virtus qua tale peccatum vitat̄ ⁊ satisfit ꝓ ip̄o debet esse secūdi ade sp̄ualis obedientia. hanc ratiōem apl's assignat ad Ro. v. dicens. Sicut ꝑ inobedientiā vni⁹ hoīs pc̄tores constituti sunt multi. ita ꝑ vni⁹ obediētiam iusti constituunt̄ multi. Scd̄o ꝓpter sacrificij acceptatiōez xp̄s enī vna oblatione consūmauit ī sempiternum sanctificatos quia semel oblatus est ad multoꝝ exhauriēda pc̄ta ut scribit̄ ad hebre. ix. Sed talis oblatio non fuit deo grata et accepta sine obedientia iux̄ illud. i. Ro. xv. Nūquid vult domin⁹ holocausta aut victimas et non poti⁹ ut obediat̄ voci ei⁹. melior est enim obedientia q̄ꝫ victime. Tercio ꝓpter humane nat̄e seruandam condicionē. Nat̄alit̄ enī humana nat̄a q̄ partim est sp̄ualis ⁊ parti corp̄alis subijcit̄ nat̄e diuine q̄ ex toto sp̄ualis ē quia de⁹ sp̄us ē Io. iiij. Absqꝫ iure creatiōis quo iure omnis creatura deo sic̄ suo creatori subijci debet. vn̄ apl's phil'. ij. Statim cū dixit ꝙ dei fili⁹ ī sil'itudinē hominū factus est. et habitu inuentus. vt homo. subdit. humiliauit

semetipm ꝓ nobis factus obediens vsqꝫ ad mortem. Igit̃ ꝓpter p̃mi peccati satisfactionẽ ꝓpter sacrificij acceptatiõꝫ ⁊ ꝓpter humane nat̃e seruandaꝫ ꝯdiciõeꝫ fatemur in xp̃o fuisse verã obediẽtiã. ¶ Ad p̃mũ ergo est dicendum ꝙ in xp̃o fuit famulatus & subiectio non ratione p̃sone nec ratione diuine nat̃e sed solum ratione humane nat̃e. ideo simplicit̃ non est ꝯcedendum ꝙ in xp̃o fuerit famulat⁹ uel subiectio. nisi cum ista additione ꝑm ꝙ homo & ꝑm humanã nat̃am assũptã ¶ Ad scd̃m est dicendũ ꝙ illa subiectio de qua apl̃s loquit̃ intelligit̃ de subiectione capitis & mẽbroꝝ tunc enĩ xp̃us ut dicit Aug⁹. tradet regnum deo patri qñ iustos in quibꝫ nunc regnat ꝑ fidem ꝑductur⁹ est per apertam visionẽ diuinitatis ut videãt ip̃am essentiã cõmunẽ patri ⁊ filio. et tũc ip̃e xp̃s subiectus erit patri nõ solum in se ꝫ etiã ĩ suis mẽbris per plenam participatiõeꝫ diuine bonitatis. ¶ Ad. iij. ẽ dicendũ ꝙ obedientia videt̃ differre a subiectiõe & seruitute. nã subiectio importat supioritatem iux̃ illud Ro. xiij. Omnis aĩa p̃tatibꝫ sublimioribꝫ subdita sit. Seruit⁹ vero quãdaꝫ coactiuã p̃tatem iux̃ illud. ij. petri. iij. a quo quis supatus ẽ. ei⁹ & seru⁹ est. Sed obediẽtia importat quãdaꝫ placitam volũtatẽ. Si ergo ista referant̃ ĩ xp̃o ad p̃sonaꝝ diuersitatẽ neganda sunt. Nõ enĩ ĩ xp̃o fuit alia p̃sona ꝑm quã ꝯueniret sibi subiectio uel seruit⁹. et alia ꝑm quã ꝯueniret sibi supioritas uel dñium. hoc enĩ sapet errorẽ arrij. Si vero referant̃ ad nat̃aꝝ pluralitatẽ cum det̃minatiõe nat̃e humane vera sũt ⁊ ꝯcessa ĩ script̃a sacra. Nã ꝙ ꝑm ꝙ homo fuerit subiect⁹ patri apl̃s. i. Chor̃. xv. Qꝫ vero formam serui accepit dicit apl̃s Philipñ. ij. ꝙ in placita volũtate sp̃ fuerit sibi obediẽs dicit Io. viij. q̃ placita ei sũt ei facio sp̃.

AD. ij. sic ꝓcedit̃ videt̃ enĩ ꝙ xp̃s nunq̃ fuerit obediens homini ꝫ soli deo tantũ xp̃us enĩ fuit caput ecclesie. Sed caput nõ tenet̃ obedire mẽbris ergo nunq̃ tenebat̃ obedire nisi soli deo. ¶ Preterea qui non tenet̃ obedire angelis multo magis nõ tenet̃ obedire homini ꝫ xp̃s habebat angelos sibi subiectos Math. iiij. Ecce ãgeli accesserũt & ministrabant ei. ¶ Preterea ille cui supposita est omnis creat̃a nõ tenet̃ obedire alicui creat̃e. ꝫ xp̃o supposita est omnis creat̃a iux̃ illud ad Hebre. ij. non enĩ angelis subiecit deus orbẽ terre futurũ ei de quo loquit̃. ¶ In contr̃rium est qd̃ scribit̃ luce. ij. Descẽdit cum Maria ⁊ Ioseph & erat subdit⁹ eis. ¶ Rñsio. Dicẽdũ ꝙ questio est dubia ex h⁹

Dauid

q̄ xp̄s dicit̄ esse filiꝰ ꝑm nat̄am humanā assumptā de vtero virginali
que ex stirpe dauitica processit Math. i. liber gn̄ationis hiesu xp̄i filij
dauid. Et quātum ad hoc tenebat̄ obedire parentibꝫ ex semine dauid
ꝓcedentibꝫ. quia filiꝰ parentibꝫ obedire tenet̄ ad ephe. vi. filij obedite
parentibꝫ vestris hoc enī iustū est. Contrarium istiꝰ scri̅ Math. xxij
vbi dicit̄ q̄ si dauid in spū vocat ip̄m xp̄z dominū. dicēs. Dixit dn̄s
domino meo sede a dextris meis. quoniam filiꝰ eiꝰ ē ex quo ip̄m dūm
suum appellat. Planū est autē q̄ dn̄s nō tenet̄ obedire seruo. Hāc
autem obiectionē soluit Crisoꝫ. Math. c. sup̄ dicto dicēs. q̄ ꝑm carnē
ex matre assumptā vere xp̄s filiꝰ erat dauid. ꝑm autē diuinitatem ex
patre genitum dn̄s eius erat. verum q̄a ꝑm glosā ad Philipn̄. ij. xp̄s
fuit filiꝰ dauid ⁊ dominꝰ ꝑm nat̄am humanā tp̄alit̄ assumptā. Ideo
sciendum ē q̄ ista idemtitas filiatiōis et dn̄ij potest accipi materialit̄
et formalit̄. Si enī accipit̄ materialit̄ sic verū est xp̄m ꝑm eādem na-
turam esse filiū dauid ⁊ dominū eiꝰ. Nā ut glosa illa dicit. Illud qd̄
natum est ex dauid ita honoratum ē ut dn̄s esset dauid. Nā ī carne
in q̄ mortuꝰ ē et ī q̄ surrexit ⁊ ascendit. et sedet ad dextram patris ⁊ ī
ip̄a eadem sic exaltata et sic honorata sic in celestē habitū mutata est
filiꝰ dauid et dominꝰ eius. non tn̄ ꝑm eandem ratiōez sumptam. sed
vt illa natura eadem fuit a matre tp̄alit̄ accepta. sic fuit filius dauid
quia hꝰ modo fuit in lumbis eius ꝑm corpulētam substantiā quā a
matre accepit ꝑm Augꝰ. ut vero illa natura fuit diuinitati ꝑsonalit̄
vnita ⁊ diuina fruitiōe ac gratie largitione repleta. sic fuit dominus
nō solū dauid ꝫ ⁊ omniū hominū imo oīm āgeloꝝ. Ad primū gꝰ
est dicendū q̄ cristꝰ fuit caput ecclesie ꝓpt̄ gratie plenitudinē de cuius
plenitudine oēs accepimꝰ gratiā ꝓ gratia ut dicit̄ ioh. i. Defectus tn̄
corpales assumpsit in similitudinē suoꝝ mēbroꝝ quia decuit eum ꝑ
omnia fratribꝫ simulari ut etatum varietatē famē sitim sudores ⁊ la
bores ī quibꝫ sustinēdis ⁊ portandis simul cū suis parētibꝫ subiectiōz
et obediētiam eis exhibebat ut dicit glosa luce. ij. Ad. ij. ergo est di
cendū q̄ cristꝰ habebat angelos sibi subiectos ꝓpter ꝑsonalē vnionē.
quia ille hō erat deus. in nature tamē condiciōe minoratꝰ est paulo
minꝰ ab āgelis. ut scri̅ ad Hebre. ij. sup q̄ v̄bo dicit glosa q̄ ⁊ si pas
sibilis ⁊ mortal̄ erat āgel̄ tn̄ impabat ⁊ ꝑ hꝰ patet Rn̄sio ad. iij.

AD·iij· sic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ obediētia ī xp̄o nō fecerit ꝑfectiōis statum quia ꝑ actū liberi arbitrij homo ponit̄ ī ꝑfectiōis statu· Sed xp̄s ab instanti sue conceptiōis habuit vsum liberi arbitrij non autē obedientiā ergo ꝑ eum nō fuit positꝰ ī ꝑfectiōis statu· ¶ Preterea ꝑ solum actum meritoriū homo ponit̄ in statu ꝑfectiōis· Sed xp̄us meruit ab īstanti ꝯceptionis sue q̄ntum mereri potuit nō ergo ꝑ obedientiā· ¶ Preterea statꝰ ꝑfectiōis ꝯsistit in attinctiōe t̄mini· Sꝫ xp̄s ab instanti conceptiōis fuit in t̄mino ⁊ verus cōprehensor nō ergo ꝑ obedientiam fuit positus in ꝑfectionis statu· ¶ In contrium est qd̄ scribit̄ Philipn̄·ij· ꝓpter qd̄ & deus exaltauit illum·glosa ꝓpter obedientiaꝫ humilitatis sue exaltauit illū· ¶ Rn̄sio· Dicendū ꝙ de statu ꝑfectionis xp̄i possumꝰ loqui triplicit̄· Primo q̄ntum ad corꝑis augmētum· Scd̄o q̄ntum ad meritum essentiale· Tercio q̄ntum ad aliqd̄ meritum accidētale· Primo q̄ntum ad corꝑis augmētum· Planū ē ꝙ ab instanti sue cōceptiōis nō ē cōpletum ꝫ ꝑm crementū sui corporis ī sapiētia ꝓficiebat· Vnde sup̄ illo verbo luce·ij· puer aūt crescebat et confortabat̄ dicit glosa iux̄ mēsuram etatis corporee nat̄a diuina sapientiā reuelabat ne si dum paruꝰ etate erat omnē sapientiā demōstrasset videret̄ esse ꝓdigiū· In merito vero essentiali xp̄s ab īstanti cōceptionis fuit ꝑfectus quia tunc recepit spiritū non ad mensuram & ideo ꝑ actū voluntatis caritate informare meruit quicq̄d mereri potuit de essentiali p̄mio qd̄ consistit in aꝑta visione diuinitatis ita ut ab ip̄o instanti sue conceptiōis fuerit beatus ⁊ verus cōprehensor· Sꝫ ī merito accidētali qd̄ respicit genꝰ oꝑis potuit mereri ⁊ ꝑfici· Meruit enī sibi ꝑ humilitatis obedientiā acceleratiōeꝫ resurrectiōis & multa oꝑa digna tali p̄mio post eius conceptiōeꝫ oꝑatus est· Tangit autē apl's Philipn̄·ij· Quatuor p̄rogatiuas q̄s ex sua obediētia & humilitate xp̄us sortitus est· Primo humane nature exaltatiōꝫ· Cum dicit ꝓpter qd̄ et deus exaltauit illū dando sibi corporis claritatē q̄a humilitas claritatis est meritum· Claritas vero humilitatis est p̄mium ut dicit Augꝰ· Scd̄o diuini nominis donationeꝫ cum addit· ⁊ donauit illi nomen qd̄ est sup̄ omne nomē· donatum enī est illi homini ꝙ eēt deus ⁊ noīaret̄ deꝰ· Et q̄uis in instanti sue conceptiōis ista donatio facta sit tn̄ post resurrectionem qd̄ erat occultum in euidēti positū est vt scirēt hoc demones et hoīes ut glosa dicit Tercio omniū creaturaꝝ

subiectiōez cum subdit ut ī nomine hiesu omne genu flectat̄ celestiū et terrestrium et infernoꝝ et merito quia celū puta angelos impleuit eorū ruinā repando. Terrestria puta homines saluauit eis ianuam paradisi aperiēdo. Et infernum puta demones exspoliauit captiuos ibi existentes extrahēdo sicut glosa dicit. Quarto omniū linguarum confessionem cū post ponit. Et omnis lingua ꝯfiteat̄ quia dn̄s hies⁹ xp̄s in gloria est dei patris. Multi nanq; ꝑm Aug⁹. nūc xp̄m negāt qui in fine seculi velint nolint confitebunt̄. Iux̄ illud Dan̄. vij. Oīs ppl's trib⁹ & lingue seruient ei ineternum in cui⁹ cōfessionis signum Ioh. xix. Titulus crucis script⁹ ē lingua hebraica g̃ca et latīa. ¶ Ad primum ergo est dicendū ꝙ xp̄s ab instanti conceptiōis fuit obediēs patri q̄a sicut in instanti potuit intelligē et velle ꝑ scientiā ⁊ caritatē infusam absq; sensus opatiōe. sic ꝑm talē volitionem et cognitionem tota mens eius plene subijciebatur deo. Sed postmodum obedientia humilitatis eius manifestata est ꝑ eius īcrementum tp̄is et etatis per multa opa meritoria que ip̄e opatus est. ¶ Ad. ij. est dicēdū ꝙ illud meritum respicit p̄mium essentiale. In merito vero accidētali ut sup̄ dictum est fuit augmentū scd̄m gen⁹ opis qd̄ ip̄e opatus est de quoꝝ numero fuit eius obedientia ad patrem. ¶ Ad. iij. ē dicendum ꝙ in instanti ꝯceptiōis xp̄s fuit ī t̄mino essentiali. ꝫ corporis īmortalitatē et claritatē p⁹modū exmerito hūilitatis et obediētie sue ꝯsecut⁹ ē.

AD. iiij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enim ꝙ obedientia xp̄i non fuerit voto ꝓmissa q̄a sup̄ illo v̄bo psal. Vouete & reddite dn̄o deo nostro dicit glosa ꝙ vouere voluntatis est. ꝫ reddere est necessitatis. Sed in xp̄o nō fuit aliqua necessitas ergo nec redditio voti. ¶ Pret̄ea Dyonisius dicit capl'o. ij. ecc̄iastice ierarchie ꝙ votū solemnizatur in cōsecratione et ordinis susceptiōe. Sz de xp̄o nō legit̄ ꝙ sic solemnizauerit votū obedientie. in xp̄o ergo nō fuit obediētia voto ꝓmissa. ¶ Pret̄ea illi qui sūt sub p̄tate alterius vouere nō possunt sicut patet Numeri xxx. Sed xp̄s erat sp̄ sub p̄tate patris ergo vouē nō poterat. ¶ In cōtrarium est quia votum est voluntaria oblatio facta deo. Sz sup̄ illo v̄bo ad Hebre. v. Cū esset fili⁹ dei didicit ex his q̄ passus ē obedientiā Dicit glosa ꝙ christus didicit quia voluntarie suscepit obedientiam vsq; ad mortem. ¶ Rn̄sio. Dicēdū ꝙ votū non est aliud q̄ꝫ spōtanea voluntas deo oblata. Oblatio aūt quā de seip̄o christ⁹ fecit deo patri

voluntaria fuit quia voluntarie tradidit se iudicāti iniuste qui pcta nostra ptulit in corpore suo ut dicit̄ i. petri. iij. et ista volūtas voto solemnizata est in xp̄o in instanti cōceptiōis sue cū consecratiōe sp̄ūs sancti. Vñ i pſona xp̄i glo. exponit illud verbū. sic psalmū dicā noī tuo in seculum seculi ut reddam vota mea de die in diem. vt sit sens̄ Sic ego opabor ad honorem tuum vt quicūq; requirat exemplo meo faciat et in seculum seculi q̄ diu h̄ seculum durat quia nō ad temp̄ est h̄ agendum ꝛ sic reddā vota mea de die in diem puta quod voui reddam assidue. Illud similiter verbum introibo in domum tuam i holocaustis reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea glo. exponit i pſona xp̄i sic loquētis. Introibo in domū tuā i holocaustis vt meip̄m offeram in conspectu tuo uel in holocaustis bonor̄ opum et tunc cum introibo reddam tibi cum angelis vota mea puta vota laudū q̄ hic voueo et p̄mitto que vota distinxerunt labia mea eo q̄ ip̄a ratio mea omnib⁹ ptulit Illud similit̄ verbum. Calicē salutaris accipiam et vota mea reddam coram omni pp̄lo eius. glo. in pſona xp̄i exponit sic dicens. Calicem accipiam q̄ē i desiderio et postea ip̄o actu reddam vota mea coram omni pp̄lo eius quia meip̄m qui sum tua imago offeram coram omni pp̄lo ut exemplū capiat̄ cur ego ita facio. Ad p̄mum ergo est dicendum q̄ in xp̄o non fuit necessitas coactionis ꝛ seruilis ꝫ necessitas imitationis et filiationis et talis necessitas requirit̄ ad pfectam rationē voti. Ad scd̄m est dicendū q̄ votum xp̄i solemnizatum est consecratione et ordinis susceptiōe. Cō-secratione quidem p plenitudinē gratie sanctificantis ꝛ consecrantis animam et corpus eius. vnde dictum est luce. i. Q̄d nascet̄ ex te scm̄ vocabit̄ filius dei. Et Ioh̄. x. scribit̄ quē pater sanctificauit et misit in mundum. Ordinis vero susceptione q̄a alij sacerdotes facti sunt sine iureiurando. Crist̄ aūt factus est sacerdos cum iureiurando p eum qui dixit ad eum. iurauit dn̄s ꝛ non penitebit eum tu es sacerdos in eternum ad Hebre. vij. Ad. iij. ē dicendū q̄ xp̄s s̄m diuinitatē ei⁹ volūtatis erat cū patre sicut ꝛ eius dē substātie. Scd̄m vero humanitatē votū ei⁹ erat de volūtate patris q̄a s̄m volūtatē humanā sp̄ facie bat ei⁹ b̄nplacita iux̄ illud Io. viij. Qui me misit mecū ē et nō reliq̄uit me solum q̄a que placita sunt ei facio semp.

¶ Questio. Octuagesimatercia. de xp̄i continētia.

Post hoc considerandum est de xp̄i continētia. Circa qd̄ querunt̄ tria. Primo. Vtrum xp̄s potuerit actum cōiugalem exercere. Secundo. Vtrum xp̄s ꝓpter ꝑfectionis statum debuerit vitare carnale coniugium. Tercio. Vtrum xp̄us a statu ꝑfectionis decidisset in carnali coniugio viuendo.

Ad p̄mum sic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ xp̄s nō potuerit actū cōiugalē exercere quia generans dat tale esse genito quale ip̄m habet sed xp̄us habet esse diuinum nec nat̄a humana existit in xp̄o nisi per diuinum esse. ergo eē diuinum cōmunicasset genito & sic genuisset deū qd̄ est impossibile. ¶ Preterea xp̄us non potuit peccare nec mentiri et tn̄ habuit linguam et os ꝑ que mentit̄ & voluntatē qua peccat̄ ergo similit̄ dato ꝙ habuerit potētiam et membra gn̄andi nō videtur ꝙ potuerit generare. ¶ Preterea in xp̄o non est nisi suppositū diuinum cuius ꝓp̄um est agere quia actiones suppositoꝝ sunt. Sed suppositū diuinū est spiritus iux̄ illud Ioh̄. iiij. Spiritus est deus nō g° potuit actum carnalem exercē. ¶ In contrium ē quia potētia est imꝑfecta que non potest exercere actum ad quem ordinat̄. Sed in xp̄o potētia generandi fuit ꝑfecta sicut ⁊ omnes alie potētie alit̄ nō fuisset ꝑfect⁹ homo. potuit ergo actum ꝯiugalem exercē. ¶ Rn̄sio. Dicēdū ꝙ act⁹ aliquis ~~anteq̄~~ possit ꝓgredi a potētia ex trib⁹ potest ꝯtingē. Primo ꝓpter potētie alicuius virtutis carentiā. Scd̄o ꝓpter effect⁹ p̄uatiuā essentiam. Tercio ꝓpter ip̄i⁹ effectus ~~aliud~~ agens repugnantiam uel incōdecentiam. ꝓpter p̄mum lucidum non videt̄ a ceco. ꝓpter ꝫm nō videt̄ tenebra. ꝓpter terciū nō videt̄ turpe. Actus ergo copule ꝯiugal' per christū exerceri non potuit. Non quidem ꝓpter potentie alicuius virtutis carentiam nec ꝓpter effect⁹ p̄uatiuam essentiam. ꝫ ꝓpt̄ ip̄i⁹ effectus ad christum repugnantiam uel incōdecentiā. Fuit enī matrimonium institutum ꝓpter tria uel triplici ex causa mulier facta est in adiutorium viri. Primo ꝓpter ꝓlis gn̄ationem. Scd̄o ꝓpter concupisentie refrenationem. Tercio ꝓpter viri glorificationem. p̄mum adiutorium habuit locum in statu innocencie. Scd̄m in statu pcti Tercium in statu gratie. De primo adiutorio loquit̄ Aug⁹. ix. super gen̄. ꝙ mulier nō ē facta in adiutoriū viri ꝓpter laboris subleuatiōz nec ꝓpter societatis recreationem nec ꝓpter instructionem. ꝫ solū ꝓpt̄

ꝓlis gn̄ationē. De scd̄o vero adiutorio loquit̄ apl̄s. i. Chor̄. vij. vnꝰ quisq; suam vxorē habeat ꝓpter fornicatiōez vitandaꝫ. De tercio aūt adiutorio dicit Augꝰ. ī li. de cathezizādis rudibꝫ exponēs illud v̄bū apl̄i. i. Chor̄. xi. mulier est gloria viri fecit deus homini in adiutoriū feminam nō ad carnalem concupisentiam quoniāquidē nec corruptibilia corpora tunc habebant anteq̄ eos mortalitas inuaderet pena peccati. Sed ut haberet gloriam de femina cum ei p̄iret ad deum si q̄ illi p̄beret imitandum ī sanctitate ac pietate sicut ip̄e est gloria dei cū eius sapiētiā sequeret̄ xp̄o ergo actꝰ cōiugalis copule nō cōueniebat ꝓpter ꝓlis carnalis gn̄ationez quia ip̄e nō ꝓpter generatiōez carnalē ꝫ sp̄ualem incarnatus est Ioh̄. i. dedit eis p̄tatem filios dei fieri his q̄ credunt in nomine eiꝰ. Et statim subdit̄. Qui nō ex volūtate carnis neq; ex voluntate viri ꝫ ex deo nati sunt. Nec ꝓpter concupiscentie refrenationez q̄a ip̄e nec peccatum fecit nec dolus inuentus ē in ore eiꝰ Solus enim int̄ mortuos carnali concupiscentia fuit liber nec ꝓpt̄ sui glorificatiōez. Ip̄e enī glorificatꝰ est a patre ab instanti sue ꝯceptiōis In nullo enim actꝰ ꝯiugalis copule sibi ꝯueniebat. ¶ Ad primum ergo est dicendum ꝙ nō sequit̄ xp̄m generasse deum. nam generans transmittit nat̄am & transmittendo nat̄am dat formam uel nat̄am ~~dat esse~~ consequentē generationem illam et dando formam uel nat̄aꝫ dat esse qd̄ fluit a forma et qd̄ causat̄ ab ip̄a nat̄a. Vn̄ si xp̄s genuissꝫ ꝑm nat̄am humanam genuisset suppositum in nat̄a humana. et sic naturaliter genuisset suppositum in natura humana. et sic finaliter genuisset purum hominem non deum et hominem. ¶ Ad. ij. est dicēdū ꝙ secus est de mentiri et peccare et de generare quia generare importat effectum positiuū. mentiri vero uel peccare cum sint quedam p̄uationes non habēt de se ratiōez effectus agibilis et ꝓducibilis. Vn̄ posse ip̄oꝝ nō est posse ꝫ deficē a posse. In xp̄o vero vbi nō erat defectibile posse nō poterat esse mēdacium neq; peccatum. Generare v̄ de se habet ratiōez effectus agibilis et ꝓducibilis ideo xp̄o nō repugnabat ratione potētie ꝫ ꝓpter rationes superius dictas. ¶ Ad. iij. ē dicendū ꝙ licet suppositi sit agere ul̄ pati neutrum tn̄ sibi ꝯuenit nisi ratione nature. Vnde sicut xp̄s vere comedebat et bibebat nō obstāte ꝙ sp̄us nec comedit nec bibit quia talia licet essent actꝰ suppositi spiritualis puta suppositi diuini conueniebant tn̄ sibi ratione humane nature

ita gñare potuisset ⁊ eēt actꝰ illiꝰ suppositi ratiōe tñ nat̄e assūpte.

AD. ij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ xp̄us ꝓpter ꝑfectiōis statū debuerit vitare carnale ꝯiugiū quia qd̄ facit ad ꝑfectiōz statꝰ in mēbris facit ad ꝑfectionem status in capite. Sed cōtinentia facit ad ꝑfectionē status in mēbris sicut patet Math. xix. verbo et exemplo. verbo quidē quia qui potest capē capiat. Exemplo vero sicut eunuchi qui se ip̄os castrauerūt ꝓpter regnum celoꝝ ergo faciebant ad ꝑfectionem status in xp̄o capite. ¶ Preterea cōsilium est de ꝑfectiōis statu. Sed xp̄s de cōtinentia ꝑ apl'm dedit consilium. i. Chor. vij. De virginibꝰ p̄ceptum dñi nō habeo consilium autē do. ¶ Preterea Augꝰ dicit q̄a ꝯtinētia ꝯiugalis est bona. vidualis melior. ⁊ virginalis optīa. Sz optimꝰ status cōueniebat optimo homini. xp̄o ergo qui fuit optimus homo conueniebat. ¶ In contrarium est quia status optimus est cōprehēsoꝝ Sed xp̄s in p̄mo instanti sue cōceptiōis fuit cōprehensor ergo vitare carnale ꝯiugium non poterat facē ad eius ꝑfectiōis statū. ¶ Rñsio Dicendū ꝙ vitatiōez ꝯiugalis copule facē ad statum ꝑfectiōis ī xp̄o dupliciť q̄ntū ad pñs potest intelligi. Primo ꝙ facēt ad eiꝰ ꝑfectiōis statum consequendum. Scd̄o ꝙ facēt ad eius ꝑfectionis statum alijs demonstrandū. Primo modo vitatio coniugalis copule non faciebat ad eius ꝑfectiōis statum. fuit enim xp̄us simul viator & cōprehensor ⁊ sicut fuit simul ī statu viatoꝝ ⁊ cōprehensoꝝ. sic eoꝝ opa q̄uis non facerent ad ꝑfectiōis eius status consecutiōez quia iam statū cōprehēsoꝝ habebat. faciebant tñ ad ꝑfectiōis status viatoꝝ directiōz & regulationem. in quo ip̄e ꝑ corporis passibilitatē existebat. habet autem status continentie sup̄ statum ꝯiugalē quasi sex p̄eminētias. Habet nāq; primo maiorē dignitatē. quia ꝑ ꝯtinētiā homines assimulant̄ āgelis. Scd̄o maiorem puritatem. trahit̄ enim sp̄us ꝑ actū ꝯiugalē ad immundiciam carnis et efficit̄ quasi caro. Tercio habet maiorem libertatem quia vxor non habet p̄tatem sui corporis ꝫ vir. Quarto habet maiorem vnitatem quia qui cū vxore est sollicitus est quomō placeat vxori & diuisus est. Quinto habet maiorem sanctitatem. q̄a ꝯiugati tribulationem carnis habēt ⁊ impulsionē maiorem q̄ non ꝯiugati. Sexto habz maiorem vtilitatē quia maiꝰ p̄mium ⁊ maior fructus sibi debet̄. ¶ Ad p̄mum ergo est dicendum ꝙ ꝑfectio mēbroꝝ est ꝑfectio capitis nō quidē cōsequēdo sed cōmunicando. Comunicat

enim xp̄us qui est caput ecclesie suam ꝑfectiōꝫ & ad eam imitandam induxit sua mēbra verbo & exemplo non tñ suam ꝑfectionē ꝯsecut⁹ est ꝑ suoꝝ membroꝝ status ꝑfectionem. ¶ Ad scd̄m est dicendū ꝙ de continētia xp̄us ꝯsilium dedit quia tale consilium expediēs erat suis membris ad consequēdum ꝑfectionis statum ⁊ ip̄e in se tale ꝯsilium seruauit verbo ⁊ ope non quidem ꝓpter sui stat⁹ ꝑfectiōis ꝯsecutiōeꝫ sed ꝓpter sue perfectiōis imitationem. ¶ Ad. iij. ē dicendū ꝙ ꝯtinētia virginalis est optima q̄ntum ad statum viatoꝝ et est quedā sil'itudo et participatio status ꝯprehensoꝝ quem statum xp̄s consecutus est ab instanti sue conceptionis non per virginalem continentiam sed per vnionis ⁊ vbertatis gratiam.

AD. iij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enim ꝙ xp̄us a statu ꝑfectiōis decidisset ī carnali cōiugio viuendo. Dicit enī Aug⁹. ꝙ ꝯiugalis copula concupisentiam nō extinguit ꝫ mitigat. ꝑfectiōis ergo status nō stat cum copula coniugali. ¶ Preterea xp̄us suscepit ꝑsonam ꝑfectoꝝ et infirmoꝝ in his que deseruiunt virtuti nutritiue p̄cipiens quandoqꝫ nichil possidēdum et nichil seruandum in ꝑsona ꝑfectoꝝ. Aliquādo vero loculos habēdum ⁊ aliquid seruādum in ꝑsona infirmoꝝ ergo similit̄ facere debuit in his que deseruiūt virtuti gn̄atiue ut quādoqꝫ seruaret ꝯtinentiam ī ꝑsona perfectoꝝ et quādoqꝫ copulam ꝯiugalē expiret̄ in ꝑsona infirmoꝝ statū sue ꝑfectiōis dimittēdo. ¶ Pret̄ea xp̄s constituit statum ꝑfectionis in ꝯtinentia virginali nō cōiugali ergo viuendo in carnali ꝯiugio a statu ꝑfectiōis decidisset. ¶ In cōtrarium est quia abrahā ꝑfectus fuit gen̄. xvij. Ambula coram me et esto perfectus ⁊ tñ fuit in statu coniugali ergo multo fortius xp̄us viuendo ī carnali ꝯiugio potuit stare in perfectiōis statu. ¶ Rñsio Dicēdū ꝙ sicut dicit Aug⁹. in libro. lxxxiij questionū. Mūdi cursus per quatuor status transitum habet. Primus enī status fuit iusticia originalis. Secundus peccati actualis ⁊ originalis. Tercius gratia salutaris. Quartus erit beatitudinis eternalis. De quolibet autem istoꝝ statuum xp̄us aliq̄d accepit. Nam de p̄mo statu accepit iusticiā originalem & peccati immunitatē. De scd̄o vero corꝑis passibilitatē et mortalitatē. De tercio gratie vbertatē. De quarto cōprehensoꝝ apte visionis claritatē. viuendo ergo xp̄us in carnali ꝯiugio nō decidisset a ꝑfectione p̄mi status. quia vestit⁹ iusticia originali multo nitidi⁹

et sanctius fuisset visus illo actu q̄ hō ante peccatū ī q̄ vt dicit Aug⁹. fuissent nuptie & thorus immaculatus sine omni pruritu libidinis. Nec a p̄fectiōe secundi stat⁹ quia si simul stabat in supposito v̄bi ī-carnati cum perfectione ꝛ absq; omni derogatiōe nat̄e diuine corpis assumpti passibilitas & mortalitas. ergo multo fortius absq; omni derogatione perfectiōis illi⁹ suppositi poterat stare actus coniugalis copule. Nec a perfectiōe tercij status decidisset quia si virginitas Joh̄. non p̄fertur ī merito gratie b̄m Aug⁹ carnali copule a brahe. multo magis cum gratie vbertate potuisset in x̄po stare carnale coniugium Nec similit̄ a perfectione quarti status. quia si existens in cruce x̄pus non impedieb̄at in fruitione apte visionis diuine ratione cruciat⁹ et doloris corpalis. multo forti⁹ ergo ī tali beatudine nō fuisset retar-datus ratione actus copule diugalis. Ad p̄mum ergo est dicendū q̄ nec extinctio nec mitigatio concupiscentie in x̄po habuisset locum multo magis q̄ ī p̄mo statu ānte peccatum eo q̄ ip̄e simul cū iustitia originali habuit plenitudinem gratie ꝛ simul erat in statu viator̄ ꝛ comp̄hensor̄ que in p̄mo statu in nullo fuissent inuenta. Ad ij. ē dicendum q̄ nō ē sil̄e quia virtus nutritiua cū faciat ad conseruatiōz individui est comunis omnib⁹ perfectis & imperfectis. Sed virtus generatiua cum faciat ad conseruationē speciei non est cōmunis oīb⁹ Conuenit autē solum infirmis ꝛ non perfectis. Est enī ip̄a montē magnus ad quē omnes non possunt ascendē. Vnde sup illo verbo gen̄. xix. Non possum in montem saluari ne forte apprehendat me malum ꝛ moriar Est ciuitas hic parua ad quā possum ofugere et saluabor in ea. Dicit glosa q̄ virginitas altus mons est ad quem angelus hortat̄ ascendē quando dixit loth. Noli respicere post tergū tuum ꝫ in monte saluum te fac. verumt̄n q̄ videt se nō posset ascēdē talem montem maneat in segor q̄ erat ciuitas parua in valle posita quia qui non potest continere et virginitatem seruare debet manere in legittimo matrimonio. x̄ps ergo in his que seruiebant virtuti nu tritiue que comunis erat omnibus personam perfectorū ꝛ infirmor̄ assumpsit. Sed in his que seruiebant virtuti generatiue q̄ conueniebat quib⁹dam assumpsit psonaz pfector̄ ꝫ nō infirmor̄. Ad iij. ē dicēdū q̄ sic x̄ps ostituit statū pfectiōis ī ordinētia virgīali. sic ī illo statu vix-it nō q̄p̄t sue pfectiōis obsecutiōz ꝫ q̄p̄t suor̄ mēbror̄ imitatiōz.

¶ Questio. Octuagesimaquarta. de apl'or vocatione.

Postq̃ visũ ē qualiter status pfectio ĩ xp̃o fuit exemplariter demõstrata Nũc videndũ est quomõ ab eo tãq̃ a capite est ĩ ei⁹ apl'os deriuata Circa qd̃. viij. videnda sũt Prĩo de apl'or vocatione Scdo de eor p̃dicatiõe Tercio de eor ꝯuersatiõe Quarto de eor pfectione Quinto de eor p̃latione Sexto de eor pauperitate Septĩo de eor castitate Octauo de eor obediẽtia et humilitate. Circa primum querunt̃ quatuor. Primo. Vtrũ apl'i p̃us vocati fuerint ad statum religionis q̃ p̃lationis Scdo. Vtrum apl'i post exercitationez mandator fuerint vocati ad religionis statum Tercio. Vtrum apl'i post eor vocationẽ ꝓfecerint in pfectiõis Quarto. Vtrum apl'i p̃us fuerint a xp̃o baptisati q̃ ad apl'atum vocati.

Ad p̄mum ergo sic procedit videt enī q̄ status apl'oꝝ ī pfectiōe non excesserit cuiuslibet pfectionis statum quia de apl'is scribit Act̄·iiij· q̄ nec quis q̄z erat egens int̄ eos ꝯ int̄ religiosos multi sunt indigentes potissime illi religiosi qui nichil habent ꝓpriū nec ī cōi· Preterea status pfectio consistit in abdicatione & dimissiōe tp̄aliū Sz multi sunt religiosi qui plura tp̄alia dimiserūt q̄z apl'i In pfectiori ergo statu sunt tales q̄m apl'i fuerunt· Preterea pfectiōis statꝰ consistit ī voti obligatiōe· Sz de apl'is nō legit̄ q̄ votū se astrinxerūt ad perfectiōis statum sicut religiosi faciunt· In contrium est quia causa semp excedit suum effectum· Sz pfectio status apl'oꝝ vocatoꝝ primo ad statū religiōis fuit causa pfectiōis oīs religiōis· Nullius ḡ religionis pfectio potest illoꝝ pfectiōi equari· Rñsio· Dicendū q̄ quāuis apl'i p̄mo fuerint vocati ad statum religiōis q̄m prelationis vt sup̄ dictū est· magne tamē presumptiōis esset dicē ut alicuiꝰ religionis pfectio posset apl'oꝝ pfectionē attingē· Habuit enim apl'ici statꝰ perfectio singularit̄ tria· Primo singularem vocatiōem· Fuerunt enī ip̄i immediate a xp̄o electi & vocati· Vnde super illo verbo Math·iiij Ambulās iesus iux̄ mare galilee· dicit Crisost· q̄ anteq̄z xp̄s aliq̄o vocat uel faciat vocat apl'os ut nichil illos lateat nec verboꝝ eius nec operum ut postmodum fiducialit̄ dicere possent· non possumus que audiuimus & vidimus non loqui· Quante autē efficacie fuerit ista a xp̄o immediata vocatio gregoꝰ ostēdit sup illo v̄bo· At illi relictis omnib⁹ secuti sunt dominum· dicens· q̄ tanta ab apl'is xp̄z sequētib⁹ dimissa sunt· quanta a non sequentib⁹ cōcupisci potuerunt· Secūdo habuit singularē remuneratiōez· Petro nanq̄ & alijs dicentib⁹· Ecce nos relinq̄mus omnia & secuti sumus te· q̄o ergo erit nob· singularit̄ respōsum ē· vos qui secuti estis me sedebitis sup sedes duodecim iudicantes· xij· tribus ysrahel· Alijs autē relinquentibus domum fratres vel sorores vel agros dictum est· Centuplum accipietis· Sup q̄ v̄bo dicit Crisost· q̄ apl'is xp̄s promisit futura quia excelsiores erant & sic iam perfecti vt nichil p̄ntiū quererēt Alijs aūt qui sunt hic· saluatoꝝ repromisit quando ait· centuplū accipietis· Tercio habuit singularē cum xp̄o p̄ntialem cōuersationē· Vnde sup̄ illo verbo luce· xxij· Vos

estis qui pmansistis mecum in temptatiõibus meis. Dicit glo. qꝫ sic Jude proditori dñs pnunciauerat ve. sic aplis remanentibus bona pronũciauit. qa non inchoatio pacientie ꝫ pseuerantia celestis regni gloriã donat. Vnde aplī cum xpo cõuersantes ⁊ in temptationibus permanẽtes eternum regnum adepti sũt. cum eis dixit. Ego dispono vobis regnum ut edatis ⁊ bibatis sup mensam meam in regno meo.

Ad. i. ergo est dicendum qꝫ illud verbum intelligit de indigẽtia ꝫ uisionis. prouidebat enī vnicuiqꝫ nõ ꝟm psonas ⁊ munera gratiarum sed ꝟm maiorem uel minorem indigentiam ut glo. dicit. Non autẽ intelligit̃ de prouisione sufficientie ut qõ vnicuiqꝫ prouideret̃ qꝫ sibi sufficeret ⁊ non indigeret aliquo. cum aplus dicat. ij. ad Chor. xi. In fame et siti ī frigore ⁊ nuditate. et eadem epla. c. vi. In tribulatiõibꝫ in necessitatibꝫ et in angustijs in plagis in carceribꝫ ⁊ in laboribꝫ ī ieunijs. et multa ibi enumerant̃ q̃ sonant aplos habuisse nõ tpaliũ sufficientiam ꝫ q̃m plurimã indigentiam. Ad. ij. rñdet Origenes Math. xix. dicens qꝫ si Petrus cũ fratre suo minima reliquit. nõ mi- nima tm̃ sunt estimanda apud deum. considerantẽ qm̃ ex tanta plenitudine dilectiõis illa minima reliq̃runt. ut etiã si multas habuissent possessiones omnia reliquissent. et puto ut dicit qꝫ magis Petr⁹ cõfidens de affectu suo qꝫ de ipa quãtitate rerum relictarum fiducialit̃ introgauit quando dixit. Ecce nos relinquimus omnia. Ad. iij. est dicendum qꝫ aplī votũ se xpo in sacrificiũ obtulerunt. Hoc est enī votũ offerre aliquid non reseruare sibi libertatem retroire. qõ aplī fecerũt Dicit enī Paulus. i. Chor. ix. Si euãgelisauero nõ est michi gloria. Necessitas enim michi incumbit ⁊ statim subdit. Cum essem liber ex omnibꝫ omnium me seruum feci.

Ad. ij. sic pcedit̃ videt enī qꝫ status aplorum in pfectiõe nõ excesserit statum omniũ prelatorum. Perfectio enī status consistit in attictiõe finis per meritum gratie. Sed dicit Aug⁹ et ponit̃. ij. q. vij. Puto qꝫ sine ulla sui cõtumelia. Cipr̃ianus eps Petro aplo compat̃ quantum attinet ad martirij coronã. Preterea sicut status pbiterorum potest excedere in pfectione statum eporum. sic stat⁹ platorum potest excedẽ in perfectione statum aplorum. Sed sicut dicit Aug⁹ in epla ad Iero. et ponit̃ cãone et questione supdicta. Quãqꝫ ꝟm vocabula que vs̃ obtinuit eps sit pbitero maior. in multis tm̃ rebus Ieronimo minor

est Aug⁹. ¶ Preterea q̃ sunt equales in p̃atis iurisdictiõe eq̃les sũt in statu pfectione. Sed prelati & potissime ep̃i sunt equales ap̃lis i potestatis iurisdictiõe. ergo similit̃ in stat⁹ pfectiõe. ¶ In contrium est quia fundamentuz semp ẽ maioris pfectionis & pmanẽtie his q̃ supra fundamenta ponunt. Sed prelati & ep̃i edificati sunt sup̃ fundamenta ap̃lorum ⁊ ꝓphaz Ad ephe. ij. ¶ Rñsio Dicendũ q̃ vnus stat⁹ pfectior est altero ex pfectiori caritate que ẽ vinculum pfectiõis sicut dicit ap̃s Colos. iij. Tanto ergo status ap̃lor in pfectiõe excessit statũ omnium p̃lator · quãto eor caritas maior et pfectior fuit alior prelator caritate loquẽdo comuniť. Excessit siquidẽ caritas ⁊ gratia status ap̃lorum pfectiõis statum alior prelator sequentiũ q̃ntum ad pñs in q̃nq̃. Primo in p̃mitate. Ip̃i enim p̃mitias gratie p̃mitus receperunt sicut apostolus dicit ad Ro. viij. Secundo in vniuersalitate quia plus gratie habundauit in apostolis q̃ in alijs ad ephe. i. Sm diuitias gratie sue que sup̃hũndauit in nob · non enim solum i eis fuit gratia sufficiens respectu preceptor uel pficiens respectu consilior imo sup̃habũdans respectu singulor donor · Tercio in certitudinis firmitate. Certi enim erant ip̃i de eorum pfectione q̃ntum ad statum vie de pfectione gratie ⁊ q̃ntum ad statum patrie & de pfectiõe p̃mij ij. Petri. i. Certus sum q̃ velox est depositio tabernaculi mei Sm q̃ dominus reuelauit michi ij. Thi. iiij. De reliquo d̃epposita ẽ michi corona iusticie quam reddet michi dominus in illa die iustus iudex. Quarto in fructuosa utilitate. Paulus enĩ q̃ plus omnib laborauit tanq̃ quidam sol. lingue sue fulgentib radijs totũ orbem illustrauit vt dicit Crisos · Eor similit̃ preciosa mors ecclesiã magno thesauro ditauit. Quinto in conseruationis dignitate. Fuerunt enĩ a xp̃o singulariter preseruati Iob. xxxij · Cum essem cum eis ego seruabam eos quos dedisti michi ego custodiui eos ⁊ nemo ex eis periit nisi filius p ditionis non ergo rogo ut tollas eos de mũdo ꝫ ut seruas eos a malo nõ inq̃ a malo piculor et passionũ coporalium · Das enĩ eos expiri volebat ut essent sui imitatores ꝫ a malo tẽptationũ malor & pcor vt glo. ibi dicit. ¶ Ad p̃mũ ergo est dicẽdũ q̃ illa paritas gratie b̃ti Cipriani cum Petro non attendit̃ ratione status comunis prelator qui cõuiter deficit a status pfectione ap̃lor ꝓpter illa que dicta sũt. sed ratione singularis gratie sibi a deo date · q̃ licet nõ numero fuerit int̃

apl'os numerat⁹ meritū tñ martirij eum ⁊ alios sāctos apl'is equat.
¶ Ad ij. est dicendum ꝙ illud dictum Aug⁹. intelligit̄ de q̄busdam
donis singularib⁹ ⁊ ꝑsonalib⁹ non ꝑ comꝑationem ad statū apl'oꝝ
comunit̄ sumptum. In talib⁹ enim singularib⁹ donis vnus apl'orū
fuit ꝑfectior alio. Dicit enim Crisos. Math. xix. ꝙ vnusquisq; apl'oꝝ
in aliquo bono spūali fuit alio ꝑfectior vt Petr⁹ in fide. Ioh. in vir=
ginali innocentia. Paulus sapiētia ⁊ sic de alijs. Sic ī aliquo dono
Iero⁹. potuit esse maior Aug°. ꝫ ratione stat⁹ planum est ꝙ Aug⁹
perfectior erat Ieronimo. cum status ep̄alis ꝑfectam caritatem req̄rat
Sic status apl'orum ꝑfectiorem caritatem req̄rebat q̄ adhuc status
prelatoꝝ. eo ꝙ semꝑ ꝑncipia sicut sunt modica ī q̄ntitate. sic debēt eē
maxima in virtute. ¶ Ad iij. est dicendum ꝙ equalitas potestatis
iurisdictionis accipit̄ respectu ꝓximi & corporis mistici ecclesie cuius
salutem q̄nto quis cum maiori caritate admīstrat. tanto in ꝑfectiori
statu esse dicit̄. Planuꝫ est aūt ꝙ chor⁹ apl'oꝝ totus fuit suꝑhabūdāti
caritate repletus non solum in ꝓcuratione salutis ꝓximorū imo in
fundatione corporis mistici toti⁹ ecclesie.
AD iij. sic procedit̄ videt̄ enī ꝙ status apl'oꝝ xp̄i in ꝑfectiōe non
excesserit statum discipuloꝝ Ioh. ~~euangeliste~~ Suꝑ illo enī v̄bo baptiste
Math. xvij. Hoc genus demonioꝝ nō eijcit̄ nisi ꝑ oratiōꝫ & ieiuniū.
Dicit Crisos. ꝙ ieiunium multam sapientiam imponit hominē q̄si
angelum constituit incorporeas p̄tates impugnat. Concupiscētias
perniciosas extinguit. deū ꝓpiciū facit ⁊ animam suꝑbam humiliat
Sꝫ discipuli Ioh. ieiunabant. non autē discipuli xp̄i ut dicit̄ Math.
ix. ergo illi erant ꝑfectiores. ¶ Preterea scribit̄ Math. vi. ꝙ venerūt
discipuli Ioh. & posuerunt corpus eius in munumēto. qd̄ non dicit̄
de discipul' xp̄i hec fecisse de eo Sꝫ cū sepelire mortuos sit op⁹ ꝑfectiōis
vt patet ad Thimo. xij. videt̄ ꝙ discipuli Ioh. ex h° fuerīt ī ꝑfectiori
statu. ¶ Preterea discipuli xp̄i eum negauerunt Math. xxvi. relicto
eo omnes fugierunt. Hoc autez non legit̄ de discipulis Ioh. ꝙ eum
negauerint. ¶ In contrarium est ꝙ status ꝑfectionis consistit in sequēdo
xp̄m ⁊ in relinquēdo omnia ꝓpter xp̄m. Sed h° nō legit̄ de discipul'
Ioh. sed solum de discipulis xp̄i. ergo ip̄i fuerūt ī ꝑfectiori statu q̄ illi
¶ Rn̄sio. Dicendū ꝙ uel loquit̄ de ꝑfectione status vtrorūq; apl'orū
xp̄i & discipuloꝝ Ioh. in se uel ꝑ comꝑationē ad ꝑsonas. vtroq; aūt

modo status apl'orum fuit perfectior · Fuit enim Iohes finis veteris testamenti & pncipium noui · Vnde tempore Joh·lex mosaica que nichil ad pfectū deduxit adhuc habebat statum · Jux illud Math· xi lex & ppe vsq; ad Iohem baptistam prophetauerunt· Apli autē nō solum fuerunt in statu plenitudinis gratie·imo nouum testamentū gratie plenitudinem conferens p eos est pmo pnunciatum·et vetus testamentum cessasse per eos pmo est sentētiatum· Vnde Petr⁹ caput apl'orum de cessatione legalium pmo sententiam protulit Act· xvi· Si vero loquamur de status perfectiōe per compatiōez ad personas Planum est discipulos Joh· non solum nō habuisse perfectiōez eccl̄ez xpi aplis· imo dignos fuisse magna reprehēsione ppter tria· Primo propter eorum supbam elationem· Dicit enim Crisos·sup illo verbo Math·ix· Quare nos & pharisei ieiunam⁹·discipuli autez tui non ieiunāt· vide elatiōis supbiaz·pmo seipos ponūt· Deinde pharisēos ieiunabant enim sicut et pharisēus· qui dixit·ieiuno bis in sabbato· decias do oīm q̄ possideo qđ attestat eorū supba introgatio et ieiunij reprehendenda iactantia· Secundo ppt pharisēorū associatiōz· Dicit enim Iero⁹·q̄ non poterant discipuli ioh·non esse sub vicio·qui iūgebant pharisēis quos a iohe eoz magistro nouerant esse cōdemnatos & calumniabant xpm quem sciebant magistri votibz predicatuz Tercio ppter inuidie emulatiōez· Dicit enī Crisos·sup illo verbo ioh iij· Facta est questio ex discipulis Joh· de purificatione q̄ zelotipe se habebant discipuli Joh·ad discipulos xpi q ad ipm xpz quia viderūt discipulos xpi baptisantes· ceperunt dicē ad illos qui baptisabantur baptismo xpi ut tali baptismo non baptisarent quasi aliquid maius haberēt baptisma Joh·baptiste discipulo⁹ xpi· Vnde manifestum est q̄ questionez de purificatione mouerunt pmo discipuli Joh· nō zelo discende veritatis magis zelo inuidie· Ad·i·ergo est dicendum q̄ discipuli xpi non sunt coacti ieiunare ipo scz p̄sente· quia sua pntia ieiunantibz et abstinentibz eos faciebat iustiores et fortiores ut dicit Crisos·Math·ix·nec cum quolibet ieiunio genus demonioz ejicit sed tali q̄ supbia inuidia et alia vitia dempmunt quale non erat ieiuniū discipulo⁹ Joh·ut dictū est· Ad scōm est dicendū q̄ dei prouidētia factum est ut corpus xpi non traderet sepulture p apl'os· ppter omnez suspicionē remouendaz· Si enī iudei pecunia corrumpētes custodes

dixerunt. Dicite quia discipuli eius nocte venerunt et furati sunt eũ nobis dormientibꝫ Math. xxviij. multo magis hoc dixissent si ꝑ eius apl'os corpus xp̃i fuisset sepultũ. Et ꝓpt̃ dictam sepultãꝫ honorãdaꝫ. predictum enim erat ysa. xi. Erit sepulchrum eius gloriosum. Vnde per homines insignes & honorabile xp̃i corpus erat sepeliendũ qd̃ sic factum est quia ꝑ Nicodemũ qui erat p̃nceps iudeorũ. et Ioseph qui erat nobilis decurio. ¶ Ad. iij. est dicendum ꝙ illa negatio coopata est Petro ac alijs apl'is in bonum non in malum. quia ĩ ꝓprie infirmitatis recognitiõeꝫ in proximoꝝ infirmantiũ cõpassionem et in eoꝝ postmodum fortiorem xp̃i confessionẽ. Adeo enĩ ut dicit Aug⁹ de⁹ perfectis viris omnia coopatur in bonum ut si qua eoꝝ facta deuiãt et exorbitãt hec ip̃a coopat̃ eis ĩ bonũ vt doctiores reddãt̃ et fortiores.

AD. iiij. sic ꝓcedit̃ videt̃ enĩ ꝙ status apl'oꝝ xp̃i in ꝑfectione non excesserit statum discipuloꝝ eius quos binos misit ãte faciez suã Scribit̃ enim luce. xiiij. Qui non renunciauerit omnibꝫ que possidet non potest meus esse discipulus. Sed illi fuerunt xp̃i discipuli. ergo reliquerunt omnia ꝓpt̃ ip̃m. ac ꝑ consequens equales fuerunt apl'is in ꝑfectionis statu. ¶ Preterea qui sunt equalis meriti sunt equalis premij et equalis stat⁹. ꝫ apl'i & illi discipuli fuerunt equalis meriti Cum enĩ reuersi essent. lxxij. cũ gaudio dicẽtes. Dñe demonia subijciuntur nobis in nomine tuo. dictum est eis. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis. ¶ Preterea quibꝫ prefigit̃ idem modus perueniendi ad ꝑfectionis statum sunt in equali statu ꝑfectiõis. Sed illis discipulis prefigit̃ idem mod⁹ ꝑueniendi ad ꝑfectionis statum sicut prefixus est apl'is. vtrisqꝫ enĩ dicit̃. Ecce ego mitto vos sic̃ agnos inter lupos & nolite portare sacculum neqꝫ perã & cetera alia. ¶ Incontrium est q̃a nullus debet se xp̃i collegio ĩ ꝑfectiõis statu compare vt dicit Aug⁹. Sed illi discipuli non fuerunt de xp̃i collegio. ergo nec equales apl'is in ꝑfectionis statu. ¶ Rñsio Dicendũ ꝙ soli. xij. apl'i electi sunt a xp̃o ad statum religionis ꝑ tp̃alium omniũ abdicatiõeꝫ Et ad statum prelationis ꝑ ouium cõmissiõꝫ. Et ad statũ familiaris cum xp̃o ꝯuersationis ꝑ secretoꝝ reuelationẽ. De illis aũt discipulis non est scriptum ꝙ ab eo fuerunt vocati ad statum religiõis nec ad statum prelatiõis nec ad statum familiaris cõuersatiõis. ꝫ vocati sũt tanq̃ coadiutores apl'oꝝ in sacramentoꝝ administratiõe et euãgelij

predicatione· qꝫ ipa verba xpi manifestant· Ait enim luce· x· Messis quidem multa oparij autez pauci · rogate ergo dominum messis ut mittat oparios in messem suam· non ergo est dicendum qꝫ ipi fuerit equales aplis in pfectiois statu· ¶ Ad pmũ ergo est dicẽdũ qꝫ multi fuerũt xpi discipuli renunciantes his que possidebant qui abierunt retro· non enim obligatiois voto xpm secuti sunt· Vnde sup illo vbo Joh· vi· Ex hoc multi eius discipuli abierunt retro & non iam cum illo ambulant· Dicit Crisos· qꝫ non dixit recesserunt ꝙ abierunt retro puta ab ea fide et auditione que sm veritatem erat qꝫ perdiderunt· et precisi a corpore vitam amiserunt· Solum autem de· xij· dictum est· Domine ad quem ibimus vba vite eterne habes· quia ipi voto obligatiois xpm secuti fuerant ut amplius non esset eis libez retro abire In quorum psona dicit apls Philpn· iij· Que quidem retro sunt obliuiscens· ad ea vero que sunt pora meipm extendẽs· Et statim subdit quicunqꝫ ergo perfecti sumus hoc sentiamus· puta qꝫ que retro sunt obliuiscamur & ad illa que pora sunt nos ipos extendamus· ¶ Ad· ij· ẽ dicendum qꝫ omniũ predestinatoꝝ nomina scripta sunt in libro vite p eternam sententiam & omnium existentiũ in gratia similit p pntem iustitiam qui tñ deleri possunt de libro vite cum labunt in peccatum Iuxt illud psal· deleant de libro viuentiũ et cũ iustis nõ scribant· Vñ multi sunt scripti in libro vite qui nõ sunt i pfectiois statu et Judas fuit in perfectionis statu & quãdoqꝫ ibi scriptus per pntem iusticiam semp tñ deletus per eternam sententiam· ¶ Ad· iij· est dicẽdum qꝫ ille modus fuit pfixus aplis et coadiutoribꝫ aplorꝫ ut idez modus traderet omnibꝫ pdicãtibꝫ euãgeliũ & admistrantibꝫ spũalia qꝫ nõ pncipalit tpalis subsidij· ꝙ desiderio celestis pmij hoc facerẽt· Multis enim modis aliqui secuti sunt xpm ut dicit Crisos· Math· ix· Aliqui enim p pdicatiõz Aliqui p scripture monitiõez · Aliqui vero p eternam inspiratiõem et aliqui p tpalium abdicationem et voti obligationez sicut apostoli qui retro non abierunt·

multi enim i arta quidam exeũt ssm ss ubi p eternã quidem qui nõ ss in pfectionis statu

Questio· Octuagesimaoctaua de aplorꝫ prelatione·

Deinde videndũ est de aplorũ prelatione· Circa qd qrunt quatuor· Primo· Vtrũ solus Petrus fuerit a xpo assumptus ad plationis statũ· Secũdo· Vtrũ perfectior fuerit i aplis

status religiōis q̄ prelatiōis | Tercio. Vtrū illi. lxxij. discipuli fuerīt assumpti ad statum prelationis | Quarto. Vtrum illi. vij. dyaconi ad statum prelatiōis fuerint assumpti.

AD. i. sic procedit̄ videt̄ enī q̄ omnes apl'i non solum Petr⁹ ad statū prelatiōis fuerint assumpti. Ep̄atus enim nomē p̄latiōis est. ꝫ Joh. xx. xp̄us omnes apl'os fecit ep̄os quādo insufflauit & dixit eis. Accipite spiritum sanctum quoꝝ remiseritis peccata remittuntur eis. Sup̄ quo verbo dicit glo. Intueri libet ad q̄ntum culmen glorie producti sunt xp̄i apl'i vice dei quibusdaꝫ peccata retineāt. quibusdā relaxent quorū nunc in ecclesia ep̄i locum tenēt. ¶ Preterea p̄dicare euangelium est prelatoꝝ officium. Sed Mat̄. vltimo. Omnib⁹ apl'is indifferenter dictum est. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creat̄e. ¶ Preterea Paulus assumptus fuit ad officium predicatiōis nō auctoritate Petri quia post eius assumptiōeꝫ ad apl'atum trib⁹ annis predicauit āteq̄ iret ierosolimā vidē Petrū vt ip̄e dicit gal'. i. Alij ergo apl'i fuerūt assumpti ad prelatiōis statuꝫ a xp̄o. preter Petrum. ¶ In contrarium est quia solus Petrus fuit ad p̄latiōis statū elect⁹ a xp̄o Mat̄. xvi. Tibi dabo claues. ergo sol⁹ petr⁹ in statu prelatiōis a xp̄o fuit confirmatus qd̄ sic factum est Joh. xxij. Pasce oues meas. ¶ Rn̄sio. Dicendum q̄ omnis status reducit̄ ad vnum caput alit̄ non esset dicendus status ꝫ casus. Vbicūq̄ autē est capitis vnitas ibi est status. Vbicunq̄ autē pluralitas casus est nō status. toti⁹ autē status ep̄alis et ecclesiastice Jerarchie caput ē ep̄at⁹ xp̄i ad quem omnes ep̄atus ⁊ prelationes omnes ecclesiastice ordinis reducunt̄ iux̄ illud. i. petri. ij. Conuersi estis nūc in pastoreꝫ & ep̄m animaꝝ vestraꝝ. vnde sup̄ illo verbo Joh. xxi. Pasce oues meas. dicit glo. q̄ finito prandio cōmissionem ouium petro cōmendauit xp̄s & nulli alteri cuius cōmissionis reminiscēs. i. Petri. v. dicit pascite qui in vobis est gregem dei. Sup̄ quo verbo etiaꝫ dicit glo. q̄ sicut dn̄s soli petro toti⁹ gregis curam habere iussit. ita petrus sequētib⁹ pastoribus ecclesie iure mandat. ut eū quisq̄ qui secū est gregē dei. sollicita gubernatiōe pascere ~~tueat̄ al's~~ teneat̄. ¶ Ad. i. ergo est dicendum q̄ verum est ī illa sufflatiōe sp̄us sācti apl'os esse factos a xp̄o sacerdotes et ep̄os & in sacerdotio receperūt p̄tatem ordinis respicientē xp̄i corp⁹ verum ⁊ in ep̄atum receperunt p̄tatem ordinis respicientē xp̄i corp⁹

misticum · Vnde totam pratem ordinis immediate a xpo recipiunt · Verum pratē iurisdictionis q̄ possent pratē ordinis exequi i tanta uel in tali materia non receperunt nisi a Petro post missionez spūs sācti Vnde sup illo vbo luce · vltimo · Vos autez sedete i ciuitate q̄ad usq; induami virtute ex alto · Dicit Crisos · q̄ sic milites inuasores multos nemo sinit exire donec armati sint · sic & apl'os āte spūs sancti descensum xps egredi non pmisit · Planum ē aūt q̄ post missionez spūs sancti solus petrus fuit caput apl'or & omnium ppl'orum remansit ·

¶ Ad scōm est dicendum q̄ predicare euangelium ptinet ad pratem clauium · soli autē petro pras clauium cōmissa est ut patet Math · xvi Et ideo illa destinatio predicatoz Mar · vltimo intelligebat esse facta auctoritate petri · ¶ Ad iij · est dicēdū q̄ verū est Paulū immediate a xpo fuisse electum & ideo nō expediebat vt ad petrum iret recepturus ab eo predicationis officium q̄ tamē ipe fecit quia cōtulit cum ipo & cum alijs apl'is de euangelio q̄ p̄dicabat gentib; in quo ostendit vt dicit Iero · non habuisse securitatem euangelij · nisi esse auctoritate Petri & alioz apl'oz roboratum ·

Ad · ij · sic procedit videt enim q̄ in apl'is pfectior fuerit status religionis q̄z prelationis quia status pfectionis consistit in caritate · ꝛ caritas dei cui insistunt religiosi est pfectior q̄z caritas proximi cui insistunt prelati · perfectior ergo fuit in apl'is status religionis q̄z prelationis · ¶ Preterea prelati insistūt vite actiue · religiosi vero vite contemplatiue · ꝛ perfectior est vita actiua q̄z contemplatiua · luce · x Maria optimam partem elegit que nō auferetur ab ea · ¶ Preterea possessio tempalium repugnat pfectionis statui · Sed prelati possunt possidere temporalia non autez religiosi · pfectior ergo erat in apl'is religionis stat̄ q̄m prelationis · ¶ In contrariū ē q̄a platoz ē alios pficere religiosoz autē q̄ solū sint in seipis pfecti · Sed longe maior perfectio requirit ad pficiendum alios · q̄z q̄ quis in seipo sit pfectus · ¶ Rñsio Dicendum q̄ sicut supdictū ē · Apl'i fuerūt vocati ad statū religionis et ad statum prelationis · Si ergo fiat compatio de statu vno respectu alteri̊ possum̊ dicē q̄ stat̄ prelationis · in eis respectu stat̄ religionis fuit pfectior · fuit dignior · fuit · vtilior · & fuit difficilior · Perfectior q̄dē propter habundantiorem dilectionem · Vnde habundantē dilectionez xpus expetuit a petro quando sibi oues regendas cōmisit sicut dicit

glo. Iob. xxi. Dignior vero ꝓpter pſone repñtationem. Exiſtentes enī
aplī in ſtatu religiōis xp̄m imitabanť. Sed exiſtentes ī ſtatu p̄latiōis
xp̄m repñtabant ꝛ eius vicē gerebant. Vnde Paulus exiſtēs ī ſtatu
religionis dicebat. imitatores mei eſtote ſicut ꝛ ego xp̄i. Sed exiſtēs ī
ſtatu p̄latiōis dicebat. ij. Chor. ij. Ego qđ donaui vob̄ ſi qđ donaui
propť vos ī pſona xp̄i. Vtilior autē ꝓpť ꝓximoꝝ exhortatiōz tenenť
enim prelati nō ſolum ſeipos imo ſuos ſubditos in his q̄ ſunt fidei il-
luminare ꝛ ad diuinum cultuz ordinare. Vnde. i. ad thi. iiij. Paulꝰ
ſcribens thi°. dicit. Eſto fidelib̄ exemplum in conuerſatione. in verbo.
in caritate. ꝛ dum venio attende lectiōi exhortationi ꝛ doctrine. Sed
difficilior ꝓpter t̄palium ꝛ ſp̄ualium adm̄ſtratiōez quoꝝ adm̄ſtratio
magni laboris ꝛ difficultatis eſt ꝓpter diuerſitatem ꝛ interdum p̄ui
tatem illoꝝ quib̄ miniſtranť quos niſi prelatus diſpoſitos videāt ꝛ
paratos magnis cruciatib̄ affligunť ſicut de illo ſancto loth ſcri°. ij.
Petri. ij. Aſpectu enim ꝛ auditu iuſtus erat habitans inť eos qui de
die in diem animaꝝ iuſtam iniquis opibus cruciabant. exceſſit ergo
ſtatus prelatiōis in aplīs eorum met ſtatum religiōis. in p̄fectiōe. ī
dignitate. in vtilitate et difficultate. ¶ Ad p̄mū ergo eſt dicēdum q̄
perfectio dilectiōis ꝓximi ex p̄fectiōe diuine dilectiōis ſumit originez
quando quidem diuina dilectio tanta eſt in aliquo ut nō ſolum ſibi
velit ſeruire ꝛ eiꝰ dulcedine frui imo omnib̄ alīs ſeruire cupit et ad
eius fruitionem inducere ꝓť deum. Planum ē autez q̄ talis dilectio
perfectior eſt q̄ſ ſi ſolum ip̄e diuino cultui vacaret. Vnde. ij. Chor. xo
dicit apl's Siue mente excedimꝰ deo puta ad honorem dei oīa t̄palia
contemnendo ſiue ſobrij ſumus vobis ad veſtram vtilitatem caritaſ
xp̄i vrget nos quia xp̄i caritas vrget ut omnia q̄ vob̄ faciamꝰ ſicut
dicit glo. p̄fectior enim caritas eſt qua quis ſeruit amico ꝛ dño ꝓter
dominum q̄ſ dño tantū. ¶ Ad. ij. eſt dicendum q̄ non ſic vita actiā
attribuenda eſt p̄lato ut vita cōtemplatiua p̄uetur cū gregoꝰ. dicat
in paſtorali. c. xvi. Sit rector ſingularis cōpaſſiōe proximꝰ p̄ cūctis
contemplatiōe ſuſpēſus ut p̄ pietatis viſcera ī ſe infirmitatez ceteroꝝ
tranſferat ꝛ p̄ ſpeculatiōis altitudinem ſemetip̄m quāq̄ in viſibilia
petendo tranſcendat. ¶ Ad. ij. eſt dicendum q̄ prelati poſſeſſiōes nō
quaſi ꝓprias ſed ſicut cōmunes diſpenſāt. iuxť illud qđ ſcribit. xij. q. i.
Expedit facultates eccleſie poſſideri et ꝓprias p̄fectiōis amore cōtemni

quia nõ ꝓprie sunt ꝫ cõmunes ecclesie facultates. talis ergo possessio ĩ nullo repugnat statui pfectiõis imo auget.

Ad. iij. sic ꝓcedit̃ videt̃ enĩ ꝙ illi. lxxij. discipuli assumpti fuerũt ad prelationis statum quia illi sunt prelati quibꝫ cura animaꝝ cõmittit̃ ꝫ illis discipulis cura animaꝝ cõmissa ẽ. ergo ad prelatiõis statum sunt assumpti. ¶ Preterea solis prelatis licitum est viuere de stipendijs suoꝝ subditoꝝ. ꝫ illis discipulis concessa ẽ virga ꝑ quam potestas recipiendi necessaria intelligebat̃ ut dicit glo. Mar̃. vi. ergo prelati erant. ¶ Preterea predicare euangelium ordinaria ꝑtate nõ cõuenit nisi prelatis. Sed illis ꝯcessum ẽ ꝑdicare euãgeliũ ordinaria potestate. ergo assumpti fuerunt ad prelatiõis statum. ¶ In contrariũ est quia si illi discipuli assumpti sunt sicut fuerũt assumpti seniores ysrahel tẽpore moysi Exo. xxiiij. ut dicit glo. luce. x. ꝫ illi discipuli sic assumpti sunt ut spũs sãcti gratia adiuti implentes denarium legis tendant ad ꝯtemplatiõem conditoris sicut dicit glo. Exo. xxiiij. Sed simplere precepta legis est infra statum prelationis. non ergo fuerunt assumpti ad prelatiõis statum. ¶ Rñsio Dicendum ꝙ aliud est esse animaꝝ pastores ⁊ aliud pastoruꝫ coadiutores. Esse nanq; animaꝝ pastores ꝓprium fuit apl'orum et nunc est ep̃orum qui eoꝝ successores sunt. De quibꝫ scribit̃ Iere. iij. Dabo vobis pastores ꝟm cor meum ⁊ pascent vos scientia ⁊ doctrina. Esse vero pastoꝝ coadiutores ꝓprium fuit illoꝝ. lxxij. discipuloꝝ. quoruꝫ nunc successores sunt presbiteri et curati. Vnde dicit glo. bede luce. x. ꝙ sicut. xij. apl'os formam ep̃orum premõstrare nemo ẽ qui sic dubitet. sic illos. lxxij. figuram p̃sbiteroꝝ gessisse manifestum est. non ergo illi. lxxij. assumpti fuerunt ꝓprie ad statum p̃lationis. ꝫ magis ad statũ apl'orum ⁊ prelatoꝝ subuẽtioneꝫ sicut nũc presbiteri nõ sunt ꝓprie pastores. ꝫ sunt pastoꝝ coadiutores.

¶ Ad. i. ergo ẽ dicẽdum ꝙ cura animaꝝ fuit cõmissa illis discipulis et cõmittit̃ nunc presbiteris sicut coadiutoribꝫ et ministris modo quo dicit apl's ad Titum. i. huius rei gratia reliqui te certe ut ea q̃ desũt corrigas ⁊ constituas per ciuitates presbiteros sicut ego tibi disposui

¶ Ad. ij. ẽ dicẽdum ꝙ sicut ep̃oꝝ ẽ p̃sbiteros ordinare. sic eis cõuenit stipendia taxare. Quãuis enim iure nat̃ali et diuino indultũ sit ut qui altari seruit. de altari debeat viuere sicut dicit apl's. i. Chor̃. ix. et sic censuit xp̃s quolibet iure licẽ ut dignus esset oparius mercede sua

luce·x· Hoc tamen non nisi auctoritate apl'or et ep̄or eor successoruz supposuit esse fiendum· ¶ Ad·iij·est dicendū q̄ p̄dicationis officium nulli habenti prelatiōis statum potest cōmitti quia eis cōuenit iure prelatiōis· Vnde illis·lxxij·discipulis officium p̄dicationis cōmissū est in adiutorium apl'or quia enim messis multa erat & apl'i pauci oparij·assumpsit illos·lxxij· non in prelatiōez·ꝫ in eor subuentiōez per qd̄ monstrauit ut ep̄i apl'orū successores ex multiplicatiōe messis ydoneos viros debeant assumere coadiutores ip̄or in euangelij p̄dicatione ⁊ sacramentor admīstratione·

A Ad·iiij·sic procedit̄ videt̄ enim q̄ illi septem dyaconi assumpti fuerunt ad prelatiōis statū·Scribit̄ enim·i·Thi·iij· Dyaconi qui bene ministrauerunt gradum sibi bonum acquirent·Sed habere gradum bonum ē habere prelatiōis statū· ¶ Preterea excomunicare pertinet ad statum prelatiōis· Sz dyaconi possunt excomunicare·g° eis cōuenit prelationis status· ¶ Preterea apl'i eligentes illos septem dyaconos dixerūt·ꝯsiderate fratres vobis viros septē boni testimonij plenos spiritu sācto·quibꝫ electis orantes imposuerunt eis manus· Sed sic vnusquisqz ad statū prelationis assumit̄ ꝑ impositiōz manꝰ ex inuocatione spūs sancti· ¶ In contrium est quia apl'i erant ep̄i & prelati·ꝫ illi non sunt vocati ad statum apl'atus ul' ep̄atus·ergo nec ad statum prelatiōis· ¶ Rn̄sio·Dicendum q̄ ad ꝑfectam rationem prelatiōis req̄runtur tria q̄ntum ad pn̄s·Primo canonica electio ad Hebre·v·Nullus assumat sibi honorē ꝫ q̄ vocat̄ a deo tanq̄ aaron· Secūdo executiōis administratio·i·Petri·iiij· Vnusquisqz sic̄ accepit gratiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispēsatores multiformis gratie dei· Tercio ad curam susceptam habēdam ꝑpetua obligatio prouer·vi· Fili si spopōderis pro amico tuo defixisti apud extraneum animā tuam & illaqueatꝰ es verbis oris tui· Exquo enī cura animar in voto suscipit̄ solemni·non licet retro abire·nisi ul' ꝑ suam negligentiā· ꝓpter quam est deponendꝰ ⁊ a cura remouendus· vl' ꝑ ip̄iꝰ ꝑpe licentiam qui potest in solemni voto dispēsare·Magis ergo dicendum est q̄ illi·vij·dyaconi vocati sunt ut p̄essent in statu religiōis q̄ ut p̄essent in statu prelatiōis· Sunt enim ꝓpositi illis qui omnia vendiderant et uel paupibꝫ erogauerant uel ad pedes apl'or posuerant quibꝫ p̄dicti·vij· dyaconi ī comuni ꝓuidebāt necessaria

ſpūaliter ⁊ tēpaliter modo quo faciunt religioſi· qui renunciantes omnib⁹ que poſſident p̄ficiunt eis aliquos qui eis mīſtrēt ī ſpūalib⁹ et tēpalib⁹· Et in multis eccleſijs cathedralibus· Dyaconi in tali gradu ponunt ut talem adminiſtratiōez habeāt· Vnde dicit glo· Act· vij· q̄ hic iam diſcernebant apli & ſucceſores eo⁹ p ecclesias cōſtituti Vnde dyaconi qui eſſent ſublimioris gradus ceteris et proximi circa aram quaſi columne aſſiſterēt non ſine ſeptinarij miſterio· Ad· i· ergo eſt dicendum q̄ ſignant ibi dicit· Qui bene miniſtrauerint ſibi gradum bonum acquirent ut fiant ep̄i· nō q̄ ſint ep̄i ſic glo· exponit non habent ergo dyaconi gradum p̄latiōis· ſ̄ poſſunt ſibi acquirere prelatiōis gradum· ſi ī gradu ī quo ſūt bene mīſtrauerīt· Ad ſcōm eſt dicendū q̄ dyaconi poſſunt excomunicare· nō ꝓpter receptam p̄· lationem· ſed ꝓpter cōmiſſam iuriſdictionez ſicut q̄ preſunt religioſi excomunicare poſſunt q̄ tamē ꝓpe nō ſūt prelati ſ̄ miniſtri ad temp⁹ curam aliquo⁹ recipiētes· Ad· iij· eſt dicēdū q̄ prelatio ꝓpe ſūpta de qua nūc loquim⁹ nō recipit p manus impoſitiōz· ſ̄ magis p voti ſolemniſatiōez p aliq̄ cōſecratiōis ⁊ bñdictiōis ſignū·

Queſtio· Octuageſimanona· de apl⁹o⁹ pauptate·

Vlterius videndū ē de apl⁹o⁹ pauptate· Circa q̄ querunt quatuor· Primo· Vtrum apl⁹is fuerit indicta poſſeſſio pecunie & rer⁹ mobiliū· Secūdo· Vtrū apl⁹is fuerit indicta poſſeſſio rer⁹ ſtabilium· Tercio· Vtrum p̄ceptū datum apl⁹is Mat· x· de non poſſidendis reb⁹ tēpalib⁹ per xp̄m ex toto fuerit reuocatum Quarto· Vtrum apli mendicauerint·

Ad· i· ergo ſic procedit videt enim q̄ apl⁹is non fuerit interdicta poſſeſſio pecunie & rerū mobilium· Non enī fuerunt maioris perfectiōis apli q̄ xp̄us· Sufficit enī diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter ei⁹ Mat· x· Sed xp̄us pecuniā ſeruari fecit & loculos iude recōmēdauit vt patet Ioh· xiij· ergo poſſeſſio pecunie ⁊ alia⁹ rerū mobiliū apl⁹i⁹ interdici nō debuit· Preterea apli dimiſerūt omnia tēpalia ꝓpt xp̄m Math· xix· Ecce nos relinq̄mus omnia· Si ergo non potuiſſent ſeruare pecunia⁹ a fidelibus eis oblatam non habuiſſent neceſſaria que deus etiā animalib⁹ brutis non ſubtrahit iuxta illud pſal· Qui dat iumentis eſca⁹ ip̄o⁹ ⁊ pullis coruo⁹ inuocantib⁹ eū· Preterea

sicut cibaria sūt necessaria ad victū sic calciamēta ⁊ tunice ad vestitū
possessio ergo taliū nō debuit esse ꝓhibita aplis. ¶ In contrium est
quod scribit Math. x. Nolite possidere aurum neq; argentum neq;
pecuniam in zonis neq; duas tunicas neq; virgam. ¶ Rñsio. Dicē-
dum ꝙ hanc questionem mouet Aug⁹. in ij. libro de consensu euan
gelistaꝝ dicens. Matheū & Marcū contrium loqui de vestimentis &
calciamentis. Nam Math. dicit calciamēta in via nō esse portanda
neq; duas tunicas habēdas neq; virgam ferendaꝝ. Marcus vero ait
ꝙ sādaliis debent cē calciati & nichil aliud deberent portare nisi vir-
gam. Ad hᵒ ergo rñdet Aug⁹. ꝙ dominus nunq; prohibuit aplis vt
vite necessaria in victu & vestitu nō haberent. ꝫ vnde talia habituri
essent ⁊ a quib⁹ recepturi ostendit. Nā statim cū dixit. Nolite possidē
aurum vl argentum neq; pecuniam in zonis neq; calciamenta neq;
duas tunicas neq; virgam immediate adiecit. dignus est enī opari⁹
cibo suo. voluit ergo xp̄us suos apl̄os ⁊ alios siue doctrine p̄dicatores
ab omni mūdi sollicitudine esse remotos & necessaria vite quecunq;
siue magna siue parua ab illis quib⁹ predicabant pro stipēdijs esse
ministranda. Calciamēta vero & sādalia uel virga p Matheū apl̄i⁹
prohibita ⁊ p Marcum concessa ꝺm Aug⁹. ibidem non sub eadem
significatiōe accipiūt. sic alit accipit temptatio cum dicit. temptauit
deus abrahaꝝ. Et alit cū dicit de⁹ neminē temptat. quia ꝓmo modo
sumit pro temptatiōe probatiōis. Secūdo pro temptatiōe seductiōis
sic cum dicit. Iudica me de⁹. intelligit de iudicio discretiōis. Cum ꝺ
dicit resurgent impij in resurrectiōe iudicij intelligit de iudicio con-
demnatiōis. Eodem modo cum ꝓhibet Math. Calciamēta & virgā
portare. intelligit etiaꝝ minima necessaria a subditis eis esse corpalit
ministranda. Cum vero Marcus concedit sandalia ⁊ virgam. intel-
ligit ꝙ virgam aplicam potestatem qua liceat eis necessaria sumere
Per sandalia vero intelligit ut pes apl̄oꝝ neq; sit tectus vt euāgelica
doctrina occultet. neq; nudus ad tram ut trenis cōmodis imitatur.
¶ Ad ꝓmū ergo est dicēdum ꝙ dñs non mandauit aplis pecuniaꝝ
non esse expendendam ad necessariorꝝ emptiōes. ꝫ non esse possidēdaꝝ
ad thesaurisatiōes ⁊ supfluam retentiōes. Vnde ꝺm Aug⁹. sic p̄ceptū
fuit aplis pecuniam non esse ferendam in zonis. sicut preceptum fuit
in crastinū non esse cogitandum ul seruandū. Planū est autē non sic

preceptum esse in crastinū non esse cogitandum ꝙ pecunia ad vsum necessaria a sanctis non seruaret. ꝫ ne ꝓpter hoc deo seruiat et ne ꝓpter tempalia bona iusticia deserat. ¶ Ad. ij. rñdet Ieroꝰ. dicens ꝙ qui diuitias detruncauerant q̄ ꝑ aurū et argentuꝫ ꝛ pecuniā designant etiam vite necessaria ꝓpe modū amputāt ut apl'i qui vere religiōis doctores instituebant omnia dei ꝓuidētia gubernari seipos ostēderēt nichil cogitare de crastino. Tanta enim ut dicit Beda debet esse p̄dicatori de deo fiducia vt p̄ntis vite sumptus quāuis nō prouideat tñ hos sibi nō deesse certissime sciat nedum mens eius occupet ad tp̄alia. minꝰ alijs ꝓuideat eterna. ¶ Ad. iij. ē dicendū ꝙ sicut dicit Crisoꝭ. per duas tunicas duplex vestimentū intelligit. Vnū quo hō induat et reliquum qd̄ in futurum reseruet. precepit ergo xp̄us ꝙ quisquam preter eam tunicam qua esset indutus aliam portandā putare. esset sollicitus. cum ex p̄tate data omnia necessaria magna et minima a fidelibꝫ essent ministranda.

AD. ij. sic ꝓcedit videt enī ꝙ apl'is nō fuerit interdicta possessio rerum stabiliū. Non est enim asserenduꝫ qd̄ non legit inscripta sacra interdictum. Sed non legit de apl'is ꝙ possessiōes habere fuerit eis interdictū. ¶ Preterea apl'i fiēdi erant patres pauꝑum Mar. xiiij Semꝑ pauꝑes habetis vobiscum ⁊ cuꝫ volueritis poteritis illis bñfacere. Sed non potuissent pauꝑibꝫ subuenisse si nichil habuissent de mobilibꝫ uel stabilibꝫ. ¶ Pretea si apl'is fuisset interdicta possessio tempalium mobiliū uel stabilium coacti fuissent manibꝫ laborare ⁊ predicatiōis officio nō vacare qd̄ tñ nō legit nisi de paulo ꝙ manibꝫ laborauerit. ¶ In contrium est qd̄ scribit Act. iiij. Quotquot erant possessores agroꝝ vendebant ⁊ p̄cia ponebant ad pedes apl'oꝝ quod non fecissent si licitū fuisset apl'is possessiones tenere. ¶ Rñsio Dicēdum ꝙ non est dubiū ꝫm doctrinaꝫ sanctorū apl'is interdictuꝫ fuisse ne agros uel vineas uel alia mobilia possiderēt ꝓpt tria. Primo ꝓpt tempaliū sollicitudinem remouendaꝫ. multo ~~ergo~~ cui maior sollicitudo req̄ritur circa agroꝝ culturaꝫ q̄ꝫ circa seruandaꝫ pecuniaꝫ. quia tp̄ale amminiculū ex agris uel vineis possessis maiꝰ ē. q̄ꝫ si bona mobilia habeant ad quorū culturā tota secularis vita occupat. Si ergo ꝓpter sollicitudinem tempaliū remouendam prohibita fuit apl'is possessio pecunie ⁊ aliaꝝ reꝝ mobiliū. multo magis intelligit fuisse interdicta

possessio agroꝝ et aliaꝝ reꝝ ĩmobiliũ. Scdo ꝓpt̃ cupiditatis suspitiõꝫ tollendaꝫ. Dicit enĩ Jeroꝰ. Math. x. ꝙ si apl'i auruꝫ uel argentum seu pecuniam habuissent suspicio fuisset de eis ꝙ nõ causa salutis hominum ꝫ causa lucri predicarent. Manifestum est autẽ ꝙ si ipi possessiones accepissent non minꝰ imo multo magis suspecti fuissent ꝙ propt̃ questum predicassent q̃ꝫ si aurum uel argentum possedissent. Tercio ꝓpter eorum magistri ꝑfectionem imitandaꝫ. Quãuis enim xp̃s loculos habuerit alioꝝ infirmitati cõdescẽdens eos tñ nõ replebat de pecunia agroꝝ uel possessionũ. ꝫ solum de his que a xp̃i fidelibus sibi erant oblata. non ergo fuissent apl'i xp̃i perfectiõis imitatores. si possessiones agroꝝ uel vineaꝝ habuissent. ¶ Ad. i. ergo est dicẽdum ꝙ legit̃ obseruatio licet nõ legat̃ prohibitio. Act̃. enim. iiij. scribit̃ ꝙ possessiões vendebant̃ & ad pedes apl'oꝝ ponebant̃. Similit̃ legitur prohibicio minoꝝ puta pecunie ⁊ rerũ mobilium. ergo multo fortiꝰ maioꝝ ut agroꝝ & vineaꝝ & alioruꝫ immobilium. ¶ Ad scdm est dicendum ꝙ apl'i efficiendi erant patres pauꝑum ꝓpt̃ eoꝝ recõmendationem. recõmendabant enim eos in eoꝝ p̃dicationibꝫ xp̃i fidelibꝫ Sicut patet de Paulo. ij. Chor̃. viij. Et gal'. ij. dicit. dic tantum ut pauꝑum memores essemus. Quod etiam sollicitꝰ fuit hoc ipm facẽ. Et ꝓpter eorum sustentatiõeꝫ quãdo facultas occurrebat. Dicit enim Crisos. ꝙ ꝑ hoc ꝙ xp̃us loculos habuit exemplũ nobis mõstrauit vt omnem hominem q̃ntũcunqꝫ pauꝑerem & mundo animaꝫ habẽtem crucifixũ oportet pauꝑum magnã curã & valde magnã ꝓcuratiõeꝫ habere. ¶ Ad. iij. est dicẽdũ ꝙ apl'i nõ indigebant manibꝫ laborare eo ꝙ ex seminatiõe spũaliũ vite necessaria ex debito iusticie poterant recipe. Nec tñ Paulus qui iuri suo cessit ne aliquãdo stipẽdia a subditis recipeꝛt ꝓpter scandalum pseudo apl'oꝝ vitandũ semꝑ ⁊ vbiqꝫ manibꝫ laborabat. Vbi enĩ iudeis p̃dicabat qui solũ diebꝫ sabbatis soliti erant p̃dicatiões audire alijs diebꝫ manibꝫ laborabat. Sꝫ vbi predicabat gentilibꝫ quibꝫ omni die verbum euangelij nunciabat manibꝫ non laborabat. imo de stipẽdijs subditoꝝ viuebat. Dicit enĩ ipe Philipñ. vltimo. Scitis enim vos ꝙ in p̃ncipio euangelij quãdo profectꝰ sum a macedonia nulla michi ecclesia comunicauit ĩ ratiõe dati ⁊ accepti nisi vos soli q̃a ⁊ thessalonicã semel & bis in vsũ michi misistis ex quo dat̃ intelligi ut glo. dicit ꝙ quãdo Paulus erat apud

thessalonicam manibus non laborabat ne predicationis officium detrimentum pateretur.

Ad.iij.sic procedit videt enim q̄ preceptū datū aplis Math.x. de nō possidēdis tempalibꝫ p̄ xp̄m ex toto fuerit remotū. Scribit enim luce.xxij. Q̄ cum quesiuisset xps a discipulis. Quādo misi vos sine sacculo et pera nunquid aliq̄d defuit vobis. Et rn̄dentibus illis nichil.dixit. Sed nunc qui habet sacculum tollat similit̄ & peram & qui non habet vendat tunicam suam ⁊ emat gladium. fuit g° illud preceptum p̄mum ex toto reuocatuz. Preterea Act̄.iij.scribitur q̄ omnes vēdebant possessiōes ⁊ precia ponebant ad pedes apl'orum. Post ascensionez ergo xp̄i licitum fuit aplis aliquid in cōmuni habē et sic illud primū mandatum de nō possidēdo aliquid fuit reuocatū. Preterea q̄d erat maioris p̄fectiōis i aplis p̄ xp̄m inducendū erat sed hoc erat maioris p̄fectiōis ꝓprijs renūciare ⁊ possessiones ecclesie in cōmuni habere ut scribit.xij.q.i. In contrium est quia xps per illud preceptum voluit suos apl'os a sollicitudine temporalium esse retractos ꝫ illud nūq̄ fuit reuocatū g° nec p̄mū. Rn̄sio. Dicēduz q̄ uel queri de illi? precepti in casu relaxatione uel de eius totali ad motione. Primo modo planum est q̄ in imminente passione xp̄i illud preceptum in suo rigore fuit relaxatum. Dicit enim Beda luce.xxij. q̄ non eadem viuendi regula p̄secutionis qua pacis tempore xp̄us apl'os informauit missis nanq̄ discipulis ad predicandum ne quid tolleret i via p̄cepit ordinat̄ ut qui euangelium nūciat de euāgelio viuat. Instante vero mortis articulo ⁊ tota illa gēte iudaica pastorē simul et gregem p̄sequentē et cōgruam regulaꝫ tempori decernit permittens ut tollat victui necessaria donec sopita insania p̄secutorum tempus euangelisandi redeat vbi nobis quoq̄ dedit exemplū. iusta causa non nunq̄ instante quedam de nostri ꝓpositi rigore posse sine culpa intermitti. Sed scdo modo planum est q̄ illud p̄ceptum non fuit reuocatum. imo magis confirmatuz q̄d patet p̄ apl'oꝝ obseruationez et p̄ contrafacientiū punitiōez. Scribit enim Act̄.iij. q̄ multitudinis credentium erat cor vnum et anima vna nec quicq̄ eoꝝ q̄ possidebāt aliquid suum esse dicebant. ꝫ erant illis omnia comunia et ne aliq̄s posset dicere eos habere possessiōes cōmunes. puta agros uel vineas hoc p̄ sequentia excludit. Sequit enī q̄ quotquot possessores agroꝝ

aut domoꝝ erant vendebant et precia ponebãt ad pedes apl'oꝝ. Ex q̃
patet p apl'oꝝ obseruantiaꝫ qꝫ illa solũ q̃ ad necessitatẽ vite ptinebãt
comunit habebant̃ possessionib⁹ omnib⁹ omnino abdicatis. Similit
patet hoc p contrafacientiũ punitiõez. Scribitur enĩ ibi qꝫ Ananias
qui fraudauit de precio agri partẽ occultans. & partẽ offerẽs. audita
reprehensione petri cecidit mortuus quia cont̃ sententiã domini fecit
dicentis. Si vis pfectus esse vende omnia que habes. non dicit partẽ
Incepat ergo Ananias pfectiõez vendendo. ꝫ non pfecit totũ dãdo
vt glo. dicit. Barnabas vero qui totum preciũ sui agri obtulit ad cõ-
sortiũ apl'oꝝ ẽ assumpt9. et insocietatẽ Paulo apl'o assignat9 vt glo.
ibi exponit. Ex quo expresse patet ad pfectionem vite aplice pertinere
nichil possidere. pret illa que sunt victui necessaria in predicationis
stipendium non p̃miũ. Ad. i. ergo ẽ dicẽdum qꝫ sicut dicit Aug9.
in illa relaxatiõe p̃cepti nulla fuit instantia p̃cipientis sed iusta ratio
dispensantis. ex qua p temporũ diuersitate precepta uel consilia uel
permissa mutant̃. Vnde non fuit facta per xp̃m illi9 precepti remotio
sed solũ pro tempore passiõis aliqualis relaxatio. quo tempore apli
necessaria vite inuenire non potuissent. int9 existentes ogregati p̃t
metum iudeoꝝ. Ad. ij. ẽ dicendũ qꝫ ibi nõ scribit̃ apl'os possessiões
habuisse ꝫ precia in comuni seruata fuisse ꝟm indigẽtiam magis q̃
ꝟm sufficientiam in quo etiam aliquid de rigore vite aplice relaxatũ
est. quia xp̃us psonaꝫ infirmoꝝ assumpsit quãdo loculos habuit. q̃
tamen nõ replebat de pecunia agroꝝ ul' possessionuꝫ possessaꝫ p eos
vel p suos apl'os ꝫ a xp̃i fidelib⁹ oblata. Ad. iij. ẽ dicẽdũ qꝫ adhuc
maioris pfectionis esset p̃prijs renunciare ⁊ possessiones ecclesie non
habere in comuni. modo quo apli non habuerunt. qualiter tamẽ h̃
intelligat inferi9 magis patebit.

Ad. iiij. sic p̃cedit̃ videt enĩ qꝫ apli nõ mendicauerũt hostiatim
Dicit enim apl's. i. ad thessal'. ij. Neq; enim aliquãdo fuimus i
sermone adulatiõis sicut scitis. neq; in occasione auaricie deꝰ testis ẽ
Sed illi qui mendicant̃ cogunt̃ adulari illis a quibus petunt. ergo
apli non mendicabant. Preterea mẽdicantes tædiũ inferunt illi⁹
a quib⁹ petunt. Sed sicut dicit glo. ij. Chor'. ix. Sup illo verbo hilarẽ
enim datorem diligit deus. Qui dat ut careat tædio inpellantis nõ
vt reficiat viscera indigẽtis rem potit ⁊ meritũ. Sed apli nõ debebãt

esse causa poitionis meriti aliquoruz · ergo non debebāt mendicare·

Preterea mendicantes onerosi & graues sunt illis a quibus petūt Sed apl's dicit·ij·Chor·xiij·Ecce paratus sum ad vos venire & non ero vobis grauis· In contrium ē apl's·ij·Chor·viij·Qui petebat elemosinas pro alijs·ergo & pro seipo petē tenebat· Rñsio·Dicēdum q apl'os mēdicasse et ab alijs necessaria petiuisse qō ē mēdicare multiplicit patet· Primo ꝓpter p̄ceptam pauptatem ab eis obseruatā Preceptum enim eis fuit Math·x·vt sic paupes incederēt ī p̄icatiōis officio quatenꝰ nichil portarent nec victui necessaria· Et planum ē q tunc impiose non poterant precipere ut recipent q̄ necessaria erāt ab illis quib p̄icabant · nōdum enī euangelio ꝓnunciato & ecc̄ia nondum in aliqua parte fundata· ergo tūc saltem manifestum ē q necessaria victus humilit petebant qō est mendicare· Secundo ꝓter hospitalitatē ab eis cōmendatam· Dicit enī apl's ad Ro·xij·hospitalitatem sectantes necessitatib sāctoz comunicātes· Et·ij·Io·i·scribit kīme fidelit facis quicqd operis ī fratres et maxime in pegrinos qui testimoniū reddiderunt caritati tue in cōspectu ecclesie quod bñfaciēs deducis digne deo quia ꝓ noīe xp̄i profecti sunt & isti erant discipuli apl'oz ut glo· dicit quia ꝓpa patria expulsi erant alieni facti a ꝓprijs reb·vñ mēdicare cogebāt· Tercio·ꝓt hēlim extirpatā· Opatropes enim detrahebat & dissuadebat hospitalitatem tangē indignum esset relinquentib omnia pro amore xp̄i mendicare & hospicia querere· Contra quem scribens Iob̄·dicit·Si venero cōmoueam eiꝰ opa que facit verbis malignis garriens in nos & quasi ista non sufficiant ei neqꝫ ipe suscipit fratres et eos qui suscipiunt prohibet & de ecc̄ia eijcit

Ad p̄mū ergo est dicēdum q apl'i non cogebant adulari·quia ab illis recipiebāt necessaria quib spūalia ministrabant· Vnde eos nō oportebat adulari quia eis non dabant necessaria ꝓpter eos sed ꝓpter xp̄m cuius serui erant et quem nunciabant· Ad·ij·ē dicendum q tedium non fit imo solacium illis quib verbuz dei nūciat nec ꝓpter reprobos p̄icatio apl'oz erat dimittenda electis q̄ de receptiōe apl'orū tedio nō afficiebant ꝫ letabant· Ad·iij·est dicendū q apl'i modici contenti erant et tamen magnuz fructum faciebant· vnde non erant graues vl' onerosi illis quib necessaria petebāt nc̄·

Questio. Nonagesima. de apl'oꝝ continētia.

Deinde videndum est de apl'oꝝ ɔtinentia. Circa qd̄ q̄runt̄ tria. Primo. Vtrum cōtinentia in apl'is fecerit ꝑfectionis statum. Secūdo. Vtrum cōiugale vinculum diminuisset in apl'is statum perfectionis. Tercio. Vtrum continentia in apostol' fuerit cum voto seruata.

Ad. i. ergo sic procedit̄ videt̄ enim ꝙ ɔtinētia in apl'is nō fecerit perfectiōis statum. Quod enī repugnat virtuti non facit statū perfectiōis. ꝫ cōtinētia repugnat virtuti cum teneat extremū ⁊ virt⁹ consistat in medio ut scribit̄. ij. ethi. ¶ Preterea ꝑfectum dicit̄ qd̄ finē attingit. Sed existens ī matrimonio potest finem attingere. ergo continentia non facit ad statum ꝑfectiōis. ¶ Preterea ꝑfectus est qui oēs virtutes habet ut dicit Origenes sup Math. Sed apl'i habuerūt caritatem quam habēdo habuerūt omnes virtutes ut idem dicit. g° absq; omni continentia fuissent ꝑfecti. ¶ In contrium est quia quod facit ad ꝑfectionis statum in alijs hominib⁹ fecit ad ꝑfectionis statum in apl'is qui quāuis sācti fuerīt. tn̄ homines fuerunt. ⁊ si vinci a carne non potuerunt tanq̄ spūales. percuti tn̄ potuerunt q̄si a carnales ut Crisos. dicit. ¶ Rn̄sio. Dicēdum ꝙ ɔtinētiā fecisse ī apl'is ꝑfectiōis statum q̄ntum ad pn̄s quatuor ostēdunt. Primum est xp̄i consilium Nam consilium non est. nisi de ope ꝑfectiōis ⁊ superogationis. Ipē autez dedit consilium suis apl'is de continentia seruanda Math. xix. vbi dicentib⁹ apl'is. Si ita est causa hominū cum vxore non expedit nubere. Dixit eis non omnes capiunt verbū istud. ꝫ qui potest cape capiat. que vox est domini hortantis milites suos ⁊ concitantis ad pudicicie p̄mium quasi dicat. qui potest pugnare pugnet ⁊ supet et triumphet ut Hiero⁹. dicit. Secundum est xp̄i exemplum. Volens enī eos ad continentiam inducē exemplū posuit de eunuchis dicens sunt eunuchi qui seip̄os castrauerunt ꝓpter regnum celoꝝ non ꝓpter membroꝝ abscisionem. ꝫ ꝓpter malaꝝ cogitationum intemptionem quia modica abscisio mēbri non ita comp̄mit temptationes ut tranquillitatem facit ut cogitationis frenum sicut Crisos. dicit. Tercium est apl'orum documentū. Apl'i nanq; documēta dederunt de cōtinētia seruanda tanq̄m de ꝑfectionis ope sicut patet de Paulo. i. Chor. vij. Vbi data indulgētia de continentia ɔiugali. statī hortat̄ ad ɔtinētiā

virginalem. dicens. Volo autē omnes homines esse sicut meipm. sed
vnusquisqz ꝓpꝛium habet donum ex deo. et planum ē ꝙ alijs pfectiōz
nō optabat nisi quā ī seipo seruabat. Iux̄ illud qd̄ ipe dicit ad Ro. xv
Non audeo aliquid loqui eorum que p me non efficit xp̄s. Quartū
est istius continentie p̄mium. Singulare enim p̄mium non dat̄ nisi
pro singulari ope superogatiōis ⁊ pfectiōis. continētie aūt ꝓmittit̄
singulare premium. Sap. iiij. Quaꝫ pulchra est casta generatio cum
claritate. Immortalis ē enim memoria illi⁹ qm̄ apud deum nota est
et apud homines. Et postea subdit̄. In ꝑpetuum coronata trimphat
et incoinq̄natoꝝ certaminū p̄mium vincit. ¶ Ad. i. g° est dicēdum
ꝙ continentia virtus est & non repugnat virtuti. nō obstante ꝙ ex-
tremum teneat. Nam virtutem consistere in medio quatuor modis
intelligi potest. Primo ratiōe potētie in qua fundat̄ et sic nulla virt⁹
consistit in medio cum quelibet virt⁹ sit vltimū potētie. Scd̄o ratiōe
materie circa quā versatur. ⁊ sic continentia non est virtus q̄a p̄uat̄
vsu omnium venereorū. Tercio ratione circūstantie p quam laudat̄
Quarto et ratione ratiōis cui ɔformat̄. ⁊ istis duobꝫ modis ɔtinentia ē virt⁹
quia consistit in medio debite circūstantie determinatum tempus &
determinatum statum obseruantis. ⁊ in medio ratiōis debitum finez
considerantis. ¶ Ad scd̄m est dicendum ꝙ finis attingit̄ p ɔtinentiā
cōiugalem & virginalem. tn̄ perfectiori & faciliori modo attingitur
per virginalem ɔtinentiam q̄m p ɔiugalem. ¶ Ad. iij. est dicēdū ꝙ
habens caritatem habet omnes virtutes formalit̄ & p caritatē vnus-
quisqz formalit̄ ponit̄ ī statu pfectiōis. Materialit̄ tn̄ ⁊ instrumētalit̄
multa alia faciūt ad pfectiōis statū int̄ q̄ p̄cipue ponit̄ cōtinētia.

Ad. ij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ ɔiugale vinculū nō diminuisset
in apl̄is perfectiōis statum. Abstinentia enim cibi & pot⁹ facit
ad statum perfectiōis. Sed carentia abstinentie in apl̄is nō diminuit
de statu perfectionis. ergo nec carentia continentie diminuisset in eis
perfectiōis statum. ¶ Preterea abraham et alij sancti patres fuerūt
coniugati et tamen fuerunt in statu perfectiōis. ergo similit̄ fuissent
apl̄i in statu perfectiōis carnali ~~ɔiugio al's~~ in statu ɔiugij existentes
¶ Pret̄ea ꝑpetua obligatio voti facit perfectiōis statū. ꝫ talis ꝑpetua
obligatio est ī matrimonio quia vir p̄tatez sui corporis tradit vxori
et vxor viro. Apl̄i g° existētes ī ɔiugali copula fuissent ī perfectiōis

statu. ¶ In contrium est quia consilium est de operibꝫ perfectiõis et potissime de cõtinẽtia sicut patet per aplm. i. Chor. vij. Si ergo apli non tenuissent tale consilium de continentia huanoa nõ fuissent in perfectiõis statu. ¶ Rñsio. Dicendum ꝙ ꝙnto aliquis plꝰ diminuit de feruore caritatis qua quis deum diligit ꝛ omnia ordinat in ipm tangꝫ in finem tanto plꝰ diminuit de pfectiõis statu. ꝙa caritas vinculum pfectiõis est ut scribit Colosenꝭ. iij. Diminuit autẽ feruorem caritatis ꝛ ꝙ consequens pfectiõis statum carnalis copula ꝓpter tria Primo ꝓpter augmẽtum carnalis adherentie. tanta est enĩ adherẽtia viri cum vxore ut sicut qui adheret deo efficit vnus spũs cum ipo. sic qui adheret vxori efficit vna caro cum ipa. vnde ex ore ꝑmi parẽtis dictum est gen. ij. Relinquet homo patrem ꝛ matrẽ ꝛ adhebit vxori sue ꝛ erunt duo ĩ carne vna. Planũ est aũt ꝙ ꝙnto maior adherẽtia est hominis cum carne ꝛ cum mundo. tanto minorat eius adherẽtia cum deo. vnde aplis volẽtibꝫ pfecte xpo adherere vinculum cõiugale omnino erat relinquendum. Secundo ꝓpter augmentum socialis cõplacentie. Quãtum enĩ malum fecerit cõplacentia vxoris in primo parente effectus demonstrauit. Qui ut dicit Augꝰ. Non fuit victus aliqua concupiscẽtia nec ignorantia ꝫ quadaꝫ amicabili cõplacẽtia ex qua interuũ fit ut offendat deꝰ ne offendat homo. psuasiõi vxoris obediẽs precepta dei cõtempsit. Vnde dicit apls. i. Chor. vij. Qui cũ vxore est sollicitus est q̃ sunt mũdi quomodo placeat vxori ꝛ diuisꝰ est. quia partem de seipo dat deo partem dat mũdo ꝛ partẽ dat vxori vt glo. dicit. Tercio ꝓpter carnalis concupiscẽtie. Dicit enim glo. sup illo verbo. i. Chor. vij. Si nupserit virgo non peccauit. tribulationẽ tamen carnis habebũt huiusmodi ꝙ coniugati maiorem cõcupiscẽtiaꝫ habent in carne quaꝫ continentes. ꝓpter continuam expientiaꝫ ꝓpter perseuerantiam ꝛ ꝓpter auxilij deficientiam. Aplis ergo tendentibus ad pfectiõis statum relinquẽdum erat vinculũ coniugale. ¶ Ad ꝑmũ ergo est dicẽdum ꝙ ad hec inducit abstinentia cibi ꝛ potus ut seruet continentia eo ꝙ corpus estuãs vino facilꝫ spumat in luxuriam ut Ieroꝰ. dicit. xpus aũt suos discipulos sui pñtia abstinentibꝫ faciebat fortiores. Vnde carentia illiꝰ abstinẽtie nõ diminuit in eis pfectiõis statum quia ipe tali via incessit ut cum peccatoribus manducaret ꝛ biberet. Post ascensionem autẽꝫ xpi apli ieiunauerunt ꝛ vigilijs ꝛ

augmẽtũ

ieiunijs eorū corpa castigabāt. Iux̄ illud. i. Chor. ix. Castigo corpꝰ meum ⁊ in seruitutem redigo. Vinculū autē cōiugale ē ꝑpetuū. Vñ quātūcunq; xp̄us in sui pñtia fecisset apl'os ɔiugatos continentibus fortiores post suum tñ recessum diminuisset de eorum ꝑfectiōis statu copula cōiugalis sic diminuisset de statu ꝑfectiōis eorū si alijs opibꝫ perfectiōis et superogatiōis non institissent. ¶ Ad. ij. ē dicendum ꝙ ista duo simul stant ꝙ aliqui nō sunt ꝑfecti ⁊ tñ sūt ī statu ꝑfectiōis sicut multi religiosi eo ip̄o ꝙ in statu religiōis sunt ī statu perfectiōis perfecti tamē non sunt. si opa perfectiōis non impleant. sicut multi non existentes ī statu perfectionis. perfecti tamen esse possunt. Vnde abraham ⁊ alij sancti patres ī statu ɔiugali existentes perfecti fuerūt Naꝫ ut dicit Augꝰ. ī libro de Bono ɔiugali. Continētia animi nō corporis virtꝰ ē ꝫ virtꝰ animi quādoq; ī opere manifestat̄. quādoq; in habitu latet. Ideo sicut nō fuit impar meritum in Petro q̄ passus est et in Iohe qui passus non ē sic non fuit impar meritū ɔtinētie in Iohe qui nullas exptus ē nuptias et in abrahā qui filios gn̄auit. ¶ Ad. iij. est dicenduꝫ ꝙ ꝑpetua obligatio debet esse de his que sunt perfectiōis opera nō aūt de copula ɔiugali que ponit̄ eē indulgētie. non supeminentie. non enim dixit xp̄us querenti perfectiōis statum vade et sta cum vxore tua. sed vade & vende omnia que habes et da pauꝑibꝫ ⁊ sequere me. obligatio ergo ꝑpetua in tp̄alium carentia. ī continentia. ⁊ obedientia. que sunt perfectionis opera. facit proprie perfectiōis statum.

Ad. iij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ continentia in apl'is nō fuerit cuꝫ voto seruata. Tanto enī aliquid laudabiliꝰ est ⁊ magis meritorium q̄nto est magis voluntariū. ꝫ votum quādaꝫ necessitatem et coactiōeꝫ imponit. diminuit ergo de merito. ⁊ ꝑ ɔsequēs de ꝑfectiōis statu. ¶ Preterea dicit prosper ī libro de vita ɔtemplatiua sic abstinē vel ieiunare debemus vt non nos necessitati ieiunandi subdamꝰ ne iam non deuoti ꝫ inuiti rem voluntariam faciamꝰ. seruassent ergo apl'i inuiti continentiaꝫ si ex voto fuissent obligati. ¶ Preterea sup illo verbo Math. xix. Sunt eunuchi qui de vtero matris sic nati sūt. Dicit Leroꝰ ꝙ illi qui non voluntate ꝫ natiuitate continētiā ꝑuant non merent̄ nec p̄miant̄. Continentia ergo in apl'is debuit esse cum voluntate et non necessitatis voto seruata. ¶ In contrium est quia

perfectio apl'or fuit in obseruatiõe consilior non solum p̃ceptor. Sz consilium dat̃ non solum de continentia verum etiam de vouenda continentia. vt patet per glo. sup illo v̄bo. Vouete et reddite domino deo vestro. continentia ergo in apl'is fuit ex voto seruata. ¶ Rñsio. Dicẽdum q̄ sicut dicit Crisos. sup Math. Disciplina xp̄i ex moribus sue familie nobis demonstrat̃. Est autem talis disciplina domini ut perfectior & magis meritoria sit cõtinentia seruata cum voto q̃z sine voto. & ideo dicendum est q̄ talis fuit mo~~ris~~ sue familie puta apl'or vt ɔtinentiã ⁊ alia p̄fectiõis opa cum voto seruarẽt. Q̄ aũt maioris perfectiõis & maioris meriti sit cõtinentia cum voto seruata q̃m sine voto q̃ntum ad p̃ns spectat ex trib⁹ patet. Primo ex parte eius quod vouet̃. Quãto enim aliquis plus dat alicui tanto magis ab eo aliq̄d meret̃. qui autez ɔtinentiam seruat ꝓpter dei amorem dat deo solum corporis continentiam. ꝫ qui voto se astringit ad ɔtinẽtiam ꝑuandaz dat deo voluntatis potẽtiam quia ex tũc facit se impotẽtem. ut aliud facere sibi non liceat. Plura ergo offert deo ɔtinens cum voto q̃z sine voto. Secundo ex parte vouentis. Voluntas enim vouentis firmat̃ in bono ꝓposito. Vnde sicut ad augmentum culpe facit voluntas obstinata & firmata in malo. sic ad augmentum meriti facit voluntas firmata & stabilitata ĩ bono. Tercio ex parte ip̄i⁹ dei cui votũ reddit̃ Dicit enĩ Aug⁹. ĩ libro de virginitate. Virginitas nõ q̄a virginitas sed q̄a deo dicata ẽ honorat̃. Vñ ip̄a virginitas voto ꝑuata ad cultuz latrie ꝑtinet. ¶ Ad. i. est dicẽdum q̄ opus ex voto factum non est inuoluntarium ĩ omnib⁹. Multi enim sunt qui illa que vouerũt tam prompta voluntate faciunt ut si nõ vouissent adhuc vouerẽt. Dato tamẽ q̄ in aliquib⁹ opus ex voto factum est in se consideratum non sit voluntariũ. respectu tñ obediẽtie quaz vult implẽ seruando votuz efficit̃ voluntarium ⁊ magis meritoriũ q̃z si sola voluntate sine voto illud impleret. ¶ Ad scd̃m est dicendum q̄ prosper loquit̃ ĩ illo casu quãdo quis nec voluntate bonum opus facit nec retinet voluntatem votum seruandi aut obediendi. ꝫ tantum implet illud q̄d vouit uel q̄ ei precipit̃ humano timore uel pudore. talis enim q̃uis apud deũ habeat̃ votifractor & obedientie p̃uaricator. tñ exquo ex caritate in principio vouit meritum sibi reseruat̃ si de ip̄a cordis preuaricatione peniteat. ¶ Ad. iij. ẽ dicẽdum q̄ saluator ibi distinguit tria genera

continētium quia aliqui cōtinentes sunt ex nat̄a eo qd̄ ex frigiditate vel natiuitate sic orti sunt ut ɔtinentes sint. Aliqui vero violentia ⁊ necessitate sicut illi qui castrant̄ a barbaris. Aliqui autez ꝓposito ⁊ voluntate. ⁊ istis solum ꝓmittit̄ p̄mium. Et ratio huius ē q̄a q̄uis in illis sit cōtinētia corporal'. non tn̄ mētalis. nō enī habētibꝫ mēbra genitalia vel abscisa. concupiscentia fit mansuetiae sed molestior. Aliunde enim habet fontes sperma qd̄ in nob̄ est ꝫ si ipa mēs sobria fuerit nat̄aliū motuū nullū ē nocumētuz ut dicit Crisos.

Questio. Nonagesima prima. de apl'oꝝ obidētia.

Nunc cōsiderandum est de apl'oꝝ obediētia. Circa qd̄ q̄runt̄ tria. Primo. Vtrum obediētia apl'os posuerit in ꝑfectiōis statu. Secūdo. Vtrum obedientia in apl'is magis fecerit perfectionis statum q̄m castitas vel paupertas. Tercio. Vtrum obedientiam apl'i voto ꝓmiserunt.

Ad. i. ergo sic ꝓcedit̄ videt̄ enim ꝙ obedientia apl'os nō posuerit in ꝑfectionis statu. Per illud enim qd̄ quilibet tenet̄ ex precepto agē nō ponit̄ in statu ꝑfectiōis. Sz ex precepto tenet̄ homo xp̄o obedire alit̄ ponitur ex̄ statum salutis. Exo. xxiiij. Omnia que precepit nobis dominus faciemus & erimus obediētes. ergo apl'i ꝑ obediētiaꝫ qua xp̄o subdebant̄ nō ponebant̄ ī statu ꝑfectiōis. Preterea nat̄ale est et debitum iusticie ut inferiores superioribꝫ obediant ad Ro. xiij. Omnis anima p̄tatibus sublimioribꝫ subdita sit. Sed nat̄alia non ponunt hominez in ꝑfectiōis statum. Preterea ɔtinentia et tp̄aliū carentia ponunt hominem in ꝑfectionis statum ut patet Math. xix. Sed si xp̄us mandasset apl'is vxores fornicarias accipe sic̄ mādatuz fuit osee & spolia aliquoꝝ accipe sicut mandatum fuit iudeis Exo. xij talis obedientia fuisset cont̄ ꝑfectiōis opa. ergo similit̄ cont̄ ꝑfectiōis statum. In contrium ē illud quod scri' Math. xi. Qui nō accipit crucem et sequit̄ me non est me dignus. Sed hec fuit ꝑfectio obediētie apl'orum sequi xp̄m vsqꝫ ad mortem non q̄ncunqꝫ ꝫ crucis sic̄ patuit de Petro. ergo talis obediētia posuit eos in ꝑfectiōis statu. Rn̄sio. Dicēduz ꝙ q̄nto aliquid magis nat̄alit̄ amat̄ tanto ꝑfectiꝰ ɔtemnit̄ propt̄ xp̄m. nichil autez est homini amabiliꝰ libertate ꝓpe volūtatis quia ꝑ hanc hō deo suo supiori fruit̄. sibi eq̄li vtit̄. et suis inferioribꝫ

dominatur. Vnde sicut non est aliquid ꝙ homo naturali effectu magis refugeat q̃z seruitutez preter mortem que est finis omnium terribiliũ sic homo non potest pro alio alicui plus impendẽ pret̃ mortem q̃m seip̃m eius seruituti subiugare ꝓpter quod Thob. ix. Non inueniens Thobias aliquid maius quod angelo offerret quez hominẽ putabat dixit. Si meip̃m seruum tradam tibi non ero condignus prouidẽtie tue. Ista ergo obedientia qua apl̃i seip̃os in xp̃i seruitutez tradiderunt propriam voluntatem abnegantes posuit eos in ꝑfectionis statum propt̃ tria. Primo quia in hoc fuerunt xp̃i imitatores qui cũ dixisset Math. xxvi. Mi pat̃ si possibile ẽ transeat a me calix iste. statĩ subdit verumtñ non sicut ego volo sed sicut tu. Et Ioh. vi. Descendi de celo non ut faciam voluntatem meam ꝫ voluntatem eius qui misit me. Vnde sicut ip̃e xp̃us voluntatẽ humanã diuine voluntati supposuit sic apl̃i ꝓpriaz volũtatẽ abnegantes & se diuine volũtati supponẽtes xp̃i imitatores facti sunt. Secundo q̃a in seip̃is talis obediẽtie fuerũt obseruatores. Dicit enim Paulus gal. ij. viuo ego iam nõ ego viuit vero in me xp̃us q̃si suã vitam nõ suam existimans ꝫ xp̃i. ⁊ Ro. xv Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmoꝝ sustinẽ in nobis ip̃is nõ placere sicut xp̃us nõ sibi ip̃i placuit. ꝫ sicut scriptũ est. Impropia improprantiũ tibi ceciderũt sup̃ me. Tercio quia ad hoc apl̃i fuerunt alioꝝ exhortatores. Dicit enim Paulus. ij. Chor. v. Quoniã xp̃s ꝓ omnibꝫ mortuus est sic qui viuunt iam non sibi viuant ꝫ ei qui ꝓ ip̃is mortuus est & resurrexit. Et nõ solum xp̃o. imo eius mĩstris hortat̃ esse obediendũ Ad hebre. vltimo. Obedite p̃positis vestris ⁊ subiacete eis. ¶ Ad. i. ergo est dicendum ꝙ abnegare ꝓpam voluntatem per obediẽtiam. Vno modo est de necessitate salutis ut ꝙ non admittat homo in sua volũtate aliquid q̃d sit contrarium diuine dilectiõi. Alio modo superogatiõis est & consilij ut ꝙ homo seip̃m neget q̃ntum ad illa quibꝫ licite posset vti in quibꝫ alteri se supponere ꝑfectiõis est & consilij. Apl̃i autẽ non solum in illis quibꝫ poterant vti imo in ꝓpa vita se odio habuerunt & seip̃os negauerunt ꝓpter xp̃m. ¶ Ad. ij. est dicendũ ꝙ aliquid potest dici gratuitũ duplicit̃. Vno modo ex parte operis vt q̃n ad illud nõ obligat̃ ex p̃cepto Alio modo ex ꝑte opantis quia dato ꝙ ad illud teneat̃. libera tamẽ ⁊ prompta voluntate facit Vtroq̃ autez modo obedientia apl̃oꝝ fuit gratuita. & ꝑfectiõis opus

Primo ex parte ipi⁹ obedientie. Obedierunt enim in abdicatiōe ꝓpe voluntatis ꝑ continentiam & tp̄alium carentiam & ex parte ipoꝝ q̄ obediebant quia cū feruore amoris ⁊ ꝓmpta volūtate xp̄o famulatū exhibebant. qd̄ manifestum est in passionib⁹ quas cōstat nature esse contrias ad quas ipi gaudētes ibant quia digni habiti sunt ꝓ noīe hiesu contumeliam pati. ¶ Ad. iij. est dicendu3 ꝙ sicut deus opatur sup̄ natam non tn̄ cont̄ natam quia ut dicit Aug⁹. Hec est natura vniuscuiusq3 rei ꝙ in ea deus opatur. sic deus potest p̄cipere sup̄ virtutem que ꝑm solitum cursum virtus nunc appellatur. non tn̄ potest precipe cont̄ virtutē quia in hoc consistit virt⁹ ⁊ rectitudo humane voluntatis ut diuine voluntati conformet̄ et ei⁹ preceptum sequat̄. Si ergo xp̄s precepisset apl̄is homicidum non fuisset iniustum. q̄a ipe est dominus vite et mortis & si precepisset spolia aliquoꝝ recipe nō fuisset furtum. quia sua sunt omnia et cui vult dare pt̄. Similit̄ si precepisset vxores fornicarias assumē. nō fuisset fornicacio q̄a ipe ē humane gn̄ationis ordinator ⁊ ille esset debitus mod⁹ vtēdi muliere quaꝫ instituisset. Vnde talis obediētia non fuisset cont̄ ꝑfectiōis opa nec cont̄ ipoꝝ ꝑfectiōis statum.

Ad. ij. sic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ obediētia nō magis fecerit in apl̄is perfectionis statum q̄ꝫ castitas uel pauptas. Illud enim magis perfectū ē qd̄ magis diūgit fini ⁊ cuius oppositū magis a fine elōgat Sed ysidor⁹ dicit in libro de sinonimis. ꝙ castitas hominē celo iūgit et ad celum hominem pertrahit. libido vero hominē ad tartara mittit magis ergo facit ad ꝑfectiōis statū castitas q̄m obediētia. ¶ Preterea quāto oppositum alicui⁹ est damnabili⁹ et ꝑiculosius tanto illud ē magis ꝑfectum. ꝫ oppositū sp̄ualis pauptatis est cupiditas q̄ dicente apl̄o. i. Thimo. vltimo est vt radix omnium maloꝝ. magis g° facit ad ꝑfectionis statu3 abdicatio tempalium ꝓpter xp̄m q̄m obedientia ¶ Preterea que sunt ꝑfecta in se magis faciunt ad ꝑfectionis statu3 q̄ꝫ illa que ꝑficiunt̄ in compatione alioꝝ. Sed fides spes et caritas q̄ sunt virtutes theologice cu3 habeant deu3 ꝓ obiecto ⁊ ꝓ fine ꝑficiūt hominem immediate. non autē sic obedientia cuius ꝑfectio consistit in abdicatione ꝓpe voluntatis. ergo illa faciunt magis ad ꝑfectiōis statu3. ¶ In contrium ē qd̄ dicit gregori⁹ vltio moraliū. Sola nanq̄ obedientia virtus est que virtutes ceteras menti inserit. insertas q̄

custodit. ¶ Rñsio. Dicendum ꝙ ut dicit Gregoꝰ. super illo verbo Joh. xvij. Ego pro eis sanctifico meipm ut sint et ipsi sanctificati in veritate sicut xp̄us seipm obtulit deo patri acceptabilē hostiā. sic suos apl'os hostiā acceptabilē deo fecit. q̄a ip̄e caput eoꝝ erat. q̄ imolabant̄ non quidem in figura sicut olim fiebat. ꝫ in rei veritate ex quo verbo expresse habet̄ apl'os ꝑ obedientiā seip̄os abnegasse. & xp̄o se obtulisse per abdicationem ꝓp̄e voluntatis quoꝝ obedientia q̄ntum ad presens excessit omnia alia ꝑfectiōis opa in tribꝫ. Primo in dignitate. Nā ꝑ pauꝑtatis votum offert̄ deo sacrificium de omnibꝫ exterioribꝫ rebus Per votum vero ꝯtinentie de ꝓprio corpore. Sed ꝑ obediētiam ꝓp̄am voluntatem quis offert. Nam ut dicit Gregoꝰ. vltimo moraliū exponens illud verbum. i. Re. xvi. Melior est obedientia q̄m victima. Obedientia quippe victimis iure ꝑponit̄ quia ꝑ victimā aliena caro mactat̄. ꝑ obedientiam vero voluntas ꝓp̄a religat̄. sicut ergo anima vel volūtas q̄ religat̄ dignior est corpore. & corpꝰ digniꝰ exterioribꝫ rebꝫ. sic obedientia omnia ꝑfectiōis opa excedit in dignitate. Secūdo in vtilitate. ꝑ voluntatem enim vnusquisq̄ dñatur rebꝫ exterioribꝫ et sui corporis motionibꝫ imo eius intellectionibꝫ. Est enim volūtas domina in toto regno anime impatiue & det̄minatiue. Vñ qui dat voluntatem totum dedisse intelligit̄. Tercio excedit in sanctitate. Nā abdicatio tp̄alium vel corporis ꝯtinentia nulliꝰ sanctitatis ul' meriti esse censet̄. nisi ordinet̄ ad impletionem diuine volūtatis. q̄d recte ad obedientiam spectat. Magis ergo in apl'is fecit obediētia ad ꝑfectiōis statum q̄ ad aliud ꝑfectionis opus ꝓpter eius dignitatem. ꝓpter eius vniursalitatem. & ꝓpter eius sanctitatem. ¶ Ad. i. g° est dicēdum ꝙ castitas deo ꝯiungit ꝑ quādam assimulationem eo ꝙ esse in carne et preter carnem viuere habet q̄ndam similitudinē spūalis nat̄e cuiusmodi est nat̄a diuina ⁊ angelica. quia deꝰ spūs est Joh. iiij. & āgelꝰ spūs est. Qui facit angelos suos spūs Ad hebre. i. Sꝫ obedientia deo cōiungit ꝑ eius voluntatis impletionē sine qua nec ip̄a castitas nec alia ꝑfectiōis opa essent meritoria. Vnde sicut caritas omnia opera facit esse virtuosa ⁊ deo grata informatiue. sic obediētia instrumētalit̄ effectiue et conseruatiue. Vnde signant̄ dicit Gregoꝰ. ꝙ ceteras virtutes mēti inserit. insertas q̄ custodit. ¶ Ad scd̄m est dicendū ꝙ cupiditas que est radix omniū maloꝝ est viciū generale pro omni inordinato

amore ꝓpe excellentie. speciale autez vicium est ꝑm ꝙ vsitatiori noīe appellat̄ amor pecunie & rerū tp̄aliū ut dicit Aug⁹. xi. sup gen̄. ꝑm quem modum damnabilior est inobedientia q̄ talis cupiditas. cum hec huiusmodi cupiditas eēt mala nisi animꝰ retheret̄ ab impletiōe diuine voluntatis ⁊ ne sibi ex toto conatu subderet̄. ¶ Ad. iij. ē dicēdum ꝙ verum esse virtutes theologicas pfectiores esse pro tanto. q̄a eis adheret homo deo immediate tanq̄ fini. Dicit enim Aug⁹ ī lib° de vera religiōe. ꝙ deus immediate confitendꝰ est fide spectandus est spe ⁊ querendus est caritate. Sed int̄ virtutes morales quibꝫ omnia creata contemnunt̄ vt expeditiꝰ ad deū pueniant̄. obedientia pfectior est cum per ip̄aꝫ abneget̄ ꝓpa voluntas quia nichil in t̄renis creat̄is dignius ⁊ carius inuenit̄.

AD. iij. ergo sic ꝓcedit̄ videt̄ enim ꝙ apl̄i obedientiam voto non promiserunt. quia qd̄ non est scriptum de apl̄is temerarium est asserere. ꝫ nō ē scriptū de eis ꝙ ip̄i obediētiaꝫ voto ꝓmiserīt. ¶ Pret̄ea vnus amicus non tenet̄ alteri obedientiam promitte. importat enī obedientia quādam subiectionem ⁊ seruitutem inferioris ad supiorē Sed scribit̄ Ioh. xv. Iam non dicā vos seruos ꝫ amicos. quia omnia quecunq̄ audiui a patre meo nota feci vobis. ¶ Pret̄ea votū non est nisi de ope pfectionis ⁊ superogatiōis. Sed obedientia non ē opus perfectiōis & superogationis quod patet ꝑ eiꝰ oppositum. dicit enim Ambroꝰ. ꝙ omne peccatum ē preuaricatio legis diuine et celestium inobedientia mandatoꝝ. ¶ In contrium ē quia vouere nō ē aliud q̄ quodam zelo ⁊ feruore voluntatis seip̄m negare deo subdere ⁊ hoī propter deum. ꝫ hoc fecerūt apl̄i. sup illo enim verbo Act̄. v. Rn̄dens autē Petrꝰ et apl̄i. Dixerunt obedire oportet deo magis q̄ hominibꝫ dicit glo. ꝙ feruore ⁊ zelo non patiunt̄ vnum pro omnibꝫ loqui sed breuit̄ loquentes dāt exemplū non vtēdi verborū circuitu. ¶ Rn̄sio. Dicendū ꝙ sup illo verbo psal. Vouete et reddite domino deo vestro Aug⁹. notat ꝙ aliqua sunt vota cōmunia sine quibꝫ non ē salꝰ ut vouē fidem in baptismo et abrenunciare dyabolo et pompis eius nō occidere non supbire et cetera alia que etiā si non promittimꝰ soluere debemus. de his enī vt dicit precipit̄ omnibꝫ. vouete ⁊ reddite. Alia vero sunt vota ꝓpa singuloꝝ ut castitas. virginitas. et obedientia. ad hec enim vouenda nos xp̄s inuitat. nō enī p̄cipit ut talia voueamꝰ

ſed ut vota reddamus · quia vouere voluntati conſulit ſed poſt voti
promiſſionē neceſſario redditio exigit · Vtroq; autē modo apli vota
promiſerunt · Primo vota cōmunia in eoꝝ baptiſmali regeneratiōe
tunc enī fidem promiſerunt et dyabolo et pompis eiꝰ renunciauerūt
multo firmius ꝛ feruentiꝰ q̄ alia xpi membra · Secundo vota ꝓpria
in eoꝝ a xpo vocatiōe · quādo dixerūt Math · xix · Ecce nos relinq̄mus
omnia ⁊ ſecuti ſumus ꝛc · Ecce inq̄ nos caſtos offerimꝰ p otinentiaꝫ
relinq̄mus omnia p tempalium carentiā · ꝛ ſecuti ſumꝰ ꝛc p ꝓpetuaꝫ
obedientiam · Ad · i · ergo eſt dicendum q̄ ſicut Augꝰ · dicit ſup illo
verbo · Vouete ꝛ reddite · vouete inq̄ mente quodlibet bonum opuꝫ
et reddite ope neceſſario poſt votum · ex quo dicto habet q̄ vouere eſt
mentis intentionis q̄ nō ſcribit ꝫ voluntate ſola exp̄mitur · Redditio
vero voti eſt opis executiōis · quāuis ergo de aplis nō ſit ſcripta voti
expreſſio de eorū obedientia · eſt tñ ſcripta voti redditio ⁊ opis executio
Ad · ſcōm ſoluit Augꝰ · Job · xv · dicens · q̄ ſicut ſunt duo timores
ſic due ſunt ſeruitutes · Eſt enim timor quem perfecta caritas mittit
foras in quo eſt ſeruitus ſeruilis ſimul mittēda foras cum ipo timore
Eſt autē alius timor caſtus ꝓmanens in ſeculū ſeculi habēs incluſā
ſeruitutem filialem quam habuerunt apli ad xp̄m eorū voluntatem
abnegantes ꝛ ſue volūtati ſeipos ad obedientiā ſubdentes · Ad · iij
eſt dicendū q̄ hīc due virtutes comunis et ſpecialis poſſunt verſari
circa eandem materiā · diſtinguūt tamē ſub ratione formali ſpecialis
obiecti · ſic duo vicia cōmune ꝛ ſpeciale poſſunt verſari circa eandem
materiam · diſtinguunt tamen ſecundū rationem formalem obiecti ·
Inobedientia ergo ut eſt cōmune vicium eſt preuaricatio legis diuine
vt dicit Ambroſius · Sz ſecundum quod opponitur ſingulari virtuti
et operi ſingularis pfectiōis ē vicium ſpeciale ·

Queſtio · Nonageſima ſcda · quomodo aplorum pfectio obſeruata eſt in epis eccleſie primitiue ·

Dictum eſt quomodo ſtatus pfectiōis in xpo fuit exemplarit
demonſtrata ꝛ quomodo fuit i eius aplos ab eo deriuata
Nunc videndū eſt qualit in ꝓmitiua eccleſia fuit obſeruata
Circa q̄ nouem occurrunt cōſiderāda · Primo quomodo pfectio vite
aplice obſeruata fuit i epis ⁊ prelatis Secūdo quomodo i pſbiteris

et dyaconibꝫ. Tercio quomodo in martiribꝫ. Quarto quomodo in cõfessoribꝫ. Quinto quomodo ĩ viduis ⁊ virginibꝫ. Sexto quomodo in monachis ⁊ manibꝫ laborãtibꝫ. Septimo quomodo ĩ monachis contemplatiõi vacantibꝫ. Octauo quomodo in p̃dicatoribꝫ euãgelij. Nono quomodo in doctoribꝫ ⁊ expositoribꝫ sacre scripte. Circa p̃mũ querunt̃ quatuor. Primo. Vtrum ep̃i in ecclesia primitiua seruarent apl'orum vitam de non habendo ꝓp̃um. Secundo. Vtrum ep̃i tunc seruarent apl'oꝝ vitam de non habẽdo possessiones. Tercio. Vtrum tunc ep̃i & clerici ecclesie p̃mitiue seruarẽt apl'orum vitam de voto cõtinentie. Quarto. Vtrum tunc ep̃i seruarent apostolorum vitam de voto obedientie.

AD. i. ergo sic ꝓcedit̃ videt̃ enĩ ꝙ ep̃i in p̃mitiua ecclesia tenerent̃ seruare apl'orum vitam de nõ habẽdo ꝓp̃um. Dicit enĩ clemẽs quartus successor Petri & ponit̃. xij. q. i. Comunis vita omnibus est necessaria maxime his qui vitam apl'oꝝ eoruꝫ ꝙ discipuloꝝ imitari volunt. Sꝫ ep̃i p̃mitiue ecclesie imitores apl'oꝝ fuerũt ⁊ eoꝝ discipuli ergo tenebant̃ nõ habẽ ꝓp̃um. ¶ Preterea Ieroꝰ. dicit ad nepocianuꝫ Clerici dicunt̃ quia de sorte domini sunt. vel quia ip̃e dominus sors et pars est ip̃orum clericoꝝ. qui ergo dominum possidet et cum ꝓp̃ha dicit pars mea dominꝰ est. nichil ex̃ dominum habẽ potest ꝙ si quis proprium aliquid habuerit pret̃ dominum puta auruꝫ vel argentuꝫ vel possessiões seu variam suppellectilem cum talibꝫ partibꝫ dominꝰ non indignat̃ fieri pars eius. ¶ Preterea dicit Ambroꝰ. Cui porcio deus est nichil aliud curare debet nisi deum ne alterius impediat̃ necessitatis munẽ quia hec ẽ vera sacerdotis fuga abdicatio domesticoꝝ et quedã alienatio kr̃ismorum vt suis se abneget qui seruire deo gestit ¶ Preterea Ieroꝰ. distinguit duo gn̄a xp̃ianoꝝ laicoꝝ ⁊ clericoꝝ. et per hoc dicit esse distincta hec duo gn̄a quia clerici victu & vestitu ꝯtenti nullam ꝓprietatem habentes. debent habẽ omnia cõmunia. laici vero vxores ducere & ꝓp̃um habere possunt. ¶ In contrarium ẽ quia nullꝰ habet dñium rei aliene ut possit ip̃am relinquere cui placet. Sꝫ ep̃is semp licuit de rebꝫ ꝓp̃ijs vel acquisitis vel quicq̃d de ꝓp̃o habuerũt vt heredibꝫ suis cũ voluerunt relinquerent ut scribit̃. xij. q. i. Semp g° licitum fuit ep̃is ꝓp̃um habere. ¶ Rñsio. Dicendum ꝙ ĩ hac q̃stione tria faciunt dubium. Primum est dictum Ieronimi in libro illustriũ

viroꝝ·c·xi· vbi dicit·talē p̄mo fuisse ecclesiam credētium ī xp̄o quales nunc monachi esse nituntur & cupiunt ut nichil cuiusq̄ ꝓprium sit nullus inter eos diues·nullꝰ paup·patrimoniale gentibꝫ ⁊ paupibꝫ diuidat̄· oratiōi vacet̄ & psal·doctrine q̄ ⁊ ꝯtinentie·quales ⁊ lucas refert p̄mum Ierosolime fuisse credentes· Cum igit̄ monachi ꝓp̄um habere nō possunt exquo tales fuerūt in p̄mitiua ecclesia prelati· q̄les nunc monachi cupiunt esse clare patet ꝙ illi ꝓprium non habebant sequit̄ ꝙ ep̄i in p̄mitiua ecclesia tenebant̄ non habere ꝓp̄um· Scd̄m est preceptum domini·qui luce·x·mādauit apl̄is ut nichil possiderēt non aurum ul̄ argentum nec pecuniā in zonis· Si ergo apl̄is int̄dictum est habē ꝓp̄um intelligit̄ eē int̄dictum omnibꝫ ep̄is & p̄latis qui sunt apl̄orum successores· Tercium ē dictū multoꝝ doctoꝝ illoꝝ specialit̄ quoꝝ capl̄a sup̄ allegata sūt et ponunt̄·xij·q·i· que expresse vident̄ prohibere clericis ⁊ ep̄is non habere ꝓp̄um· Sciendum ē ergo ꝙ ep̄is & clericis nō sunt aliqua prohibita exceptis his que prohibent̄ alijs nisi illa ad que voto se obligant ul̄ ex ꝓp̄a voluntate ul̄ ex mādato ecclesie· non habere aūt ꝓp̄um cum sit consilij & superogatiōis non int̄dicit̄ alicui nisi ad hoc voto se astringat· Vnde cōmunit̄ ep̄is et clericis non int̄dicit̄ habere ꝓp̄um· Istiꝰ tamen consilij & p̄fectiōis ep̄i et prelati ecclesie p̄mitiue fuerunt obseruatores· in quibus plene apl̄ica vita fuit obseruata· Processu vero temporis q̄a multi int̄turi erant ecclesiā ab illa p̄fectione apl̄ica deficientes prouide ordinauerūt sancti patres in multis concilijs ut ep̄i ⁊ clerici ꝓp̄um possent habere et illud relinquere heredibꝫ domesticis & ꝓpinquis ꝓ eoꝝ voluntate vt dicit Augꝰ· Certe ego sum qui statueram nullum ordinare clericū nisi mecū vellet manere sine ꝓprio·aut si vellet a ꝓposito recedē recte ei tollerem clericatum· Ecce in conspectu dei ⁊ vestro muto consiliū· Qui volunt habere aliquid ꝓprium quibꝫ nō sufficit deus ⁊ ecclesia eius·maneant vbi volunt ⁊ ubi possunt·non eis aufero clericatum ex quo manifeste dedit intelligere omnes habētes ꝓp̄um a p̄fectione vite apl̄ice deficē· preceptum vero xp̄i factuꝫ apl̄is ꝑm Augꝰ·nō fuit prohibitionis ꝫ concessionis· Concessit enim xp̄us ut apl̄i ⁊ omnes predicatores non de ꝓp̄o sed de stipendijs subditoꝝ quibꝫ predicabāt possent viuē· nō tn̄ prohibuit ꝙ si aliq̄ vellēt de suo iure erogare qd̄ eis nō liceret ut ꝙ viuētes de ꝓprio possunt euāgelizare & sacramēta

administrare. Alias ut dicit Paulus peccasset qui de suis laboribus viuens euangeliū predicabat. Dicta vero Ieronimi et aliorum doctorum que superius allegata sunt. intelliguntur vera esse more prelatorum ecclesie primitiue per quos perfectio apostolice vite de non habendo proprium plena seruata est. Et sic per dicta obiectiones superius facte soluuntur.

AD. ij. sic procedit videtur enim quod epi in primitiua ecclesia non tenerentur seruare vitam apostolorum de non habendo possessiones. nullus enim punitur pena mortis per transgressionem diuini precepti. Sed scribitur Act. iiij. quod ananias punitus fuit pena mortis quia fraudauit de precio agri non ergo licebat tunc possessiones habere. ¶ Preterea apostolorum successores sunt epi. sed ipsi possessiones non habebant. ergo nec ipsi epi habere potuerunt. ¶ Preterea quod non conueniebat laicis conuersis ad fidem multo magis non conueniebat epis et clericis. Sed scribitur Act. iiij. Quotquot enim erant possessores agrorum et domorum vendebant precia et ponebant ad pedes apostolorum. non ergo licebat epis et clericis possessiones habere. ¶ In contrarium est quod scribitur. xij. q. i. c. expedit. De paulino et hylario epis qui proprijs abdicatis possessiones ecclesiarum diligenter custodierunt et alias plures a christi fidelibus concessas illis adiunxerunt ¶ Responsio. Dicendum quod planum est prelatos et clericos ecclesie primitiue possessiones non habuisse. sed quare postmodum ordinatum est ut liceat omnibus ecclesijs possessiones habere. Aliam rationem assignat Augustinus. Aliam melchiades papa. Et aliam vrbanus. Nam Augustinus dicit hoc fuisse propter primitiue ecclesie perfectionem. Ait enim primo de doctrina xpiana. c. iij. Quanta vtilitas fuerit iudeis sub pedagogo custodiri per iudeos qui primo crediderunt ex quibus facta est ecclesia prima Ierosolomitana monstratum est. Nam quia illi sub pedagogo et sub lege a deo recepta viuebant et vnum deum colebant tam capaces extiterunt spiritus sancti ut omnia sua venderent eorum quoque precium distribuendum indigentibus ante apostolorum pedes ponerent. se quoque totos dedicarent deo. tanquam templum nouum cuius terrene imagini puta templo veteri seruiebant. et statim subdit. Non enim hoc ullas ecclesias gentium fecisse scriptum est. quia non tam prope inuenti erant qui simulachra manufacta deos habebant. Erant enim multum remoti gentiles a perfectione noui hominis xpi ideo non fuerunt capaces tante perfectionis ut possessiones eorum venderent et precia ad pedes apostolorum ponerent sicut fecerunt iudei. Melchiades

vero papa dicit hꝰ fuisse ꝓpter ecclesie translationē sicut patet·xij·q·i· Preuidebant enim apli ecclesiā de iudea ad gentiles esse tranferēdaz ideo in iudea possessiões ⁊ predia habere voluerūt·Sed postmodum de iudea ad gētiles ecčia trāslata inč turbines ꝛ aduersa sic subcreuit ecclesia ꝛ ad hoc vsqz puenit ut nō solū gentes·imo romani ꝓncipeꝫ potissime Constantinꝰ licentiaz dedit per vniuersum orbē de gentiby fabricandi ecclesias ꝛ predia constituit tribuenda·Sed vrbanus ꝑp dicit hoc fuisse ꝓpter ministroz gubernatiōez ⁊ paupum ꝛ pegrinoz sustentatiōz·Nam si in matrice ecclesia ⁊ in alijs particularib ecčijs sint alique possessiones in cōmuni melius ꝛ vtilius potest prouideri mīstris ecclesie pñtib ꝛ futuris ꝛ pegrini ⁊ paupes cōmodius recipi ꝙ si omnes reddit in pecunia ⁊ reb mobilib haberēt de quibus quādoqz ꝓpter maliciam ministrantium magna distractio fieri solet· ¶Ad·i·ergo est dicendum qꝺ ananias nō fuit punitus morte ut nō liceret ei agrum ⁊ pecuniam receptam ~~in agro~~ ⁊ de agro tenere·ꝙ qa totum vouerat dare·⁊ ante pedes apliz ponere·Vnde mentitus fuit, ꝑp̄ ꝑ̄ spū̄ sō̄ precium ꝙz totum vouendo et postea partem occultando·sicut dicit glo·Act̄·v· ¶Ad scdm est dicendum qꝺ epi ꝓmitiue ecclesie fuerunt apliz imitatores in non habēdo possessiões·sicut ⁊ in nō habēdo proprū· Alij autē successores apl̄os in hoc imitati non sunt·uel qa ab illorum pfectione deficiunt·ut dicit Aug⁹· vel ꝓpter alias ratiōeꝫ superiꝰ assignatas· ¶Ad·iij·est dicendū qꝺ laici qui ī ꝓmitiua ecčia ad xp̄ianaz religionem veniebant voto se astringebant possessiones non habere ⁊ ꝓprio carere sicut expresse dicit glo·Act̄·v·sicut nunc de seculo venientes ad religionem votum pauptatis solemnizant· Vñ signanč dicit Iero⁹· Tales ꝓmo ecčiam credentium in xp̄o fuisse q̄les nunc monachi eē nitunč ⁊ cupiunt·

Ad·iij·sic ꝓcedit videč enī qꝺ epi ꝛ clerici ꝓmitie ecčie nō tuarēt apliz vitā de voto continentie· De continētia enī tuanda ē cōsilium non preceptum·i·Chor̄·vij·et Math·xix· Ergo nec epi nec alij in sacris ostituti tenebant ex precepto apl̄os ī cōtinentia imitari ¶Preterea si continentia esset annexa eꝑatui et alijs ordinib sacris iure diuino uel nāli ꝑp̄ dispensare non posset·ꝙ hꝰ videč falsū qa ī omni voto solemni papa dispensare pt̄ ut sup̄ dictū fuit· ¶Preterea vita apl̄ica ꝓpus fuit ī ecclesia Ierosolimoz ꝛ postea in ecčia grecoz.

obseruata. Sed greci ꝯstituti in sacris contrahunt. Scribit̃ enī. xxxi. di. c. aliter. Qꝛ sacerdotes dyaconi atq; subdyaconi orientalis ecclesie matrimonio copulant̃. ¶ In contrarium ē quia ep̄i ī eoꝝ consecratiōe votum continentie emittunt. Sed in p̄mitiua ecclesia fuit ordo ep̄orū ergo tunc tenebant̃ in voto continentie apl'os imitari. ¶ Rn̄sio. Dicendum ꝙ de voto ꝯtinentie clericorū triplex distinctio est necessaria. Prima est quia clerici orientales ⁊ occidentales in minoribꝫ ordinibꝫ constituti licite possunt contrahere matrimoniū et vti contracto. Scd̄a vero est quia constituti in sacris ordinibꝫ puta ep̄atu sacerdotio dyaconatu et subdyaconatu nec apud grecos nec apud nos possunt matrimoniū contrahere nec vnq̄ potuerunt a tempore apl'orū sicut patet lxxxiiij. di. c. cū in p̄terito. Tercia est ꝙ cōstituti in sacris apud grecos et in ecclesia orientali licite vtunt̃ matrimonio contracto. Vnde si sūt coniugati ad sacros ordines possunt promoueri ꝯtinētia nō ꝓmissa Sꝫ apud nos et ī tota occidentali ecclesia ad sacros ordines ꝓmoueri nequaq̄ possunt nisi promissa cōtinentia. Et si sunt cōiugati exigit̃ vt ip̄i et eoꝝ vxores ꝓfiteant̃ cōtinentiam alit̃ repellunt̃ ne ad sacros ordines promoueant̃. Votum ergo cōtinentie vite apl'ice in prelatis primitiue ecclesie plene fuit seruatum. nō quidē ꝑ ip̄iꝰ xp̄i ul' apl'oꝝ p̄cepti coactiōꝫ cū sit ꝯsilij & superogatiōis opꝰ. ꝫ ꝑ ip̄oꝝ apl'oꝝ imitatiōꝫ et ꝑ hꝰ patet solutio ad p̄mū. ¶ Ad. ij. est dicēdum ꝙ ꝯtinētia annexa est ordinibꝫ sacris nō quidez ex nat̃a rei puta ex ip̄iꝰ ordinis sacri susceptiōe. quia tunc quicunq; acciperet ordinē sacrū tenerentur continentiam seruare. qd̄ est falsum. quia sicut dictum est. greci ordīes sacros suscipiunt et ꝯtinentiam seruare non tenent̃. Sed est annexa continentia sacris ordinibꝫ ex voti ꝓmissiōe qd̄ quidem votū emittit̃ ab illis qui ad sacros ordines volūt promoueri ex statuto ecclesie. nec tamen sequit̃ ꝙ papa in tali voto non possit dispensare. nō obstāte ꝙ votum liget iure diuino ⁊ nat̃ali quia cuꝫ votuꝫ sit ꝓmissio facta deo de meliori bono ⁊ vtiliori papa loco dei potest ꝓ meliori bono vl' vtiliori promissionē factā de minori bono relaxare nō solū cōmutare ¶ Ad. iij. ē dicendum ꝙ statutū ecclesie de voto castitatis emittēdo volentibꝫ ad sacros ordines promoueri non fuit vniuersale quia nō extendenbat se nisi ad clericos occidētalis ecclesie. Vnde scribit̃. xxxi. di ꝙ occidentalis non orientalis ecclesia castitatis obtulit votum. posset

tamen papa si vellet statutum vniuersale facere ut nullus posset ad sacros ordines promoueri nisi continentiam ex voto ꝓmitteret et tūc omnes vniuersaliter ꝑ vniuersū orbē essent ad hoc astricti.

AD. iiij. sic ꝓcedit videt enī ꝙ epi in ꝑmitiua ecclesia nō ꝑuarēt apl'orum vitam de voto obedientie. Joh. enim. xxi. quādo hiesus xp̄us cōmisit oues pascendas Petro in ꝑsona omnium ep̄orum non expetiuit ab eo obedientiā ꝫ dilectiōez dicēs. Si diligis me pasce oues meas. ¶ Preterea ep̄orum obedientia nō est nisi de cura gregis hn̄da sed nullius cura habēda est qui relictus est in manu consilij sui. Scrit enī Ecclesiast. xv. Deus ab inicio cōstituit hominem & reliquit euz in manu consilij sui. ¶ Preterea ꝑfectio obediētie consistit in cōformitate voluntatis humane cum voluntate diuina. Sz homo nō tenet conformare voluntatē suam voluntati diuine semꝑ in volito. ergo nec obedientia vite apl'ice in ep̄is ecclesie ꝑmitiue seruabat. ¶ In cōtrarium ē quia obedientia vite apl'ice fuit obedire xp̄o vsqz ad mortē sed hoc illi seruauerūt in ꝑmitiua ecclesia. ¶ Rn̄sio. Dicendū ꝙ votū obediētie ꝑ pastores ecclesie emittit. De cura habēda ouium & agnoꝝ vt ꝑ agnos intelligant introducendi uel ꝑficiendi. ꝑ oues vero iam perfecti ut dicit Aug⁹. Talis autem obedientia excedit obedientiam quorūcunqꝫ religiosoꝝ siue etiam subiectoꝝ in tribꝫ. Primo ī vniuersalitate quia alioruz obedientia est respectu vnius cui se obedire voto astringunt. pastoris aūt obedientia est respectu omniū quorum curā habet quoꝝ seruituti se subijcit modo q̄ dicebat apl's. i. Chor. ix. Cuz essem liber ex omnibꝫ omniū me seruum feci. Et ad Ro. i. Grecis et barbaris sapientibꝫ & insipientibꝫ debitor sum. Secundo ī difficultate alioꝝ infirmitates portando & voluntati omniū se cōformando est valde difficile. Vn̄ Nūi. xi. Dixit moyses. cur inposuisti pondus vniuersi ꝓpl'i huius sup me nūquid ego concepi omnē multitudinez hanc ut dicas michi porta eos in sinu tuo. sicut portare solet nutrix infantulum suum. Tercio in caritate quia animā suaꝫ ꝛ vitā tenet pro grege exponē qd̄ potissime in prelatis ecclesie ꝑmitiue seruatū est ꝙ quisqz ad ep̄atum ꝑueniens securus erat palmam martirij obtinē vt dicit Grego⁹. in pastorali. ¶ Ad. i. est dicendum ꝙ obedientia ī dilectiōe illa includebat quia ut dicit Aug⁹. sic amoris obediētie eis fuit pascere dn̄icū gregē sic timoris inobedientie fuit negare pastorē

¶ Ad ij. est dicendum q̄ nō est relictus homo in manu ꝯsilij sui ut liceat ei facē omne qd̄ velit ꝫ quia ad illud qd̄ faciendum est nō cogit̄ nat̄e necessitate sicut cetē irrationales creat̄e. ꝫ libera sua volūtate ad cuius ordinationem tenet̄ se subdē alioꝝ consilio & voluntati quia vt dicit Gregoꝰ. vsus ꝑfecte ꝯuersatiōis est ut preesse nō audeat qui subesse non didicerit. ¶ Ad iij. ē dicendum q̄ licet homo non semꝑ teneat̄ velle qd̄ deꝰ vult. tenet̄ tamē velle qd̄ scit eum precepisse ꝑ precepta & imitari que scit eū ꝑsuasisse ꝑ consilia qd̄ fit ꝑ votū obediētie cum quis se xp̄o subijcit ⁊ omnibꝫ ꝓpter xp̄m.

¶ Questio. Nonagesimatercia. quomodo apl'oruꝫ ꝑfectio obseruata ē in presbiteris & dyaconibꝫ ecclesie p̄mitiue.

Deinde considerandum est quomodo apl'orum ꝑfectio obseruata ē in ecclesia p̄mitiua vl' in p̄sbiteris ⁊ dyaconibꝫ. Circa quod queruntur quatuor. Primo. Vtrum ī ecclesia primitiua presbiteri essent distincti ab ep̄is. Scd̄o. Vtrum in ecclesia primitiua presbiteri & dyaconi haberent ꝑfectionis statum. Tercio. Vtrū in ecclesia p̄mitiua presbiteri ⁊ dyaconi essent equal' ꝑfectiōis cum ep̄is. Quarto. Vtrum in p̄mitiua ecclesia in perfectionis statu similiores essent ep̄is p̄sbiteri & dyaconi q̄m monachi.

Ad p̄mum ergo sic procedit̄ videt̄ enim q̄ in primitiua ecclesia presbiteri nō essent distincti ab ep̄is. Que enim sunt sinonima vnum realit̄ non distinguit̄ ab alio. Sed Jeroꝰ. super ep̄l'a ad titum Olim idez presbiter erat qui ep̄s. postmodū vero in toto orbe decretū est ut vnus de presbiteris p̄poneret̄ & scismatum semina tollerentur. ¶ Preterea apl's scribens Tyto Archiep̄o cretensi sic dicit ad Tytuꝫ primo huius rei gratia reliqui te crete ut ea que desūt corrigas ⁊ cōstituas ꝑ ciuitates presbiteros sicut ⁊ ego disposui tibi. sup̄ quo v̄bo dicit glo. q̄ per presbiteros cōstituendos per ciuitatem. apl's intelligit ep̄os cū quelibet ciuitas suum ep̄m req̄rat. ¶ Preterea ordo p̄sbiteroꝝ ponit̄ septimus ordo sup̄ quem non est aliꝰ. si ergo ordo ep̄alis non ē distinctꝰ ab ordine presbiterij nec ip̄i presbiteri distinguunt̄ ab ep̄is. ¶ In contrarium est quia in his que nō sunt distīcta realit̄ vnum nō dicit̄ esse maiꝰ alio. Sed Augꝰ. scribens ad Jeronimū dicit q̄q̄ ꝫm honoruꝫ vocabula que iam ecclesie vsus obtinuit ep̄atus presbiterio

maior sit. tamē in multis rebus Aug⁹. Ieronimo minor ē. Rn̄sio
Dicēdum ꝙ solutio istiꝰ questiōis ponit̄. xxi. di. c. decretis. vbi on̄dit̄
ꝙ ex vetris legis figuratiōe ⁊ ex xp̄i institutiōe ⁊ ex apl'oꝝ ordinatiōe
presbiteros & dyaconos ab ep̄is semper fuisse distinctos. Ex veteris
quidem legis figuratione, planum est ꝙ sacerdotium leuiticum figu=
rabat sacerdotium xp̄i ut apl's ostendit Ad hebre. vij. Sed ibi dicitur
ꝙ sūmi pontifices ⁊ minores sacerdotes a deo sūt instituti ꝑ moysen
qui ex precepto domini aaron in sūmum pontificem. filios vero eius
vnxit in minores sacerdotes. Ex xp̄i vero institutiōe maioꝝ & minoꝝ
sacerdotum discretio facta est quando apl'os tanq̄ maiores sacerdotes
et. lxxij. discipulos quasi minores sacerdotes instituit. vt patet luce. x.
vbi dicit glo. ꝙ sicut ī apl'is forma ep̄oꝝ. sic in. lxxij. forma p̄sbiteroꝝ
quasi scd̄i ordinis est prescripta. Ex apl'orum aūt ordinatione quia
hanc formam apl'i secuti in singulis ciuitatibꝫ presbiteros ⁊ ep̄os or=
dinauerūt. Dyacones v̄ ab apl'is ordinatos legimus quoꝝ maximꝰ
fuit Stephanꝰ. Subdyacones vero ⁊ alios minores ordines ꝓcedēte
tempore ecclesia sibi constituit. quāuis aliqui dicāt ꝙ subdyaconatꝰ
ordo ab apl'is institutꝰ sit. ꝫ inter sacros non cōputatus sicut postea
nūatus est. h° idem patet ex discipulorū apl'orum traditione. Nam
Dyonisius qui fuit discipulus Pauli. v. c. ecc̄iastice. ierarchie tres or=
dines describit. Ep̄oꝝ presbiteroꝝ ⁊ dyaconoꝝ. et ep̄oruꝫ ordinē dicit
esse ꝑfectiuū. Presbiteroꝝ v̄ illuminatiuū. et dyaconoꝝ purgatiuū.
¶ Ad rationes ergo in oppositum est dicendum ꝙ ep̄atum nō esse or
dinem distinctum a presbiterio ⁊ alijs simplicit̄ verum non est. cum
Dyonisius expresse ordinem ip̄orum dicat esse distinctum ab ordine
presbiteroꝝ ⁊ dyaconorū. Et gratianꝰ. xxi. di. ⁊ magister sententiaꝝ
ep̄orum ordinem quadriptitum ponunt. Est ergo aliꝰ ordo respectu
corpis mistici cuius curam recipit ep̄s quasi principalem ⁊ regalem
Sacerdotes autē solū ministerialē respectu cuius nō solū iurisdictiōꝫ
imo aliquem ordinem uel ordinis p̄tatem habet ep̄s preter ordinem
presbiterij. Sed verum est ꝙ respectu corpis xp̄i veri non est alius
ordo ep̄orum & presbiterorū eo qd̄ ad consecrandum corpus xp̄i idē
caracter ⁊ eadem p̄tas est in vtrisqꝫ & ꝓpter hanc dignitatē ī p̄mitiā
ecclesia istoꝝ vocabuloꝝ p̄sbiteroꝝ & ep̄orum vsus promiscuus erat.
quia presbiteri dicebant̄ ep̄i. sicut patet ꝑ illud qd̄ inductū ē de apl'o

ad Titum·i·& epi dicebant̃ p̃sbiteri·ut patet Act̃·xx·hunc morem adhuc ecclesia seruat quia quēlibet ep̃m sacerdotez magnum appellat et b̃m hūc intellectū accipiēda sūt v̄ba Ieronimi sup̃ inducta·

AD scd̃m sic ꝓceditur videt̃ enim ꝙ in p̃mitiua ecclesia p̃sbiteri et dyaconi haberent ꝑfectōnis statū· Nam stephan⁹ & laurēti⁹ dyaconi fuerunt ⁊ stultum esset dicere ꝙ in primitiua ecclesia illi nō fuissent in ꝑfectionis statu· ¶ Preterea quicunq; assumunt̃ ad aliqd̃ officium ecclesiasticum assumunt̃ ad ꝑfectiōis statum· sic̃ pot̃ haberi per Aug⁹·sup illo verbo·Ia·ij·Tu sede hic bene· paupi aūt dicatis tu sta illic sub stabello pedum meoꝝ· vbi dicit ꝙ si hanc distantiam sedendi & standi ad officia ecclesiastica referamus non est putanduz leue esse peccatū acceptio ꝑsonaꝝ· Sz p̃sbiteri ⁊ dyaconi assumebant̃ ad officia ecclesiastica·ergo erant in ꝑfectiōis statu· ¶ Preterea status dicitur affirmit̃ & recte stando b̃m quem modum dicit apl̃s·i·Chor̃·xv·Estote stabiles & īmobiles habundantes in omni opere dñi· sed multi presbiteri & dyaconi in primitiua ecclesia recti ⁊ firmi steterūt ergo erant ī ꝑfectōnis statu. ¶ In contrium ē quia Dyonisius solū ordinem Ep̃orum ponit ꝑfectiuū ⁊ Monachoꝝ ꝑfectum Dyaconoꝝ vero purgatiuū ꝑ cathezisatōnem· Sacerdotum vero illuminatiuū per sacramentoꝝ administrationem· ¶ Rñsio· Dicendum ꝙ status perfectio q̃ntum ad pñs tribꝫ modis potest acquiri· Primo cōmunit̃ et large ꝑ act⁹ dilectōnez· Secundo magis ꝓp̃e ꝑ officij admīstratiōz Tercio ꝓp̃ijssime ꝑ ꝓpetuam voti obligatōnem· Primo modo omnes existentes ī caritate sunt ī ꝑfectōnis statu · quia sola caritas vinculū perfectiōis est Colosenb̃·iij· Isto nanq; modo stat⁹ ꝑfectio opponitur casui peccati & culpe b̃m quē moduz dicit apl̃s· Qui se estimat stare videat ne cadat· Et gal̃·v·dicit·state ⁊ nolite iugo seruitutis iteruz contineri· scd̃o vero modo omnes qui assumunt̃ ad officia ecc̃iastica possunt dici eē in ꝑfectionis statu respectu laicoꝝ· Sunt enim ip̃i q̃si medij inter deum et ꝓpl̃m· Vnde q̃nto sunt ꝓpinquiores deo ratione officij ꝙ ministrant tanto sunt magis ꝑfecti· Isto modo scribit̃·viij·q·i·c·qualis· Nō solum ep̃i et presbiteri ⁊ dyaconi debēt magno ope preuidere ut cunctū ꝓpl̃m cui presidēt ꝯuersatione et sermone excedāt verum etiam inferior gradus puta exorciste lectores et alij· Sz tercio modo ep̃i et religiosi ac omnes illi qui ꝑ votum inꝓpetuam b̃uitutē

se tradūt ad seruiendum xp̄o et hominib⁹ ꝓpter ip̄m in his que sunt perfectiōis opa· sunt in perfectiōis statu· Isto nanq; modo accipitur status ut sonat ī quādaꝫ seruitutē oppositā libertati· ij· q· vij· Si qñ in causa capl'i uel status int̄pellatum fuerit non per ꝓcuratores ꝫ ꝑ seip̄os est agēdum· ¶ Ad primū ergo est dicendum verū eē stephanū et laurentium dyacones fuisse & in ꝑfectiōis statu extitisse non ꝓpter archidyaconatum· ꝫ ꝓpter martirij opus· qd̄ quidem excedit omnia perfectionis opera ut infra dicetur· ¶ Ad scd̄m dicetur ꝙ verum est omnes ministros ecclesie esse in ꝑfectiōis statu ꝓpter officij admīstrationem ꝫ talis perfectio status magis accipitur compatiue q̄ꝫ ꝓprie· Vnde canones clericoꝝ statū magis appellāt gradū q̄ꝫ statū· Scribit̄ enim· viij· q· i· pro gradu sui officij quenq̄ meliorem esse oportet· Et xiiij· q· iiij· scribitur· Si quis oblit⁹ timorem domini et sanctarum scripturaꝝ venerauerit aut turpia lucra ex quolibet negocio quesierit de gradu suo deiectus alien⁹ habeatur a clero· ¶ Ad· iij· ē dicēdum ꝙ certum est multos dyaconos & presbiteros rectos & firmos stetisse in fide & in caritate & multi sic adhuc stant ⁊ quantum ad hoc fuerunt assumpti ad ꝑfectiōis statum ut status opponitur casui culpe· ꝫ non pro ut stat⁹ seruitutis opponitur libertati ꝑm quem modum soli illi qui voto obedientie in seruitutem aliorū se tradunt propter christum dicuntur esse in ꝑfectiōis statu·

AD· iij· sic ꝓcedit̄ videtur enī ꝙ in p̄mitiua ecclesia presbiteri et dyaconi essent equalis ꝑfectōnis cum ep̄is· Ep̄i nanq; tenentur animaꝫ pro gregib⁹ ponere Joh̄· x· Bonus pastor animam suā poīt pro ouib⁹ suis· Sed hoc multi presbiteri & dyaconi fecerunt ī p̄mitīa ecclesia· ergo fuerunt equalis ꝑfectionis cum ep̄is· ¶ Preterea habere curam alioruꝫ est ꝑfectionis status· sed sicut ep̄s habet curam in sua dyocesi· sic presbiter ī sua ꝑrochia ⁊ dyaconus ī suo archidyaconatu ergo sunt in equali ꝑfectionis statu· ¶ Preterea Aug⁹· dicit in epl'a ad Valeriū· sicut nichil in hac vita maxime h⁹ tempore difficili⁹ laboriosius & ꝑiculosius ē ep̄i & p̄sbiteri aut dyaconi officio· sic apud deum nichil beati⁹ si eo modo militet̄ quomodo noster imꝑator iubet· videt̄ ergo Aug⁹ ponē omnes istos in equali perfectōne si eo modo administrent quo ministrare debēt· ¶ In contrium est quia soli ep̄i perpetue seruituti illoꝝ se tradūt quorum curam suscipiunt· ergo soli

ipi sunt in pfectionis statu in genere prelatoꝝ. ¶ Rñsio. Dicendum
ꝙ sicut dicit Augꝰ. xij. de trini. c. xi. Tanto magis inheret deo q̃nto
minus diligitur ꝓpum. possumus autem distinguere triplex ꝓpum
quorum pmum est tempale subsidium qd quidem concedit homini
iure positiuo quo quilibet potest dicere hec villa est mea & hec domꝰ
est mea. viij. di. c. quo iure. Scdm est carnale ꝯiugium quod concedit
homini iure natali. i. di. Jus autē natale est. Tercium est libertatis
arbitrium qd quidem concessum est homini iure diuino in pmordio
sue creationis quando factus est ad ymaginem dei ut per voluntatis
arbitriū preesset omnibꝰ animalibꝰ Gen. i. Tempale ergo subsidiū
qd est pmum ꝓpum trahit animum hominis ad diuitias temporales.
Carnale vero ꝯiugium qd est scdm ꝓpum trahit hominis animum
ad concupiscentias carnales. Sed voluntatis arbitrium trahit animū
hominis ad libertates ⁊ honores temporales Primum ergo ꝓprium
dimittit per votum pauptatis. Scdm vero p votum castitatis. Sed
tercium per votum obedientie cum quis tradit se in alioꝝ seruitutem
propter xpm. Si ergo sm Augꝰ. tanto magis inheretur deo quanto
minus diligit ꝓpum & q̃nto magis adheret deo tanto magis ponit
homo in pfectionis statu. cum presbiteri & archidyaconi in pmitiua
ecclesia non dico in pmitiua ecclesia aplorū ꝫ postmodum in ꝓcessu
temporis nō ~~dimittebat~~ ꝓpum tempalis subsidij per votum paup-
tatis nec ꝓpum carnalis cōiugij per votum castitatis cum ad hoc tūc
non eēnt astricti nec adhuc sūt cōmunit omnes nec ꝓpum volūtatis
arbitrij per votum obedientie cū curam susceptam prochie uel archi-
dyaconatus possunt dimittē ⁊ adhuc possunt. Concludendum ē ꝙ
presbiteri & dyaconi nec fuerūt nec sunt equalis perfectionis cū epis
potissime quantū ad votuz obedientie qd preceteris alijs ponit hoīez
in pfectionis statuz. ¶ Ad pmum ergo est dicēdum ꝙ pfecta caritas
potest esse in multis qui nō sunt in pfectōnis statu ex voto dimittēdo
aliqd ꝓporum supdictorū. Quāuis ergo multi presbiteri ⁊ dyaconi
habuerūt ⁊ habeant pfectam caritatem ut sint parati animaꝫ suam
ponere pro alijs non tamen ꝓpter hoc sunt in pfectionis statu quia
multi sunt laici & ꝯiugati eandem tñ pfectionē habentes & ꝓ salute
proximoruz parati essent animas suas ponē. nō tñ in statu pfectiōis
esse dicūtur. ¶ Ad. ij. ē dicēdum p intemptionem. epis enī cōmittit

cura ꝑncipaliter ī ꝺyoceſi · nō ſolū ſup laicos imo ſup iꝑos ꝑſbiteros et ꝺyaconos habent enim ſub eꝑo aliquas ſubmīſtrationes ⁊ ſūt ꝙſi balini ⁊ officiales eius Vnde omnib⁹ preſbiteris ꝺyaconib⁹ ⁊ reliq⁹ dericis dicit̄ xvi · q · i · Attẽdendum eſt ut nichil abſq; ꝓꝑrij eꝑi licẽtia agant · non vtiq; miſſas celebrent ul' baptiſent abſq; eius ꝑmiſſione et talis cura cõmittit̄ eꝑis cum voto ꝓpetue ſeruitutis · Ad · iij · eſt dicendum ꝙ Aug⁹ non vult eꝑos ⁊ ꝺyaconos eſſe equalis ꝓfectiõis cum eꝑis · ꝫ ꝙ ī eorum cura poſſunt multum demereri ſi gradum quẽ habent admīſtrent ut noſter impator iubet ·

Ad · iij · ſic ꝓceditur videt enim ꝙ in ꝑmitiua eccleſia preſbiteri et ꝺyaconi ſimiliores eſſent eꝑis in ꝓfectõnis ſtatu q̃ monachi quia p̃ſbiteris et ꝺyaconib⁹ cõmittebat̄ cura animar̄ · monachis aũt interdicebat̄ · Scribit̄ enim · xvi · q · i · Monachus nõ doctoris ꝫ plangentis habet officium · Preterea ſuper illo verbo Act̄ · xx · Attendite vniuerſe gregi in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit eꝑos · Dicit glo · p̃ſbiteros epheſinos in dericatum tñ ꝑ ap'l'm vocatos nomine ap'l'orũ appellat quia ꝺiunctus eſt gradus vtrorũq; ⁊ in multis pene ſil̃im⁹ Preterea monachis licet tranſire ad ſtatum preſbiterorꝝ ⁊ archiꝺyaconorꝝ tanq; ad ꝓfectiorẽ · Scrit̄ enī · xvi · q · i · Sic viue in monaſterio vt clericus eſſe merearis · ſimiliores ergo erant preſbiteri ⁊ ꝺyaconi eꝑis in ꝓfectionis ſtatu q̃ monachi · In contrarium eſt quia ſtat⁹ perfectionis attendit in obedientie voto quo quis tradit ſe ī ſuitutem aliorum ꝓpter xp̃m · Sed monachi in hoc imitant̄ eꝑos non autem preſbiteri ⁊ ꝺyaconi · Reſpõdeo · Dicẽdũ ꝙ ſimilitudo ī ſtat⁹ ꝓfectiõe potest attendi q̃ntum ad duo · Primo q̃ntum ad voti obligationem et ſic planum eſt ꝙ monachi ſimiliores ſunt eꝑis ī perfectiõis ſtatu q̃m preſbiteri ⁊ ꝺyaconi · Secundo q̃ntum ad ſubditorꝝ ⁊ tẽpaliũ iuriſdictionem ⁊ ſacramentorꝝ adminiſtrationem ⁊ in h° ſimiliores ſunt eꝑis preſbiteri ⁊ ꝺyaconi q̃ monachi · Prima tamẽ ſimilitudo longe maior eſt q̃ ſcḋa · pro q̃nto magis facit ad ꝓfectionis ſtatum ⁊ hoc potiſſime veritatem habet de p̃latis eccleſie ꝑmitiue quib⁹ omnia erant cõmunia ⁊ nichil ꝓꝑium habebant more monachorꝝ · Vñ dicit Ieroⁿ · in libro virorꝝ illuſtrium · talem fuiſſe eccleſiaꝫ credentiũ in xp̃o qualem nunc monachi eſſe nituntur ⁊ cupiunt · Ad ꝑmũ ergo eſt dicendum ꝙ monachis potest cõmitti cura animar̄ ſicut preſbiteris

in ſupbie faſtum extolli ſi hanc humilitatē ī vaſtatiōe illa euaſiſſent Videt ergo ꝙ virginitatis coronam ām̄ſerunt· ¶ In cōtrium eſt quod dicit Ambroſius ⁊ ponit· xxxij· q· v· Tollerabilius eſt virginem mentem habere q̄m carnem· vtrunq; bonum eſt ſi licet· Si autē non licet ſaltem non homini caſtiſſimo ꝫ deo· Et lucia dixit paſtaſio· ſi me inuitam feceris violari virginitas michi duplicabit ad coronam· ¶ Reſponſio· Dicendum ꝙ victorinus preſbiter iſtam queſtionem fecit Aug°· quid ſentiendum eſſet de virginib⁹ defloratis a barbaris· Ad quaz ſic rn̄det ꝙ ſi ip̄az animus nulla conſenſionis turpitudine fuit maculatus tota illa libido facientis fuit culpa non patientis· atq; omnes illa violentia non pro corruptionis turpitudine ꝫ ꝙ paſſiōis vulnere eis deputabit quia tantū valet in mente integritas ut illa ī uiolata nec ī corpore poſſit pudicicia violari cuius mēbra potuerūt ſepari· Si autez ſit dubium de ip̄az conſenſu poſt illam violentam corruptōnem ratam ip̄am habendo ⁊ conſentiendo p voluptuoſam delectationē puto ꝙ aureolaz pd̄iderunt irrecupabiliter· quia cōſenſus in rem illam iam factam nō poteſt recupari nec ex toto de ipo penitē et dico ex toto· quia bene potuerūt penitē ꝙ ille conſenſus uel ratiba bitio non imputaretur eis ad eternam penā· Quantū tn̄ ad recupa tionē aureole uel illius p̄mij accidentalis qō debet virginib⁹ irrecupa biliter poiderūt· Si vero ſic violent corrupte poſtmodum cōſenſerūt in aliquā corruptōnem fiendam non in illam iam factam potuerūt vt puto de illo conſenſu penitere non ſolū ut eternam penā tranſiret verum etiaz ut recuparent aureolam ⁊ p̄miū accidentale virginib⁹ debitum· quia ratibabitio nō in futurum ꝫ retro trabit· ¶ Ad p̄mū ergo eſt dicendum ꝙ Iero· loquit de poitione virginitatis p mentis conſenſionez ⁊ carnis corruptionem que nō poſſunt reſuſcitari poſt ruinam q̄ntum ad p̄miū illud accidentale virginitati debitum· Si ꝺ loquat de corruptione carnis violenter facta intelligit ꝙ non poteſt reſuſcitari virgo ꝙ non ſit facta talis corruptio· reſuſcitat tamen ꝙ illa corruptio ſibi nō imputet pro turpitudinis crimine ꝫ ꝙ paſſiōis vulnere ut dicit Aug⁹· Quantum enim ad ratōnem meriti magis debet dici corpis ſanctificatio q̄m corruptio· ¶ Ad ſcm̄ eſt dicendum ꝙ delectatio venerea cui opponitur virginalis caſtitas accidentaliter importat ſignaculi virginalis violationem· materialit ꝺ ſeminum

cõmixtionem. Sed formaliter solum voluntatis consensionem. Vnde consensu volũtatis nõ existẽte virginitas nunq̃ perdit nec inuiolata pudicicia mẽtis ãmittit cum nec in corpore possit pudicicia violari quãuis mẽbra signaculi virginalis possint separi. Ad. iij. est dicendum q̃ non vult Aug⁹. illas virgines defloratas virginitatem ammisisse si non affuit consensus mentis. Sed dicit ideo deum illam deflorationem in eis p̃misisse ꝓpter humilitatis conseruationem. vñ subdit inferi⁹. non ablata est in eis castitas sed humilitas p̃suasa ut sicut quedã morte rapiunt ne malicia mutet intellectũ eoꝝ. ita aliq̃d ab illis virginibus raptũ est ne ꝓsperitas mutaret eaꝝ modestiã.

Questio. Nonagesimaseptima. quomodo apl'orum p̃fectio obs̃uata est in monachis manib⁹ laborantib⁹.

Nunc videndũ est quomodo apl'oꝝ p̃fectio obseruata est in monachis maĩb⁹ laborãtib⁹. Circa q̃d querũt sex. Primo Vtrum monachi manib⁹ laborantes fuerint in p̃fectiõis statu. Secundo. Vtrum illa que acquisierunt monachi ex labore ip̃oꝝ eis uel monasterio fuerint acquisita. Tercio. Vtrum licitum fuerit et sit monachis aliq̃d ꝓp̃um habẽ. Quarto. Vtrum monachi viuẽtes in societate fuerint in perfectiori statu q̃m solitarij. Quinto. Vtrum monachoꝝ vita q̃nto sit artior tanto fuerit perfectior. Sexto. Vtrum monachis vniuersaliter ex precepto esus carniũ fuerit interdict⁹.

Ad p̃mum ergo sic proceditur Videt enĩ q̃ monachi manibus laborantes non fuerint in p̃fectõnis statu. q̃d enim nõ est opus consilij et superogatõnis nõ ponit hominem in p̃fectõnis statu. Sed laborare manib⁹ nõ ẽ op⁹ consilij ⁊ superogationis. Sz magis iux̃ preceptum apl'i. ij. thessal'. vltimo. videt esse de dictamine legis nat̃e vt qui nõ laborat non manducet. Preterea nullum inuolũtariũ pertinet ad p̃fectionis statum. sed laborem quilibet nat̃aliter respuit et interdum contra voluntatem assumit. ergo non ponit aliquem in perfectõnis statu. Preterea q̃d ingerit sollicitudinem ⁊ temp̃alium curam. non p̃tinet ad statum p̃fectõnis. sed laborare manib⁹ ingerit mẽti humane sollicitudinem ⁊ temp̃alium curam. non ergo spectat ad statum p̃fectõnis. In contrarium est sup̃ illo verbo psal. labores manuũ tuaꝝ qui manducabis beatus es ⁊ bene tibi erit. Dicit glo.

Beatus es hic p gratiaꝫ & bene tibi erit in futuro p gloriã. ¶ Rñsio
Dicendum ꝙ laborem manuum facẽ ad pfectõnis statũ ĩ monachis
vel ĩ quibuscũqꝫ alijs religiosis potest intelligi duplicit̃. vl' ad status
perfectõnis consecutõnem uel ad ip̃ius pfectionis status cõsuatiõeꝫ
Primo modo planum est ꝙ status pfectionis vite apl'ice nõ acquirit̃
nisi per tria vota supius noĩata quia p illa fit mutatio stat⁹ de liber:
tate in ꝑpetuam xp̃i seruitutez in his que sunt superogatiõis opa ꝑm
quem modum accipit̃ status. ij. q. vi. Cum in causa capl'i uel status
interpellatum fuerit nõ p procuratõneꝫ ꝫ p seip̃os appellantes causã
suam agere oportet. vnde dicit Aug⁹. sup illo verbo Math. xix. Ecce
nos relinquim⁹ omnia. ꝙ de cõpunctiõe cordis ꝓcedit abrenũtiatio
et conceptus omniũ facultatum de qua procreat̃ humilitas & obediẽ:
tia. De humilitate autẽ gñatur mortificatio voluptatum. & de mor:
tificatõne voluptatum extirpantur atqꝫ marcescunt vniuersa vicia.
Ex quoꝝ expulsiõe ⁊ virtutum pullulatõne acquirit̃ puritas cordis
et apl'ice caritatis pfectio Sed scdo modo planũ est ꝙ facit ad pfecti:
onis status conseruatõnem. Ordinat̃ enim corpalis labor specialiter
ad quatuor. Primo ad peccatum precauendum nõ enim est inflictus
homini labor ad inducendaꝫ nat̃e tristiciam ꝫ ad expellendam super:
additam nat̃e maliciã ut dicit damas. Secundo ad peccatũ puniẽdũ
vel mortificandum. Dicit enim Aug⁹. ꝙ non sufficit solum corpale
ieiunium ad acq̃rendam pfecte castimonie puritatem nisi precesserit
contritio spũs & oratio cont̃ hũc immundissimũ spiritum pseuerans.
labor q̃ꝫ & opus manuũ instabiles cordis vagationes cohercens ac
reuocans. Tercio ad ocium fugiendum qd̃ potissime habet locum in
monachis vel ĩ religiosis solitarijs. Dicit enĩ Iero⁹. Certũ ẽ neminez
posse impugnatõnes solitudinis tollerare nisi eũ qui ꝓprijs manib⁹
victum sibimet fuerit parare cõtentus. Quarto ad victum ꝓprium
conq̃rendum modo quo fecit apl's Act̃. xx. Ad ea que michi op⁹ erãt
et his que mecuꝫ sunt ministrauerunt man⁹ iste oĩa. ¶ Ad p̃mum
ergo est dicendum ꝙ laborare manib⁹ ex supioris obediẽtia & ꝓpter
viciorum mortificatõnem ⁊ malaꝝ temptatõnũ expulsiõeꝫ pfectiõis
op⁹ est saltem conseruatiue. quia habet hominem in pfectiõis statu
conseruare. ¶ Ad scdm est dicẽdum ꝙ sicut Anb. dicit in li. de sil'itu:
dinib⁹ nichil obest monacho q̃ntũ ad merituꝫ cuꝫ ordinis difficultas

cogit eum vigilare laborare iniurias multas pati q̄a p̄ma volūtas qua se in xp̄i seruitutez tradidit omnia illa sibi meritoria fecit. ¶ Ad iij. est dicenduz q̄ non omnis sollicitudo repugnat p̄fectiōis statui s̄z solum illa que sic terrenis curis inheret ut euoluat mētez a dei amore Vnde dicit Aug⁹. sup illo verbo. Nolite solliciti esse quid māducetis q̄ non ista p̄hibita sunt aplis ut non p̄curarent q̄ntum necessitas satis est. Vnde honeste potuerint sed ne propter ista euangelizarent tanquā propter finem.

Ad. ij. sic procedit̄ Videt̄ enim q̄ illa que acquisierūt monachi ex labore ip̄orum eis & non monasterio sint acquisita. Homo nanq̄ naturali debito ⁊ ex precepto dei tenet̄ sustētare parētes. q̄ntumcunq̄ ergo monachus sit astrict⁹ monasterio p̄ ingressum religiōis et obligationis votum. q̄d exquisiuit ex p̄prio labore poterit erogare parentib⁹ in eorum sustentatione. ¶ Preterea quilibet debet suorum domesticoꝝ curā habē. iux̄ illud. i. Thimo. v. Qui suoꝝ domesticorū curam non habet fidem negauit & est infideli deterior. Sz contingit quandoq̄ monachum apostatare & vxorem cape & filios generare. poterit ergo acquisita bona ex suo labore vxori & filijs relinquere & non assignare monasterio. ¶ Preterea p̄pter inopiam & paup̄tatē debitor nō absoluit̄ a debito nisi forte ad temp⁹ q̄dui adest impossibilitas reddendi. ergo multo magis propter paup̄tatem monasterij monachus non absoluit̄ a debito parentum quin possit lucrum sui laboris in parentum sustentatione ouertere. ¶ In contrariū est quia donū est datio irreddibilis sed monachi se ⁊ sua donant monasterio ergo que acquirunt non eis sed monasterio acq̄runt̄. ¶ Responsio. Dicendum q̄ personaꝝ quedam plene quo ad omnia sunt sui iuris sicut homo liber & paterfamilias. ⁊ tales possūt sibi acquirere & acq̄sita retinē. Quedaꝫ vero plene sūt iuris alieni ut serui & tales nichil eis sed dominis eorum possunt acquirere. Quedam vero partim sūt sui iuris & partim alieni ut qui sunt de familia sicut vxor & liberi ⁊ tales p̄sone partim sibi & partim alijs acquirūt. vxor enī ex patrnalibus sibi acquirit ex alijs autē saltem viro quo ad mīstratiōez. Silr filius familias sibi acquirit de castrensi peculio & quasi de alijs vero acquirit patri. Nunc autez est ita q̄ monach⁹ vel religiosus totalit̄ est iuris alieni tam quo ad seip̄m q̄ quo ad sua q̄a vt dicit auten. C.

de sa·sanc·ecc·ingressi monasteria se & sua deo devicant· ideo dicēdū est q̄ monachi quecunq; acquisierunt uel acq̄runt ex laboribꝫ iporū vel quocunq; iusto alio titulo non eis sed monasterio sunt acquisita· ¶ Ad primum ergo est dicendum q̄ homo tenet ex p̄cepto parentibꝫ subuenire si sibi adest possibilitas· vñ ex licentia abbatis uel ex aliq̄ libera administratione potest parentibꝫ subuenire de suo labore & de his quoꝝ administratōnem habet tenet· aliter exquo de suo nō habet nec adest sibi facultas aliunde acquirendi q̄· suum sit· absoluitur ab executōne precepti p impotētiam· ¶ Ad scm̄ est dicendum q̄ in tali casu non potest relinquere vxori lucrum sui laboris nec filijs quia vxor illa non fuit vxor ꝫ concubina· Vnde non erat plene iuris sui non ꝫ) alieni & filij non erant in potestate patris cum non essent de legittio thoro nati· totum ergo q̄· acq̄runt apostate tenent monasterio vel religioni assignare cuius sūt· Quod autē vxor uel filij eoꝝ acquisierūt· eis tenent relinquere· ¶ Ad·iij·est dicendum q̄ non est simile quia ille qui manet ī seculo de pauptate potest fieri diues & post venire ad pinguiorem fortunā· vnde non absoluit a reddititōe debiti simplicit· Sz monachus p introitum religionis de cetero q̄· acq̄rit monasterio acquirit non sibi· vnde vniuersaliter absoluit a debito parentum nisi de licentia abbatis uel de his quorum administrationez habet possit eis subuenire·

AD·iij·sic procedit· Videtur enī q̄ licitum fuerit & sit monachis aliq̄· ꝓpium habe· Beatꝰ enī Benedictus fuit pater monachoꝝ vt dicit Gregoriꝰ·iij·dyalogoꝝ· Sz ipe dicit in regula sua·c·de ꝓpo· Monachus omnino nichil habeat nisi q̄· abbas dederit vel cōcesserit· ex abbatis ergo dispensatōne monachus ꝓpium habe p̄· ¶ Preterea non minoris pfectōnis sunt epi q̄m monachi· Sed epi ꝓpium habere possunt·xij·q·i·c· epi de rebus ꝓprijs· ergo multo fortius licitum est monachis ꝓpium habere· ¶ Preterea non est dicendum q̄ monachi bonis patrimonialibꝫ priuent ꝓpter religionis introitum· Sed talia nunq̄ fuerunt monasterio acquisita· ergo talia monachus post sicut propria retinere· ¶ In contrium est q̄· scribit extra de sta·mo·c·cuz ad monasterium· prohibemus q̄ districte in virtute obedie sub obtestatione diuini iudicij ne quis monachorum ꝓpium aliquo modo possideat· ¶ Responsio· Dicendum q̄ aliqua sunt sub aliquo statu

monachali p que monachus essentialit̃ differt a seculari. Quedaꝫ v̄
sunt accidentalia per que a seculari monachus accidentaliter differt.
In primis ergo solus ꝓp̄ potest dispensare sicut solus ip̄e in casu ne-
cessitatis posset de monacho facẽ nõ monachuꝫ. In alijs vero abbati
relinquit̃ dispensatio. constat aũt ꝙ abdicatio ꝓp̄etatis substantiale
est monachatui cum in h° monachus a seculari differat. Scribit̃ enĩ
auctoritate Jeronimi. xij. q. i. Q̃ duo sunt gn̄a xp̄ianoruꝫ. vnum est
diuino officio mancipatum qui victu et vestitu contenti nullam int̃
se ꝓprietatem debẽt habẽ ꝫ omnia cõmunia. Aliud est qd̄ possidet ista
temp̄alia. ĩ habẽdo g° ꝓp̄um abbas cũ monacho dispẽsare nullatenꝰ
potest. Vnde scribit̃ extra de sta. mo. c. sup̄dicto. nec estimet abbas ꝙ
super habenda ꝓp̄etate possit cum monacho dispensare q̄a abdicatio
prop̄etatis sic̃ ꝛ custodia castitatis adeo ẽ ãnexa regule monachali
vt contra eam nec sumus pontifex possit indulgẽ licentiã quod verũ
est regulariter. Sed casum necessitatis nec lex diuina nec humana ĩ
dispensando excludit. ¶ Ad p̄mũ ergo est dicenduꝫ ꝙ aliud est habẽ
rei ꝓp̄etatem ⁊ dñationem. ꝛ aliud habere vsum ⁊ dispensationẽ uel
administratõneꝫ. Monacho ergo prohibet̃ habere ꝓp̄um p̄mo modo
vnde dicit̃ ex̄ in illo. c. cum ad monasterium. Monachus q̄ ꝓp̄etateꝫ
aliquã habere fuerit deprehensus regulari monitiõe premissa de mona
sterio expellatur. Sed secũdo modo abbas potest concedere monacho
vsum libroruꝫ et aliaꝝ rerum ꝑm quem modum intelligitur dictum
beati Benedicti. ¶ Ad. scd̄m ẽ dicendum ꝙ ep̄i se nõ obligant voto
vt ꝓp̄um habẽ nõ possint sicut monachi. ideo simul cum p̄fectione ip̄oꝝ
potest stare habere ꝓp̄um quia abdicatio ꝓp̄etatis nõ facit essentialit̃
ad p̄fectionis statum q̄uis aliquo modo sit p̄fectiõis via. ¶ Ad. iij.
est dicendum ꝙ monachoꝝ patrimonialia monasterio sũt acquisita
post eoꝝ ingressum cum ingressi monasterium se ꝛ sua offerant sicut
supradictum est.

AD. iiij. sic proceditur Videtur enim ꝙ monachi viuẽtes in so-
cietate fuerint in p̄fectiori statu q̄ solitarij. Status enĩ p̄fectio
consistit potissime in voto obediẽtie. Sed monachi solitarij nõ viuũt
sub obedientia alicuius. tales enim anathorite dicebant̃ qui diuisim
in desertis habitabãt ut Jeroꝰ. dicit. Alij autez q̄ in societate viuebãt
cenobite appellabantur. ¶ Pret̃ea status est imp̄fectus quãdo p̄icul̃

est expositus. Sed status solitudinis est piculis temptationũ expositꝰ
Dicit enim glo. Gen. iij. ꝙ dyabolꝰ obseruauit horam qua mulierẽ
solitariam inueniret quia cum viro existente non fuisset ausus eam
temptare. Ex qua causa scribit̃ auctoritate Ieronimi de conse. di. v.
Qꝛ egiptioꝝ monasteria hunc morem tenent vt nullum absq; ope & labore suscipiant. non tam ꝓpter victui necessaria. q̃ꝫ propter anime salutem ne vagetur perniciosis cogitationibꝰ. ¶ Preterea statꝰ pfectio complet̃ ex societate xp̃i cũ homine. Sꝫ scri̅ Math. xviij. vbi fuerint duo uel tres congregati in noĩe meo ibi sum in medio eoꝝ. maioris ergo pfectionis est monachoꝝ vita socialis q̃m solitaria. ¶ In contrarium ẽ de beato Benedicto ⁊ Anthonio qui fuerũt monachoꝝ patres qui vitam solitariam magis q̃ꝫ socialem elegerunt. Vnde Augꝰ. in libro de opibus monachoꝝ. Illos monachos sanctiores esse dicit qui a conspectu hominũ sepati nulli ad se prebẽt accessum. ¶ Responsio. Dicendum ꝙ uel loq̃mur de pfectionis statu uel de perfectionis ope. vtroq; aũt modo solitaria vita maiorem pfectiõez requirit q̃ꝫ socialis Socialis nanq; vita est status volentium pfici ad instructionem in intellectu p monitionem in affectu. Et p correctõnem in effectu. cum contingit a pfectõnis via deuiare. Sed solitaria vita est perfectorũ ⁊ talium qui nullo istoꝝ indigeant. Solitarij enim aliorum consortia spernentes & ciuilit̃ & socialit̃ nõ ꝯuersantes necessario ut Phs dicit vel sunt ut bestie vl̃ sunt homine meliores. vnde non solũ ꝑm sãctoꝝ imo ꝑm phoꝝ dogmata solitarie & virtuose viuere pfectoꝝ est ⁊ magis tales debent dici q̃dam dij q̃ꝫ homines. vl̃ tanq̃ꝫ sup̃mi ⁊ pfectissimi homines sunt honorandi & admirandi. q̃nto ergo status pfectorum excedit statũ pficiendoꝝ. tanto solitaria vita monachoꝝ excedit vitã monachoꝝ viuentium in societate. Si vero loquamur de pfectionis opere hoc idem patet. Opus enĩ solitarie vite ẽ cõtemplatio. Social̃ vero est actio. Planum est autẽ ꝙ contemplatio p̃eminet actioni et ẽ opus magne perfectionis ꝓpter xp̃i exemplum imitandum. De quo scribit̃ luce. vi. Qꝛ exijt in montem orare ⁊ erat pnoctans ĩ oratõne dei ꝓpt̃ xp̃i auxilium impetrandũ. Solitudo enim ubi deest auxiliũ humanum locus aptꝰ est ad impetrandũ diuinũ quia cũ ignoramꝰ quid agere debeamus hoc solum habemns refugij ut oculos nostros dirigamus ad deum ut scribit̃. ij. paralip. xx. Et ꝓpter tumultũ seculi

fugiendum. Deserens enim mundum ⁊ tumultum seculi ⁊ seperans se a iocunditate ⁊ voluptatib⁹ mundi confortat̃ a xp̃o ut dicit glo. Apoc. xij. Mulier fugit in solitudine. ¶ Ad p̃mum ergo est dicendū q̃ qui sunt pfecti ⁊ traditi xp̃o in ꝑpetuam seruitutem habent quidez obedientiam ad deum in opis executione. Quantum vero ad alios obedientiam habẽt in animi ꝑparatõne. In opatiõe vero nõ indigẽt alijs obedire p̃ instructionem in intellectu vel monitõnem in affectu vel p̃ correctionem in effectu cum p̃supponant̃ iam perfecti ⁊ fixum animũ habere ī dei amore. vnde recitat Gregor. in dyalogo de q̃dam monacho qui in chatena ferrea pedẽ fixerat ne liberum exitũ haberet de cella cui beatus Benedictus scripsit Si xp̃i seruus es non teneat te chatena ferrea ꝙ amor dei. ¶ Ad scõm est dicẽdum q̃ viuentes vita solitaria iam sunt exercitati ⁊ probati in p̃iculis temptationũ. Non enim tales dicente ap̃lo ignorant cogitationes sathane. vnde ad eos temptandos accedere dyabolus vehement̃ expauescit modo q̃ inimici multum timent aggredi illos milites quos sciunt esse exercitatos in bello. vnde talib⁹ temptatio nõ est ad periculum ꝙ ad gaudiũ ut scr̃i Ia. i. Omne gaudium existimate fratres cum in temptatiões varias incideritis. ¶ Ad. iij. est dicendum q̃ in solitudine viuenti ⁊ deum per amorem contemplanti xp̃us se sociat per mutuã dilectiõez modo quo p̃simi adinuicem sociantur. quia qui manet in caritate in deo manet ⁊ de⁹ in eo. i. Ioh. iiij. Et per int̃nam locutõnem ⁊ refectiõez Iuxta illud Osee. ij. Ego lactabo eam ⁊ adducam eam in solitudinẽ et loquar ad cor eius.

AD. v. sic proceditur Videtur enī q̃ monachor̃ vita q̃nto sit artior tãto fuerit pfectior. Scribit enim Hier̃h. ī ep̃la ad flãminiacẽses monachos. Si quis de vestris ad vos maioris perfectõnis gratia ⁊ artioris vite desiderio vnolauerit non solum nõ causam̃ si ei in tali studio consulitis. Sed multum precamur vt h̃ faciatis nec offensos nos conqueremur. Sed valde esse in hoc adiutos fatebimur idem g̃ videtur monachor̃ vitam esse artiorem ⁊ pfectiorẽ. ¶ Preterea nõ indulget̃ transit⁹ nisi de impfecto ad pfectum. ꝙ cõcedit̃ omnib⁹ iure cõmuni ut ad artiorem regulam possint transuolare ex̃ de transe. ad reli. c. licet. ergo q̃nto monachor̃ regula ⁊ vita ẽ artior tãto pfectior ¶ Preterea profitentib⁹ regulam beati Augustini concedit̃ licentia

transuolandi ad regulā beati Benedicti tanq̄z ad artiorē. ergo tanq̄z ad pfectiorem quia ꝓpter frugem sanctioris & perfectioris vite talis licentia indulget. ¶ In contrium est q̄ perfectio humane vite ꝯsistit in abdicatōne tempalium ꝓpter xp̄m. ꝫ hec perfectio magis viget in religiosis mendicantibꝫ q̄m monachis. ergo illoꝝ religio est pfectior quāuis sit minus arta. ¶ Responsio. Dicendum ꝙ ista duo simul stant religionem esse artiorem & minoris pfectionis qd̄ quātum ad presens tripliciter ostendit. Primo p xp̄i exemplū. Secundo p apl'oꝝ documentū. Tercio p p̄ntis ecclesie expimentū. Nulli nanq̄ xp̄iano debet venire in dubium ꝙ nulla regula uel religio artior esse potest religione Ioh. baptiste de quo dicit Math. iij. ꝙ vestimentū eius erat de pilis cameloꝝ. Esca aūt eius locuste & mel siluestre. Sup quo v̄bo dicit Ieroꝰ. ꝙ mirum erat in humano corpe tantam asperitatez vite conspicē. nec ꝙ aliqua religio fuit pfectior religiōe xp̄i. vñ Math. xi. dixit venit Ioh. baptista nō manducans nec bibens & dixistis. quia demoniū habet. venit filiꝰ hominis manducans et bibens & dixistis Ecce homo vorax ⁊ potator vini & iustificata ē sapiētia a filijs suis Super quo verbo dicit Augꝰ. ꝙ sancti apl'i intellexerunt regnum dei non esse in esca ⁊ in potu ꝫ in eq̄nimitate tollerandi quos nec copia subleuat nec dep̄mat egestas. religio g° xp̄i fuit minꝰ arta ⁊ maioris perfectōnis. Scd̄o hoc patet p apl'orum documentum. tanta enī fuit perfectō vite apl'ice & ecclesie p̄mitīe ut cūctis possessionibꝫ abdicatis omnia haberent in cōmuni & p̄cia possessionū ad pedes apl'oꝝ ponebantur. a qua perfectōne defecerunt posteriores quia possessiones in cōmuni reseruabant. Exp̄sse enim dicit Augꝰ. iij. de doctrina xp̄iana nullas ecclesias gentium fecisse qd̄ tempore apl'orū factuz est & tamen monasteria ex gentibus ꝯuersis congregata possessiones in cōmuni seruantes artioris vite fuerunt q̄m religio apl'oꝝ. Dicit enim Ieroꝰ. in epl'a ad Eustachiū. De cibo vero & potu taceo cum etiā languētes monachi aqua frigida vtant̄ ⁊ coctum aliquid cōmedisse luxuria sit. fuerunt ergo monachi in p̄mitiua ecclesia artioris vite q̄ꝫ apostoli et minoris tñ pfectionis cum p h° ꝙ possessiones in cōmuni seruabant Augꝰ. dicit eos a pfectione apl'orum defecisse. Tercio hoc declaratur per p̄ntis ecclesie expimentum Cōmunit̄ enim tenet ecclesia religiōez ep̄orum pfectiorem esse omni alia religione tam monachoꝝ q̄ꝫ alioꝝ

et tñ expimentum docet ꝙ quelibet religio artioris vite est q̃ꝫ religio
eꝑorum· non ergo se cõmitantur· ista· ꝙ religio q̃nta artior tanta
perfectior· potest enim maior ꝑfectõ cum minori artitudĩe ⁊ maior
artitudo cum minori ꝑfectõne· ¶ Ad primum ergo est dicendum ꝙ
Brñh· non loquit̃ de ꝑfectione religiõis simplicit̃ ꝫ de ꝑfectiõe expedi:
ente illi monacho de quo loquebat̃· Sunt enim monachi et alij reli:
giosi in statu ꝑficiendoꝝ non ꝑfectoꝝ sicut dicit Dyoꝰ· vi· c· ecc̃iastice
ierarchie Et sunt in via acquirendi ꝑfectõnis statũ ad cuiꝰ acq̃sitiõez
aliqua ꝑfectõ instrumẽtalit̃ expedit vni que non expedit alteri· ut ad
reprimẽdas passiones arta vita ꝑ abstinẽtiam & exercitiũ laboris &
vigiliaꝝ expediret molestias ab huiusmodi passionibꝫ· que nõ expe:
diret alteri q̃ ex alio exercitio uel ex diuine g̃tie auxilio huiꝰ passiões
non vicisset· ¶ Ad· scd̃m ẽ dicendum ꝙ ecclesia imitat̃ xp̃m spõsum
eius qui nulli claudit viam salutis· Sꝫ vnicuiq̃ concedit viam q̃m
credit sibi magis expedire ad consequendum sue perfectõnis statum
artiorem ergo vitam concedit religiosis existentibꝫ in laxiori non ꝙ
credat ecclesia tanto religionem esse ꝑfectiorem q̃nto artiorẽ simplicit̃
Sꝫ credit artiorem ꝑfectiorem esse instrumẽtalit̃ & ꝑm quid respectu
illorum qui ꝑ talem artitudinez dicunt cõmodius se posse peruenire
ad perfectõnis statum· ¶ Ad· iij· est dicendum ꝙ sicut nulla regula
potest esse ꝑfectior regula apl'orum sic nulla regula potest eẽ ꝑfectior
regula beati Augustini que non aliud essentialit̃ continet q̃ꝫ apl'orũ
documẽta· profitentibꝫ ergo regulã beati Augustini non conceditur
licentia transuolandi ad regulam beati Benedicti tanq̃ꝫ ad ꝑfectiorẽ
simplicit̃ ꝫ tanq̃ꝫ ad exercitatiorem & ꝑfectiorem· hinc· eo enim ipo ꝙ
artior est in esu carniũ· & in alijs obseruãtijs· pot̃ esse instrumẽtalit̃
magis via exercitandi se ut ꝑueniat ad ꝑfectõnis statum· Corꝑalis
tamẽ exercitatio non facit ad ꝑfectionem simplicit̃ quia ad modicum
vtilis est· pietas aũt ad omnia valet habens promissionem vite que
nunc est ⁊ future· i· Thimo· iiij·

AD· vi· sic procedit̃ Videtur enim ꝙ monachis vniuersaliter ex
precepto esus carnium sit int̃dictus· qd̃ enim quis tenet̃ ex voto
tenet̃ ex precepto· Sed monachi ex voto obligant̃ ad seruãdaꝫ regulã
beati Benedicti in qua continetur ꝙ monachi a carnibus abstineãt
Ex precepto ergo esus carniũ monachis int̃dicit̃· ¶ Preterea pena

carceris non debet monacho nisi pro transgressione precepti Sz scri
de conse. di. v. c. carnem. Si quis monachus violauerit et contra sancti-
onem regule vsum quoque veterum vesci carnibus presumpserit sex mensium
spacio retrusioni et penitentie subiacebit. Preterea si non tenerentur
monachi ex precepto abstinere a carnibus nullum scandalum nec aliqua
disceptatio esset de eis magis quam de aliis religiosis. ¶ In contrarium
est quia quod quis tenetur ex precepto seruare non dispensatur cum eo ex quocunque
casu. sed cum monacho dispensatur in esu carnium et potissime circa egrotos
¶ Responsio. Dicendum quod aliqui dicunt monachos ad aliqua teneri
ex voto ut non habere proprium. continentiam et obedientiam seruare et
habitum monachalem portare. Ad aliqua vero propter votum ut ab-
stinere a carnibus et omnia seruare que in regula beati Benedicti pre-
cipiuntur Vnde dicunt monachum ad episcopatum promotum vesci carnibus
non licere. Sz durum est illa que non sunt mala nisi quia prohibita
sic restringere vt anime laqueo peccatorum sepe capiantur. puto ergo aliter
esse dicendum ex precepto contento sub voto monachis esus carnium
non est interdictus quod patet dupliciter. Primo ex modo profitendi. nam
quilibet monachus et religiosus ex voto non promittit seruare regulam
sed vouet obedientiam secundum regulam Benedicti vel Augustini aut aliorum.
vnde ex voto obligantur ad seruanda illa que ponuntur in regula tanquam
precepta et que prelatus secundum tenorem regule sibi precipere voluerit. Illa
vero que non continentur in regula sub precepto sed uel ut monitiones
vel ut consilia vel ut ordinationes uel statuta non cadunt talia directe
sub voto. Vnde monachus ipsa pretermittens non facit contra preceptum
Abstinere autem a carnibus non ponitur in regula beati Benedicti ut
preceptum sed magis vt statutum quoddam. ideo monachus comedens
carnes puto quod non faciat contra preceptum sed contra statutum regule.
Secundo hoc patet ex modo dispensandi. Si enim directe abstinere a
carnibus continentur sub voto monachalis regule et sub precepto. modo
quo continetur non posse habere proprium tunc nec abbas nec episcopus posset cum
monacho dispensare in esu carnium sicut non possunt dispensare cum
eo de habendo proprium ut patet extra de sta. mo. c. cum ad monasterium.
quod patet esse falsum quia non solum cum monachus assumitur ad episcopatum
imo cum assumitur per abbatem uel episcopum ad regendam ecclesiam secularem
dispensatur cum eo in esu carnium cum secundum Augustinum. ad quamcunque ecclesiam

quisquis venit eius morē seruare tenet̄ si cuiq̄ non vult eē scandalū vt ponit̄ .xij. di. c. illa. Quisquis enim rebꝫ pretereuntibꝫ restrictius vtit̄ q̄m se habent mores eoꝝ cum quibꝫ viuit aut intempatꝰ est aut su ꝑsticiosus ut ponit̄ auctoritate Augustini .xli. di. ¶ Ad primum ergo est dicendum ꝙ monachus comedēs carnes non faceret contra votum nisi faceret ex contēptu inobedientie quia obedientiam vouit et abbati obedire ꝑm regulam. ¶ Ad scd̄m est dicenduꝫ ꝙ pena illa infligitur monacho contumaciter ⁊ inobedienter carnes comedenti. ¶ Ad .iij. est dicendum ꝙ scandalum ⁊ disceptatio ꝓ tanto magis de monachis q̄m de alijs religiosis fit quia esus carnium prohibetur in regula Benedicti non autē prohibet̄ in regulis alioꝝ religiosoruꝫ profitentibꝫ enim regulaꝫ beati Augustini nō prohibet̄ esus carniū ex aliquo precepto uel statuto regule sꝫ ex quibusdaꝫ cōstitutionibꝫ ⁊ ordinationibꝫ ipsoꝝ.

¶ Questio. Nonagesimaoctaua. quomodo apl̄orum ꝑfectio seruata est in monachis contemplatōni vacantibꝫ.

Deinde videndum est quomodo ꝑfectio apl̄oꝝ seruata est ī monachis contemplationi vacantibꝫ. Circa qd̄ querunt̄ quatuor. Primo. Vtrum monachi insistētes cōtemplatiōi essent in ꝑfectionis statu. Secundo. Vtrum monachi insistentes cōtemplatiōi eēnt in statu magis securo q̄ꝫ alij. Tercio. Vtrū monachi insistentes contemplatōni essent in statu magis meritorio. Quarto. Vtrū monachi vacantes contemplationi essent in statu magis vtili et necessario.

Ad p̄mum ergo sic proceditur Videt̄ enī ꝙ monachi insistentes contemplatōni nō essent in ꝑfectionis statu. ꝑfectio nanq̄ statꝰ nō acquirit̄ sine caritate. iux̄ illud .i. Chor̄. xiij. Si habuero omnem scientiam fidem ita ut montes transferam caritatem autē nō habeaꝫ nichil sum. Sed contemplatio solum nominat scientiā nō caritatem Conuenit enim contemplatio homini ꝑm illud qd̄ optimū est in ip̄o puta ꝑm intellectum ꝑm qd̄ ph̄s dicit .x. ethi. ¶ Preterea illud magis facit ad ꝑfectionis statum qd̄ cōuenit magis ꝑfectis. Sed vita actīa conuenit ep̄is quibꝫ conuenit alios ꝑficē. magis ergo ꝑ actiuaꝫ vitā q̄m ꝑ cōtemplatiuā monachi sunt positi ī ꝑfectiōis statu. ¶ Pretea

perfectiori & superiori conuenit ordinare inferiores & imperfectiores.
Sed actiuis de ecclesia conuenit ordinare de cōtemplatiuis. magis g° nō
contemplatiua q̄m actiua vita conuenit ad pfectiōis statū. ¶ In cō-
trarium est ysidorus libro de sūmo bono. c. xxi. Monachi qui pro dei
amore seculo renunciāt & tñ curis rerum familiariū implicant̄ q̄nto
se eoꝝ studijs occupāt tāto a caritate diuina se sepāt. ¶ Rñsio. Dicen
dū q̄ status pfectio ī abnegatione hominis suiipi⁹ ꝓpter xp̄m ꝯsistit
ad qd̄ q̄ntuz ad pñs tria requirunt̄. Primo mūdialis vite abdicatio
Non est enī aliud seip̄m abnegare nisi ꝓprijs voluntatib⁹ renūciare
vt qui supbus erat fiat humilis. Qui supstiotisus est fiat mansuet⁹
qui incontinens fiat castus. Nam si quis ita renūciat omnib⁹ q̄ possidet
vt suis non renunciet morib⁹ iam non est xp̄i discipulus sicut dicit
ysidor⁹ de sūmo bono. c. xviij. Secundo requirit̄ ad deum p specula-
tionem accessio. Nō enim accedit̄ ad deum passibus corporis ꝫ mētis
speculationib⁹. In hoc enim distinguit̄ vita actiua a contemplatiua
quia actiua vita est innocentia bonoꝝ opum. Contemplatīa vero ē
speculatio supnorum. vnde illa ē cōmunis multoꝝ ista vero paucoꝝ
vt ysidorus dicit. Tercio requirit̄ ipi⁹ dei p amorem contemplatio.
Videt̄ enim Greg. sup Ezech. omel. iij. distinguere inter speculatiōez
puram et contemplationē. Exponens enim illud verbum Ezech. i.
Quatuor facies vni & quatuor pēne alteri dicit. q̄ facies ad fidei spe-
culationem ptinet. penna vero ad contemplatōnem. Videt̄ enim cō-
templatio importare speculatōnem non cuiuscunq̄ cognitōnis ꝫ tal̄
que cum hoc qd̄ est illuminatīa intellectus simul est inflāmatiua &
accensiua affectus. ꝑm quem modum Aug⁹. accipit contemplatiōez
primo de trini. c. viij. ubi dicit q̄ contemplatio que nobis promittit̄
finis est omniū actionū nostraꝝ. ⁊ ibidem subdit. q̄ contemplatō est
merces fidei & p consequens merces pure speculationis tenentis se ex
parte intellect⁹. Ista autez tria mundialis vite abdicatō ad ip̄m deū
per speculatōnem accessio & ipi⁹ dei per amorem contemplatio sic se
habent q̄ p̄ma duo non faciunt ad pfectiōis statum sine tercio quia
primū potest esse supstitiosoꝝ qui dicunt corpi non esse parcendū ad
saturitatem vt alios gulosos appellēt ⁊ in honore aliquo nō curandū
vt alios dicāt supbos ut apl's dicit Colos. ij. Ad deū v̄ p speculatiōez
accessio qd̄ erat ꝑm qd̄ potest esse Phoꝝ qui p puram speculatōnez ad

deum accedentes multas veritates de ipo tradiderunt. Sed terciũ ipi⁹ dei p amorẽ contemplatio non est nisi sanctoꝝ ⁊ pfectoꝝ. vñ dicendũ ꝙ monachi contemplationi insistentes fuerunt in perfectionis statu

¶ Ad primum ergo est dicendũ ꝙ contemplatio ratiõe speculatiõis tenet se ex parte intellectus cui⁹ formalit̃ est speculari & cognoscẽ. Sz vt illa speculatio ẽ a deo inspirata dono caritatis qd̃ se tenet ex parte voluntatis impatiue ⁊ effectiue habet ipam speculationẽ inflãmare et finalit̃ habet ipam t̃minare q̃a omnis cognitio nob̃ a deo inspirata terminat̃ ad amorem dicente apl'o finis precepti caritas & talis contemplatio que cõtinet speculationem diuino amore inflãmatã et ad caritatem dei & proximi finalit̃ t̃minatam ẽ illa que ponit hominem in perfectionis statu. ¶ Ad scd̃m est dicendum ꝙ ep̃is magis conuenit vita contemplatiua q̃m actiua ut Grego⁹ dicit in pastorali. ꝙ ep̃s precipue in contemplatione debeat esse suspensus si interdum tamen aliqd̃ detrimentum patit̃ contemplatõnis ꝓpter administratiõez vite actiue ad salutem proximoꝝ hoc ip̃m ptinet ad pfectiorem caritatem et p consequens magis facit ad pfectõnis statum. ¶ Ad. iij. est dicendum ꝙ actiuoꝝ de ecclesia est ordinare de contemplatiuis q̃ntum ad illa que subseruiunt vite contemplatiẽ p modũ dispositiõis ꝓuidẽdo necessaria. Istud aũt nõ arguit maiorẽ pfectiõez ꝫ poti⁹ subiectiõez.

AD. ij. sic proceditur videt̃ enim ꝙ monachi contemplatiui non fuerint in statu magis securo q̃ꝫ alij. Dicit enim glo. super illo verbo Treñ. iiij. Dispsi sunt lapides sanctuarij ꝙ chori monachorũ et virginum qui semp debẽt in cõspectu dei p contemplatiõz insistere dum ipi monachi implicant̃ tempalib⁹ negocijs virginuz castitas exponit̃ illecebris & lapides sanctuarij dispgunt̃. non videt̃ ergo esse secura vita cõtemplatiuoꝝ. ¶ Preterea ysidor⁹ dicit de sũmo bono. c xv. ꝙ monachi qui adhuc tempalem gloriam aut carnalez affectant concupiscentiam a contemplatione prohibendi sunt. Sed pauci uel nulli sunt qui a mundi gloria ⁊ carnis cõcupiscentia sint semoti. g° propter piculum a contemplatõne prohibẽdi sunt. ¶ Preterea scri⁹ primo methaphi. ꝙ nat̃a humana est multiplicit̃ seruanda ⁊ multis indiget ad sui pfectiõez. Sed vita cõtemplatiua est destituta auxilijs et suffragijs. alioꝝ g° ẽ magis piculosa ⁊ min⁹ secura. ¶ In contriũ est qd̃ scribit̃ extra de renun. vita contemplatiua q̃uis sit magis secũa

non est tñ sic fructuosa et vtilis sicut actiua ¶ Responsio dicendum
ꝙ ꝑfectis contemplatiua vita est magis secura ꝑficiendis vero secu-
rior videt̃ esse vita actiua · primũ quãtum ad pñs tripliciter ꝓbatur
Primo ex parte contemplantis Scdo ex parte dei reuelantis Tercio
ex parte eius qd̃ contemplat̃, Dicit enĩ damaſ · ij · li · c · xi · ꝙ ꝯtempla
tio secura et bona est illis q̃ non timẽt casum et q̃ non ex tp̃e subito
ante viciorum mortificationẽ in habitũ cõtemplationis deuenerũt
perfectis ergo et in diuina contemplatiõe ambulantibꝫ secura est cõ
templatio, Imꝑfectis vero et minoribꝫ et adhuc ꝯcupiscẽtia auidio-
ribus vel casum timentibꝫ ut dicit non est bona nec secura. Scdo hꝰ
pt̃z ex parte dei reuelantis · contemplationẽ enĩ deus non reuelat vl̃
illa que sunt ꝑfectiõis status nisi homĩ iam ꝓparato montẽ ascendẽ
Non enim deus docuit moysen qualiter tabernaculum federis esset
construẽdum nisi in mõte ex quo dat̃ intelligi vt Richardꝰ di · in li ·
de contemplatõe · ꝙ status ꝑfectionis q̃ ꝑ tabernaculum federis intel
ligit̃ ille iam est adeptꝰ qui montẽ ascendit qui diligenter attendit
qui diutius querit qui tandẽ inuenit qui ex diuina reuelatiõe iam
cognoscit quale edificiũ sit deo ꝓparandũ et quibꝫ obsequijs deũ pla
care oporteat qd̃ ꝯuenit nisi perfectis · Tercio hoc pz ex parte eius qd̃
cõtemplat̃ · duo enim sunt genera contemplationũ sicut Richardus
docet li · de contemplatione Vnũ est supra rationem sed non ꝑter ra
tionem qꝛ quãuis ratio illa patiat̃ nulla tñ possũt humana ratiõe
inuestigari vel ꝯuĩci, Aliud est supra rationẽ et ꝑter rationẽ cui oĩs
hũana rõ ꝯtraire videt̃ sicut que sunt de trinitatis vnitate et de cor
pore xp̃i ꝙ idem simꝰ et semel sit in diuersis locis ꝙ sic est ꝑter omnẽ
hũanam rõez ut nunq̃ eis ratio acquiescẽt nisi ad huiusmõi rei cer-
titudinem fides ip̃am subleuaret · vnde contemplatio talium secura
non ꝯuenit nisi perfectis quia ut dicit gregoriꝰ li · vi · moraliũ Nõ-
nulli plus contemplandum q̃ cape possint exquirũt vsqz ad puer-
sa dogmata erumpunt · ut dũ veritatis discipuli esse humiliter negli
gunt mgr̃i errorum fiunt · perficiendis vero securior est vita actiua ·
vnde dicit ysidorꝰ de sũmo bono Qꝛ in vita actiua prius exercitiũ bo
ni opis cuncta exhaurienda sunt vicia · ut in illa iam pura mentis
acie ad contemplandũ deũ quisqz ꝑtranseat quia licet ꝯuersus statĩ
ad contẽplationem conscendere cupiat tamẽ rõe cogit̃ ut prius in

actiua vita exercitatione versetur ¶ Ad primū igit̄ est dicendū q̄ illa glosa intelligit̄ de illis monachis q̄ nō ꝑexercitati p mortificatiōz viciorz contemplationē occupiscunt q̄ supuenientibz temptatiōibus retro abiunt negociis tēpalibz se implicātes · nō est enī ut illa glosa dicit vite secularis actio q̄ nunc non administrēt monachi et ministri altaris ¶ Ad scōm est dicendū q̄ ysidor⁹ loquit̄ de monachis ꝓficiendis non ꝓfectis · ꝓficiendis enim planum est q̄ vita actiua securior est p exercitiū bonorz opum et mortificationē viciorz q̄ vtrūq; simul terrenis curis parē et diuīs vacare cōplectē non valent eo q̄ duas curas pariter non posse simul inesse hūano pectori sentencia saluatoris testat̄ dicēs non potestis duobz dñis seruire ¶ Ad tcium est dicendum q̄ in statu ꝓfectionis acquirendi nata hūana multipliciter est seruanda q̄ multis indiget ad ꝓhibēdū retractiua & ad ꝓuocandū inductiua · ꝫ in statu ꝓfectiōis iam acquisito nata hūana paucis contenta est.

AD tercium sic ꝓcedit̄ videt̄ enim q̄ monachi insistentes contēplationi non essent in statu magis meritorio · meritū nanq; hominis consistit in libertate innocentes de manibz tirannorz in quorz ꝑsona dicebat iob Conterebā molas iniqui et de dentibz illius auferebam predā, Sed hoc fit magis p vitam actiuā q̄ cōtemplatiuā Dicit enim hieronimus in epl'a ad paulinū q̄ · sancta quippe simplicitas soluz sibi ꝓest et quāto plus edificat ecc̄iam dei ex vite merito tanto plus nocet si contradicentibus nō resistit ¶ Preterea magnitudo meriti consistit in magnitudine conatus cū vincit̄ magnū incitamentum pcti vnde in laudem iusti viri dicit̄ ecc̄iastici xxxi · q̄ pt̄ transgredi et non est transgressus · facere mala et non fecit · ꝫ talis magnitudo conatus magis est in vita actiua q̄ in contemplatiua ¶ Preterea gregori⁹ dicit sup ezechielem · q̄ nullū sacrificiū est deo magis acceptum q̄ zelus animarz · ꝫ aiarz zelus operando que sunt ad vtilitatem ꝓximorz magis ostendit̄ in vita actiua q̄m cōtēplatiua · monachi ergo exercitātes se in vita actiua fuert̄ in statu ꝓfectionis meriti ¶ In contrariū est ysidorus li · de sūmo bono vbi dicit q̄ bonū est corpaliter remotū esse a mōdo melius aūt ē esse remotū voluntate optimū aūt et ꝓfecti meriti est vtrorz modo esse remotū qđ ꝓprie cōtemplatiuorz ē ¶ Responsio dicendū q̄ magnitudo meriti quātum

ad pñs ex tribus pt̃ insurgere. primo ex pte merentis. scdo ex parte principij formalis quo quis meret̃. tercio ex parte opis meritorij Si ergo magnitudo meriti penset̃ ex parte merẽtis qñ aliquis in contẽplatione dei et in xp̃i amore tm̃ creuit ut ad tẽpus cupit detrimentũ pati sue fruitiõis ꝓpter xp̃i gloriam ad ꝓcurandã ꝓximoꝝ salutem modo quo dicebat apl's Ro. ix. volebam ego esse anathema a xp̃o ꝓ fratribus meis/de quo Criso. dicit ĩ libello de laudib⁹ eius. ꝙ sicut ferrum in ignem missum nõ est aliud qm̃ ignis sic anima pauli diuina caritate succẽsa non erat aliud quã caritas. talis puto magis meretur in vita actiua saluti ꝓximorum intendens q̃ in vita contemplatiua contemplationi vacans. Vñ paulus hoc elegit tãqm̃ maioris caritatis et maioris meriti Electio enĩ nõ est nisi de maiori bono ~~merito~~ dicens philip. primo Cohartor enim ex duob⁹ desideriũ hñs dissolui et esse cum xp̃o qd̃ ĩn multo meli⁹ est Permanẽ aũt in carne necessarium ꝓpt̃ vos et hoc confidẽs scio qꝛ ꝑmanebo omnib⁹ vobis ad ꝓfectum vr̃m. super quo verbo dicit glosa ꝙ elegit paulus nõ qd̃ sibi melius erat ꝫ qd̃ multis expediat ꝓpter caritatem q̃ super emminet omnib⁹ Si vero consideret̃ principiũ formale quo quis meret̃ planum est ꝙ maioris meriti est contemplatiua vita qm̃ actiua. cũ enim principium formale merendi sit caritas sicut magis meritoriũ est diligere deũ ꝑm se qm̃ diligere proximũ. sic maioris meriti est ~~in~~ vita contemplatiua q̃ directe de suo genere ordinatur ad dilectiõez dei q̃ actiua que directe ex suo genere ordinatur ad dilectiõez ꝓximi ꝑm quẽ modum intelligitur illud dictũ beati Gregorij vi. mor. vlt. c. Marthe cura nõ reprehendit̃. marie vero etiã laudatur qꝛ magne sunt actiue vite merita ꝫ contemplatĩe sunt pociora Sꝫ si consideraꝫ opus meritorium vident̃ se habere sicut excedentia et excessa. q̃a respectu meriti actualis cum tale meritum detur ꝑm genus maioris opis. maioris meriti potest esse actiua vita qm̃ contemplatiua. ꝫ respectu meriti essencialis qd̃ rñdet caritati tanqm̃ radici merendi simpliciter maioris meriti est contemplatiua vita qm̃ actiua Ad primum ergo est dicendum ꝙ illa magnitudo meriti intelligit̃ ex parte merentis quando quis tm̃ ꝓficit in contẽplatõne ut ꝓpter deũ velit intendere saluti ꝓximoꝝ cũ aliquo detrimento sue contemplationis hoc enim modo planum est. ꝙ ad maiorem perfectionem caritatis

ptinet qm̄ simpliciter contemplatiōi vacare. ¶ Ad ꝑm est dicendū
ꝙ magnitudo conatꝰ potest esse in vita actiua in vincēdo illa que
hominem impediūt ne ꝑueniat ad contemplatōis statū. Sz magni-
tudo conatus que est in vita contemplatiua est in diligendo et am-
plexando iam adepta que sunt de contēplatiōis statu vnde et marie
magdalene ꝑ quā vita contemplatiua designat̄ dictū est luce vij. ꝙ
dimissa sunt ei peccata multa qm̄ dilexit multum. cui aūt minus di
mittit̄ minus diligit. ¶ Ad terciū est dicendū ꝙ nullū sacrificiū est
deo magis acceptum qm̄ zelus animaꝝ et ideo ꝙ quis offerat deo animā
suam et alioꝝ. applicando se et alios contemplatiōi maioris meriti
est qm̄ se et alios applicando actioni vel q̄m ꝙ bona tp̄alia deo offer
ret.

Ad quartū sic ꝓcedit̄ videt̄ enim ꝙ monachi contemplatōi va
cantes essent in statu magis vtili et necessario qm̄ alij Scribit̄
enim ecc̄iastici primo Vidi ꝙ in multa sapientia multa sit indigna
tio et qui apponit scientiam apponit dolorē uel laborē ut dicit alia li
tera Sz quanto aliud est magis laboriosum tanto videt̄ esse magis
vtile Contemplatio ergo diuine sapientie tanto est maioris laboris
¶ Preterea gregoriꝰ hieronimꝰ ambrosius ac multi alij sancti mo
nachi magne contemplationis fuerūt. Sz quantā vtilitatem isti at
tulerunt ecc̄ie dei habet̄ ext̄ de reli. et ve. sanc. vbi dicit̄. ꝙ p̄dictoꝝ do
ctorum p̄lucida et salutaria documenta totam illustrarunt ecclesiaꝫ
et decorarunt virtutibꝫ. moribus informarunt. et ꝑ ip̄os quasi ꝑ illu
minosas ardentes ꝙ lucernas sup. candelabꝝ positas erroꝝ tenebris
ꝓfugatis totius corpus ecc̄ie tanqm̄ sydus irradiat in matutinum
¶ Preterea sicut homo est magis intellectus qm̄ sensus sic magis
viuit vita spirituali q̄m vita carnali. Sed ad vitam spiritualem
magis est vtilis vita contemplatiua q̄m actiua Scribit̄ enim sapīe
viij. de diuina sapīa ꝙ sobrietatē sapientia docet iusticiā et virtutez
quibꝰ vtilius nichil est in vita hominibꝫ ¶ In contrariū est Bern.
de consideratōe ad eugeniū li. v. vbi ista duo genera contemplatiuū
& actiuū ad inuicem ꝯpando dicit. ꝙ contemplatiuū dulcius est &
felicius Actiuū vero vtilius et fortius esse constat. hoc idem habetur
ext̄ de renū. vbi dicit̄ ꝙ licet vita contemplatiua sit magis suauis.
actiua tamen magis est vtilis. ph̄us etiā primo methaphi. loquēs

de contemplatione methaphisicali dicit q̄ necessariores et vtiliores sunt omnes ipa dignior vero nulla. ¶ Responsio dicendū q̄ si fiat cōparatio vite actiue ad contemplatiuā est quidē generatōe prior cum sit quedam dispositio ad contemplatiuā vitā, Dispositio vero tp̄e et generatiōe prior est ipo habitu administratōe vero est omunior plures enim administrant et insistunt vite actiue q̄ contemplatiue executione vero est difficilior vnde dicit gregorius moꝝ q̄ lya p quā significata est vita actiua laboriosa dicit Et rachel q̄ designabat vitā contemplatiuā visum principiū appellat q̄ in contemplatiōe solus principiū qđ deus est queritur in opatiōe aūt sub graui necessitatū falce laborat. Sz p̄mor subuentione est vtilior quia quāuis rachel esset pulcra erat tñ sterilis lya aūt quāuis lippa oculis erat tñ fecunda et hoc significabat ut Grego vi moꝝ q̄ licet qui contemplandi ocia appetit plus videat pauciores tamen deo filios gnat, Cum vo ad laborem se predicatiōis dirigit minꝰ videt sed amplius parit, Est ergo vita actiua contemplatiua generatione prior administratione omunior executiōe difficilior et p̄mor subuentione vtilior sistis tñ p̄rogatiuis non obstantibꝫ simpliciter contemplatiua vita preferēda est actiue p̄pter quīq; Primo quidem quia dignior ipa enī significatur p dexteram sicut actiua per sinistram ut dicit glosa Can vol sup illo verbo Leua eius sub capite meo et dextera illius amplexabit me Secundo quia securior q̄ mille enim cadētibꝫ in vita cōtemplatiua cadunt decem milia in vita actiua ut dicit glosa aug sup illo verbo psal Cadent a latere tuo mille et decē milia a dextris tuis, Tercio q̄ dulcior et iocundior non enim habet amaritudiez diūsatio eiꝰ nec tediū conuictꝰ ipius sz gaudiū et leticiā ut scribit sapientie vij Quarto quia sanctior quāuis enim actiua ut dicit gregoꝝ contemplatiua tempore sit minor merito tñ et sanctitate ē maior. Quinto quia diuturnior dicit enim Gregoꝝ vi moꝝ q̄ recte marie ps nunq̄ auferri dicit q̄ actiue vite opa cum corpore transeunt contemplatīe aūt vite gaudia melius ex fine ualescunt, Actus enim contemplatiue vite inchoari quidem in p̄nti p̄nt sz perfici et compleri minime nisi in fine, Quis aūt sit noster finis non est aliud nisi puenire ad regnum cuius nullus est finis vbi dicit aug in fine li de ciuita dei vacabimus et videbimus videbimus et amabimus amabimus q

laudabimus·ecce quid erit in fine sine fine. Vacabimus enim sine ocio·videbimus sine medio·amabimus sine odio·laudabimus sine tedio. ¶ Ad primum ergo est dicendū ꝙ ille labor vel dolor qui insurgit ex sapiētia in contemplatiōe non est admixtus tristicie ꝫ gaudio·unde enim dicit grego·super ezechi·omel·x·ideo qui apponit scientiam apponit dolorem quia celestia cognoscētes terrenis curis subdere anim dedignamur et dum plus sapere incipimus de his que male egimus nobis ipis irascimur et fit in multa sapientia multa indignatio quia quanto plus ꝓficimus in cognitiōe tanto nobis indignamur ampli⁹ de peruerso ope vel qui addit scientiā addit laborem·ut dicit alia litera·q; quanto magis scire incipimus que sūt celestia gaudia tāto magis et erroꝝ nostroꝝ laqueos possumus euadere et flendo laboramus ¶ Ad scdm est dicēdū ꝙ sancti doctores quāuis monachi pontifices fuīnt multi & prelati qui simul contemplatiui esse debent & actiui moysi legislatoris exemplo qui nunc ascendebat in montem ut ibi gloriaꝫ dñi cum maiori cerneret libertate. Nunc vero descendebat in castra ut cū vtilitate necessitatib⁹ ꝓpl'i ꝓuidēt·ideo facilius indulgetur ut ascendat monachus ad presulatū q̄ꝫ presul descendat ad monachatū. ¶ Ad tercium est dicendū ꝙ non sic in vita contemplatiua attendit' ꝯtemplatio qn̄ ad vtilitatē alioꝝ quandoq; doctrine veritas diffundat' verbo vel scripto·cum in sapīa occulta et thezauro abscondito nulla vtilitas sit in vtrisq;·nec in vita actiua sic attenditur opatio ꝙ ab omni doctrine speculatiōe sepet' accipitur ergo vtriusq; vite distinctio respectu finis·q; finis contemplatiue est veritas per se Operatō v̄o attendit' in ordine ad veritatis contemplationē Actiue v̄o finis est opacō ꝑ se·veritas ergo ꝓpt' op⁹ intenditur,

¶ Questio xcix·quō apl'orū perfectio obseruata est in predicatoribus euangelij.

Vlterius considerandum est quō apl'orum perfectio obseruata est in p̄dicatoribus euangelij·Circa qd̄ queruntur quinq; Primo vtrū omnes predicatores euangelij fuīnt in perfectionis statu. Secundo vtrum predicatio euangelij minus fecerit ad perfectionis statum qm̄ alia pietatis opa. Tercio vtrum predicare euangelium mendicando fuerit minoris perfectionis qm̄

viuendo de cõmuni aministratiõe auditoꝝ/Quarto vtrũ perfectio predicatorum fuerit in conformando se capacitati auditorũ/Quĩto vtrum predicare euangelium excõmunicatis ex eccie mandato fuerit interdictum.

Ad primũ ergo sic ꝓceditur videtur enim ꝙ omnes ꝓdicatores euangelij fuerint in perfectõnis statu·qui enim a deo mittunt sunt in statu perfectionis Sz veri predicatores a deo mittunt ro·ꝯ· Quomodo ꝓdicabũt nisi mittantur ergo omnes tales fuerũt in perfectiõis statu Preterea ꝓdicatores euangelij fuerũt successores apostolorum quibus dictum est Math·vl·Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature·ꝫ apli fuerũt in pfectõis statu ergo et eorum successores. Preterea dicit Richar·in li·de patriarchis·nescio an deus possit homini maiorem gratiam conferre· qm̃ ut eius mĩsterio conuersi homines in melius ꝺmittentur nam hoc est tanto maior ꝙ mortuos suscitare · quanta anima melior est corpore·predicare ergo euangelium non est sine perfectionis statu In contrarium est quia illis cõuenit euangelium predicare quibus cõuenit cura animaꝝ · ꝫ multis conuenit animaꝝ cura qui nõ sunt in perfectionis statu ut supra dictum fuit Responsio dicendõ ꝙ euangelium predicare quantum ad pñs potest conuenire aliquibus tribus modis·Primo ex cure susceptæ obligatiõis vinculo·Secundo ex receptæ iuris dictionis officio, Tercio ex diuine reuelatiõis mĩsterio/Primo modo euangelium predicare ꝓprium est eꝓꝝ qui ex cure pastoralis susceptione voto ꝑpetuo se astringunt ut eoꝝ subditis subministrẽt necessaria ad salutem in predicatiõis verbo sc̃itatis exemplo et tꝑali subsidio cum necessitas incumbit. Scõo modo proprium est presbꝝ et archidiaconoꝝ et alioꝝ quibꝫ cura animarum ꝺmittitur vel ex ꝺmũ iurisdictione vel ex speciali cõmissiõe· Tercio modo est proprium sanctorum virorum a deo specialiter vocatorum sicut recitat gregoriꝰ in dyalogo de equitio monacho et de bt̃o benedicto quibus immediate a deo predicatiõis officium fuit cõmissum ꝓpter eorum specialem sanctitatis prerogatiuã/Primi ergo euangelij predicatores puta eꝑi omnes fuerunt in perfectiõis statu ꝫ non oẽs perfecti·scõi vero perfecti quidẽ multi esse potuerunt ꝫ non fuerũt in perfectionis statu ex quo curam illorum quibus predicauerunt cũ

perpetuo obligationis voto non susceperunt· sed tercij potuerunt eē in perfectionis statu et fuerūt ꝑfecti· quia enim de statu monachali vocati sunt fuerunt in perfectionis statu· quia vero ꝓpter prerogatiuam sanctitatis officium p̄dicationis fuit eis commissum fuerunt perfecti. ¶ Ad primū ergo est dicendū ꝙ illi predicatores mittunt̄ a deo qui mittuntur auctoritate ecclesie· sicut ergo ecc̄ia non omnes mittit cum perpetuo obligatiōis voto sic non omnes sunt in perfectionis statu, ¶ Ad ꝑm est dicendū ꝙ ep̄i non habēt ex predicatiōis officio ꝙ sint in perfectionis statu ꝫ magis ex perpetuo obligationis vinculo· astringunt enim se voto ꝓpetuo obedire et seruire & verba salutis ministrare illis quorum curā suscipiūt. ¶ Ad tercium est dicendū ꝙ Richardus loquit̄ de ꝑfectiōis ope non de perfectiōis statu Continetur enim donū predicationis inter dona gratis data q̄ deꝰ confert illis quos vult esse suos cooperatores in aīaꝝ salute,

